de⁹ nequitie diaboli resisteret: vt nō solū hoiem de ei⁹ potestate eriperet: ꝫ etiā ecōuerso: hoiem dñm diaboli cōstitueret: ꝫ cū nulla creatura sit superior angelica natura que est in diabolo: hoc nō posset esse nisi homo qui angelorum dñs esset: qō soli deo cōuenit: ergo decuit vt de⁹ hō fieret vt sic in noīe iesu omne genu flectat celestriū terrestrium ⁊ infernor. Phil. ii. ¶ Ad⁹ dicendū q⁹ ad ea que fidei sunt rō demōstratiua haberi nō pōt: cū fides de nō apparētib⁹ esse dicat Hebr. ix. ⁊ pcipue in illis q̄ ex mera dei volūtate pueniūt cuiusmodi est incarnatio. ⁊ ideo ad incarnationē ꝓbā dā rō demōstratiua haberi no pōt. nec etiā in ōtrariū: qz cū demōstratio scire faciat: scia aūt nō nisi vbor sit: oportet oē qō demonstrat verū eē ⁊ ei⁹ ōtrariū falsum. ⁊ ideo sufficit defendere q⁹ nō est impossibile incarnationē eē: qō in ꝑmo articulo experte dictū est: ⁊ ostēdere aliquā ꝯgruentiā ad incarnationē: qō ad hunc articulū ptinet. ¶ Sciendū ergo q⁹ supposito lapsu humane nature ꝯgruētia incarnationis apparet ex trib⁹. s. ex plenitudine diuine misericordie: ⁊ ex īmobilitate iustitie ipsi⁹: ⁊ ex decēti ordine sapiētie ei⁹. qz igit de⁹ summe bon⁹ ⁊ misericors est: decuit vt nulli negaret nature h̄ cui⁹ capax erat. ergo cū humana natura lapsa eēt: ⁊ nihilomin⁹ reparabil erat decuit vt eē reparet. qz etiā iustitia ei⁹ īmutabil est: cui⁹ lege sancitū est vt nunq̄ pctū sine satisfactiōe dimittat: decuit vt in humana natura insti tueret eū q̄ satisfacere posset: qz hoc pur⁹ hō ꝑ se facere non poterat vt dicet. ꝫ qz summe sapiēs est ꝯueniētissimū modū reparationis debuit adinuenire. Modus aūt ꝯueniētissimus est vt integre natura reparet ⁊ faciliter ad id qō amiserat hō puenire possz. Si aūt hominē p angelū reparet: nō integra eēt repatio: qz semp hō angelo salutis sue debitor eēt: ⁊ ita ei in btitudine adeq̄ri nō posset: qō tm ꝺsecut⁹ fuisset si nō peccasset. sicut ⁊ nūc ꝺsequunt̄ hoies p gratiā reparatiōis: vt sint sicut angeli dei in celo. Mat. xxij. Et ideo decuit vt nō angelus: sed ipse deus hominē repararet. Silr vt eēt facil modus ascēdendi in deū: decuit vt hō ex his q̄ sibi cognita sunt tā fm intellectū q̄ affectū in deū ꝺsurgeret. et qz hoi cōnaturale est fm statū pñtis miserie vt a visibilib⁹ cognitionē accipiat ⁊ circa ea afficiat: ideo de⁹ ꝯgruēter visibilis fact⁹ est humanā naturā assumēdo vt ex visibilib⁹ in inuisibiliū amorē ⁊ cognitionē rapiamur. ¶ Ad ꝑmū ergo dicēdū q⁹ maiestatē nō decuit infirmitas eā deprimēs ⁊ quodāmodo inuoluēs. nec p incarnationē infirmitas humanitatis diminuit potentiā maiestatis: qz due nature in vna ꝑsona incōfuse ⁊ inalterabiliter sunt vnite. nec est sil⁹ rō de malitia ⁊ infirmitate: qz infirmitas de sui ratione nō ꝑtinat ordinē a fine: ⁊ ideo ꝓpter aliquē finē assumi potuit. sed malitia dicit fm deordinationē a fine: ⁊ ita omnē ꝯgruitatē tollit. vñ omnino indecēs fuisset vt summa bonitas quocūq̄ modo malitiā assumeret. ¶ Ad secundū dicēdum q⁹ peccatū hoīs fuit remediabile: nō aūt pctū angeli. cui⁹ rō multipliciter assignat. Primo ex virtute naturali vtriusq̄: quia q̄ntū ad cognitiuā angelus cognoscit in luce plena p intellectū dei formē vt possit totū cōsiderare sine inq̄sitione: qō ad electionē alicui⁹ rei ptinet: vt sic p ignorantiā nō excuset: sicut hō q̄ cognoscit q̄ agēda sunt deliberādo p rationē q̄ est q̄si q̄dā obumbratio ītellect⁹: vt dicit Isaac in li. de diffinitionib⁹. q̄ntū ad effectiuā vo: qz volūtas angeli inuertibil est post electionē: cū sit infra volūtatē diuinā q̄ē inuertibil ante ⁊ post. ⁊ supra volūtatē humanā q̄ est vertibilis ante ⁊ post: ⁊ ideo angelus malo qō appetijt peccādo īmobiliter inheret. Secūda rō assignat ex natura vtriusq̄ qz angelor⁹ natura nō ꝓpagat ex vno: ex quo vitiū ōtrahat sicut humana. ⁊ ideo nec p vnū eā repari cōgruit. ⁊ hoc est qō videt Apl's dicē ad Ro. v. Sicut p vnū hominē ⁊c. Tertia ex peccato vtriusq̄: ⁊ q̄ntū ad gen⁹ pctī: qz hō supbiuit ex appetitu scie: cui⁹ natura creata capax est. angelus vo ex appetitu potētie quā natura creata nō ita pfecte pōt recipe sicut sciētiā. vñ ⁊ aīe xp̄i cōiuncta est ois scia: ꝫ nō oīpotētia

Et etiā q̄ntū ad circūstantiā pctī: qz hō peccans ⁊ de venia cogitauit: ⁊ in aliquo decept⁹ est: vt in. ij. li. di. xxij. dicit. nō aūt angelus peccās. ⁊ silr q̄ntū ad occasionē pctī quā hō habuit: qz alio suggerēte peccauit: nō aūt angelus. Quarta ex iusticia diuina: qz oēs illi ad quos corruptio pctī ꝑimi hominis venire debebat: nondū erāt in actu sed in virtute tm̄. Et ideo nō decebat vt ꝑiuscz essent vltimā dānationē reciperēt: sicut oēs angeli actu existētes ꝓpꝛio arbitrio peccauerunt. Quinta ex misericordia diuina: qz tota natura humana lapsa erat in vno parente: nō aūt tota natura angelica. ⁊ ideo magis indecēs erat vt natura humana tota relinqueret sub dānatione q̄z natura angelica que non tota corruerat. Sexta vo ⁊ precipua est ex parte status vtriusq̄: qz hō nō peccauit in termino vie sue ficut angelus: cui ad ꝓpriam electionē status vie finitus est. ⁊ hoc cōsonat verbo Dama. q̄ dicit q⁹ hoc est hoīb⁹ mors qō angel' casus. ⁊ de h̄ in li. ij. dictū est. ¶ Ad tertiū dicendū q⁹ in creatione se habet creatura sicut effect⁹ ꝑductus in eē p creationē. ⁊ iō nō exigit vt a creatura aliquo modo opatio creationis exeat: sed q⁹ ad eam terminet. sed in recreatione creatura se habet vt satisfaciēs: qō sine ei⁹ operatione fieri nō pōt. ⁊ iō q̄uis creatio sit opus dei nō per aliquā creaturā: tm̄ oportet q⁹ recreatio p modū redēptionis facta sit opus dei naturā creatā assumētis. ¶ Ad q̄rtū dicēdū q⁹ quāuis deus sit summe misericors: sua tm̄ misericordia nullo modo iusticie sue obuiat. Misericordia enī q̄ iusticiam tollit magis stultitia q̄z virtus dici debet: ⁊ ita deū nō decet. ꝓpter qō deus misericordiam infinitā sic manifestare voluit: vt in nullo ei⁹ iusticie derogaret: quod factū est dū ꝓ nobis hō factus est vt ꝓ nobis satisfaceret: in quo etiā eius abundantior misericordia ostensa est ad nos q̄z si peccatū sine satisfactione dimisisset inquantū naturā nostrā magis exaltauit: ⁊ ꝑ nobis mortē pertulit. nec tm̄ est simile de hoīe ⁊ de deo ꝓpter duo. Primo qz ipse deus est iudex omniū: ad quē pertinet iusticie ordinē seruare: nō aūt hō quilibet. vñ ⁊ iudex non debet ꝓpꝛio arbitrio peccata dimittere impunita. Secūdo qz cū deus sit ipsa bonitas ex hocipso est aliquod malū quod ōtra ipm est. ⁊ ideo cū pena non debeat actui nisi qz malus est: decet vt ipse se vindicet puniēdo pctm̄ quod contra ipsum cōmissum est. secus autem est de homine: vñ homo non debet punire quasi se vindicans: sed quasi deū vindicans si hoc ex officio habet. Unde dicitur Deutero. xxxij. Scōm aliā litteraz mihi vindictā ⁊ ego retribuam. ¶ Ad quintū dicendū q⁹ q̄ntitas peccati ex duob⁹ pōt pensari. s. ex parte dei in quē peccat. ⁊ sic infinitatē quandam habet ꝑt offensa dei est: qz q̄nto maior est q̄ offendit tāto culpa est grauior. vel ex parte boni quod corrūpit ꝑ peccatū. ⁊ sic q̄ntitas culpe finita est. s. inq̄ntū est corrupptio nature. ⁊ iō ad satisfactionē debitaz requirit actio hoīs q̄ ꝓportionet q̄ntitati culpe inquantū corruptio quedā est. ⁊ gratia cui⁹ virtus quodāmodo infinita est cū sufficiat ad merendum ꝓmiū infinitū per quā satisfactio ꝓportionat quantitati culpe ꝑt offensa dei est. ⁊ ideo ex se nō sufficit ad satisfaciendū: qz ex se gratiā habere nō potest. nec tm̄ deus crudel est hanc satisfactionē exigēs: qz quāuis gratiā habere non possit ex se: ⁊ ita nec satisfacere: pōt tm̄ satisfacere p id quod deus paratus est dare. s. p gratiam. ¶ Ad sextū dicendū q⁹ q̄ntitas originalis ⁊ actualis mortalis potest dupliciter attendi. vel quantū ad ꝓncipiū: vel quantū ad bonū quod p vtrūq̄ ꝑtinat. Principiū aūt actualis peccati volūtas ꝓpria est. Principiū aūt originalis in isto est origo ei⁹ vitiata. vnde originale quodāmodo necessarium: sed actuale est omnino voluntariū. vnde plus habet de ratione culpe ⁊ vituperabilis. Bonū autē quod per actuale peccatū corrumpitur est bonum huius persone cui ꝓponderat bonum totius nature: quod per originale corrumpitur: quia bonum gentis est diuini⁹ q̄z bonum vnius hominis: vt dicitur ꝑimo ethic. Unde ⁊ originale peius erit q̄z actuale: vt sic, pos-

set dici q actuale est magis culpa: z originale magis malum. actio autem satisfacientis vt prius dictum est proportionat quantitati culpe ex parte boni quod per culpā corrumpit: z ideo cū omnis actio sit persone: quia act⁹ singulariū sunt: ideo ad satisfactionez pro actuali: sufficit actus cuiuscūq; hois cum gratia diuina: nō aūt ad satisfaciendū pro originali peccato nisi actio illi⁹ hois plus valeret q̄z totum bonū humane nature: z hoc nō posset esse: si esset purus homo: z ideo oportuit esse deum z hominē qui p originali satisfaceret. ¶ Uel dicēdū fm quosdā q etiā p actuali peccato nō sufficit purus hō satisfacere nisi p̄supposita satisfactione xp̄i ex cui⁹ passione etiā antiquorū patrū satisfactio efficax fuit qui⁹ in fide ei⁹ saluabāt. ¶ Ad septimū dicendū q in peccato p̄mi hois persona corrupit naturā. vñ illud pctū potest dupliciter cōsiderari: vel quantū ad corruptionē boni psonalis: z sic primus homo p eo satisfecit adiutorio gratie dei vel inquātū fuit corruptio nature: et sic p eo adam satisfacere nō potuit: nec aliquis antiquorū patrū nisi solū inquātū corruptio nature in personā redundabat. Ex hac enim parte originale peccatū in antiquis patribus per fidē: decimas circūcisionē z sacrificia soluebat: z ideo decedētes: nondum ad visionē dei admittebant: nisi p̄⁹ per satisfactionē xp̄i: nature corruptio sanaret. ¶ Ad octauū dicendū q ipsa reparatio humani generis aliquo mō mediātib⁹ angelis facta est: ipsi enī nascitur⁹ dñm annūciauerūt: vt dicit Luc̄.j. nō tñ satisfaciebat angel⁹ reparationē pficere: q: satisfacere nō poterat pro tota humana natura: nec etiā debebat: q: ipse nō peccauerat: z ideo oportuit vt dictū est q per deū hoīem reparatio humani generis cōpleret. ¶ Ad nonū dicēdū q nulla creatura in quantacūq; bonitate crearet pōt sufficere ad reparationē corruptionis humane nature p modū satisfactionis: cui⁹ rō pōt esse triplex. prima est: q: oīs creatura: totū quod pōt pro se deo debet: vnde nō relinquit sibi vt p alio satisfacere possit. secūda q: hoc requirit in satisfactione: vt qō satisfactiō reddit: p̄ponderet ei qō per culpā ablatuz est: vel saltem sit equale illi: cui⁹ aūt aliqua natura creata sit: vel possit esse melioz natura humana: nō tñ natura in aliq̄ psona in creata cōsiderata pōt adequare bonitatē toti⁹ nature humane bonū enim humane nature quodāmodo infinituz est per cōparationē ad suppositā inquātū natura humana in infinitū per generationē cōmunicabilis est: bonū aūt cuiuslibet nature create z in se finitū est: z finit fm q consideratur in vno supposito determinato: z ideo cum actus sint suppositorum: nō potest esse vt operatio alicuius creature valeat tñ quantū est totum bonū nature humane vt possit esse digna satisfactio p eius reparatione. tertia est: quia vt secūda dictū est humana natura in p̄ma sui cōditione accepit qdā per que supra statū suis p̄ncipijs cōgruētē eleuabat: fiē immortalitatē quādā q erat gr̄e nō nature: z alia huiusmodi sibi ex pura liberalitate dīna collata q̄ per pctū amisit. vñ eā repare erat ad gradū supiorē ipsaz eleuare in quo prius cōdita fuerat: nō ē aūt possibile eleuare aliquā nām ad gradū supiorē: nisi ei q̄ naturas cōdidit: z earū grad⁹ ordinauit z ideo soli deo possibile fuit naturam humanā reparare.

Ad tertiū sic procedit. videt q si hō nō peccasset deus incarnat⁹ fuisset: vt enī dr Deut. xxij. dei perfecta sūt opa: sz pfectio nō pōt ee nisi vltimū p̄ncipio iungatur: vt sic q̄si qdā circul⁹ cōcludat z alter⁹ additio fieri nō possit: cū g ipse de⁹ sit p̄mū z hō sit vltima creaturarū decuit ad pfectionē vniuersi: vt etiā si hō nō peccasset de⁹ hō fieret. ¶ P̄ hūilitas ē pfecta virt⁹: vt dr in glo. sup Matth. iij. sup illud: sic decet nos implere oēm ius: sz oīs pfectio deo attribuēda ē: g ipse pfectissimā hūilitatē hz: pfectissim⁹ aūt gradus hūilitatis ē vt aliq̄s se inferiorē vl cōiugat vl subijciat g decuisset vt de⁹ aliquā creaturā assumeret: etiā si hō non peccasset. Itē Ro.j. Inuisibilia dei per ea q̄ facta sūt intellecta cōspiciūt. sz potētia z sapia z bonitas dei sūt infinita: g decuit etiā si hō nō peccasset vt in aliquo effectu mānifestarent: sz potētia infinita nō manifestat nisi p effectū infinitū: nec sapia infinita nisi decorē infinitū: nec bonitas infinita: nisi per cōicationē infinitā: cū g nulla creatura sit infinita: nec in ea sit infinit⁹ decor resultās ex forma z pportione partiū: nec iterū aliq̄ creatura cōicationē boni infiniti recipiat: videt q etiā decuit hoīe nō peccāte vniri deuz hoī: vt ex parte hois rō effect⁹ esset: z ex pte dei infinitas: z ex cōiunctione dīne nature ad creaturā infinit⁹ decor resplēderet: z infinitum bonuz ipsi nature humane cōmunicaretur. s. persona increata que in ea subsisteret. ¶ Item per peccatum non est in aliquo capacitas humane nature ampliata: sed post peccatum humana natura inuenta est capax tanti boni vt a deo assumeret in vnitatē psone: ergo z ante peccatū hui⁹ dignitatis capax fuit: sz ad deū q infinito amore diligit ea q̄ sunt: ptinet vt nullū bonū creature deneget cui⁹ est capax: g ipe humanā nām assumpsisset etiā si hō nō peccasset. ¶ Itē nō ē credēdū q hō ex pctō aliq̄ cōmodū reportauerit: sz maxima dignitas būane nature ē in hoc q assumpta ē in vnitatē dīne psone: ergo hoc p pctm hō cōsecut⁹ nō est: z sic idē qō pri⁹. ¶ Itē cū hō ad btitudinē creat⁹ fit añ pctm tot⁹ hō btificabilis erat: sz btitudo hois quātū ad partē sensitiuā erit in aspectu hūanitatis assumpte q̄tū vō ad partē intellectiuā in cōtuitu deitatis: assumentis: sic enī ingredief hō z egredief: vt Aug. exponit z pascua inuenet. Jo.x. g etiā si hō nō peccasset hūanitas a deo assumpta fuisset. ¶ P̄ Ber. exponēs id qō dicit Jonej. ppter me orta ē tēpestas ꝛc. dic q diabol⁹ vidit rōnalē creaturā assumēdā in vnitatē psone filij dei z inuidit: z hec inuidia fuit cā casus ei⁹: z mouēs ipsuz ad tentādū hoīez: si aūt incarnatio nō fuisset nisi hoīe peccāte nō instigasset diabol⁹ hoīez ad peccādū: q: p hoc p̄monisset eū ad bonū qō ei inuidebat: g etiā si hō nō peccasset: de⁹ fuisset incarnat⁹. Sz contra Aug. in li. de vbis apli. exponēs illud Matth. xviij. venit filius hois q̄rere z sal. fa. qō perierat dicit si hō nō peccasset fili⁹ hominis nō venisset: sz ibi dīs loq̄t de aduentu in carnē: g si hō nō peccasset filius dei nō eet incarnat⁹. Itē. j. Thi. j. xp̄us iesus venit in hūc mūdum pctōres saluos facere. Ubi glo. Aug. dic q nulla cā fuit dño xp̄o veniendi nisi pctōres saluos facē: tolle vulnera: tolle morbos z nulla ē cā medicine sz remota cā remouet effect⁹: ergo si pctm nō fuisset filius dei nō fuisset incarnat⁹. ¶ P̄ aplus dicit Heb. ij. q: pueri cōicauerūt carni z sanguini z ipse similiter cōicauit eisdez vt per mortē destrueret eū q̄ habebat mort⁹ imperiū: sz mors per pctm in hūc mūdū intrauit Ro.v. ergo si pctm nō fuisset: per incarnationē de⁹ carni z sanguini nō cōmunicasset. ¶ P̄ Grego. dicit: nihil nobis nasci profuit nisi redimi p̄ fuisset: sed redemptio non fuisset nisi peccati seruit⁹ fuisset: ergo si peccatum non fuisset: filius dei temporaliter natus non fuisset. ¶ R° dicendum q huius questionis veritatem solus ille scire potest qui natus z oblatus est: quia voluit. Ea enim que ex sola dei voluntate dependent: nobis ignota sunt: nisi inquantum nobis innotescunt per auctoritates sanctorum quibus deus suam voluntatem reuelauit: z quia in canone scripture: z in dictis sanctorum expositorum: hec sola assignat causa incarnationis redemptio: scilicet hominis a seruitute peccati: ideo quidam probabiliter dicunt: q: si homo non peccasset: filius dei homo non fuisset: quod etiā ex verbis leonis papē in sermone de trinitate expresse habetur: si enī inquit homo ad imaginem z similitudinē dei fact⁹ in suo honore mānisset creator mūdi creatura non fieret: aut sempiternus temporalitatē subiret: aut equalis deo patri dei filius formam serui assumeret. ¶ Item Augustin⁹ in oratione ad beatam virginem: vt quid enim nescium peccati pro peccatoribus pareres: si deesset qui peccasset: aut q̄d mater fieres saluatoris si nulla esset indigentia salutis. ¶ Item super illud Matth. i. ipse enim sal. fa. populū. fm Augu. si homo non peccasset.

virgo non peperisset. Alij vero dicunt q̄ cum per incarnationem filij dei non solum liberatio a peccato: sed etiā humane nature exaltatio et totius vniuersi consummatio facta sit: etiam peccato non existente propter has causas incarnatio fuisset: et hoc etiam probabiliter sustineri potest. ¶ Ad primū ergo dicendum q̄ vniuersum perficit in coniunctione vltimi ad principiū primum: non tamen oportet q̄ in coniūctione que est in vnitate persone: sed in coniunctione que est per ordinem ad finem. ¶ Ad secundū dicendum q̄ aliquid pertinet ad perfectionem hominis: quod omnino derogat perfectioni dei. vnde quāuis humilitas sit perfecta virtus in homine: non tamen oportet vt in deo ponatur si proprie sumat̄ humilitas: quod patet ex speciebus superbie que ei opponunt̄: quarum prima est cum bonum quod habet quis tribuit sibi: hoc quidem in homine vitiū est: quia nihil habet a se: sed in deo summe perfectionis est qui nihil habet ab extrinseco. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ in productione minimę creaturę manifestatur infinita potentia sapientia et bonitas dei: quia quelibet creatura ducit in cognitionem alicuius primi ⁊ summi: quod est infinitum in omni perfectione: oportet vt potentia infinita per effectum infinitum manifestetur: nec bonitas infinita per cōmunicationē infinitam: sed sufficit ad ostendendum bonitatem infinitam hoc quod vnicuiq; iuxta suam capacitatem largitur. ¶ Ad quartum dicendū q̄ capacitas alicuius creaturę potest intelligi dupliciter: vel ſm potentiam naturalem que pertinet ad rationem seminalē: ⁊ sic nullam capacitatem naturę vacuā deus dimittit in genere: q̄uis capacitas alicuius creaturę particularis nō impleatur propter aliquod impedimentū: vel ſm potentiam obedientie ſm q̄ quelibet creatura habet vt ex ea possit fieri q̄ deus vult: ⁊ hoc modo in natura humana est capacitas hui⁹ dignitatis vt in vnitatem diuinę persone assumat̄: nec oportet q̄ omnē talem capacitatē adimpleat: sicut non oportet q̄ deus faciat quicquid potest: sed quod congruit ordini sapientie eius. ¶ Ad quintum dicendū q̄ sicut dicit apostolus Roma.v. vbi abundauit delictum superabūdabit ⁊ gratia. vnde non est incōueniens vt aliquod bonum deus ex peccato eliciat quod sine peccato non fuisset: vt patet in multis virtutibus vt in patientia: penitentia ⁊ huiusmodi ⁊ ita etiam ex peccato hominis hoc optimum deus potuit elicere: vt dei filius incarnaret̄ propter quod dicit Grego. O felix culpa que talem ac tm̄ meruit habere redemptorē. ¶ Ad sextum dicendū q̄ totū hominis est ipsa diuinitas in quam virtus intellectus imediate fertur: ex quo redūdat gloria in inferiores partes anime ⁊ in ipsum corpus: in visione autem humanitatis christi erit quoddam gaudium accidentale: sicut etiam in victoria passionis eius: et tamen constat apud omnes: q̄ si hō nō peccasset christus passus nō fuisset. ¶ Ad septimū dicendum q̄ si etiam ponatur q̄ diabolus prouiderit rationalē creaturam a filio dei assumendā: non tamen oportet q̄ prēuiderat antecedentia ad ipsam: sicut etiam: vt ibidem Ber. dicit prēuidit se futurum principem malorū: quod per suum casum cōsecutus est: ⁊ tamen suū casum non prēuidit: vt in.ij.lib.dis.4. dictū est. ¶ Ad ea vero que in contrariū obijciuntur potest responderi ſm aliam opinionē q̄ auctoritates ille loquuntur de aduentu in carnem passibilem ad redimendum: redemptio enim nō fuisset nisi seruitus peccati precessisset: et non de aduentu in carnem simpliciter.

beatitudo

AD quartū sic proceditur. videt̄ q̄ filius dei non debuerit suam incarnationē tm̄ differre: tempus enī incarnationis dicit̄ temp⁹ plenitudinis. ad Gall. iiij. Cū venit plenitudo tēporis ⁊c. sed plenitudo perfectionē importat: cū ergo perfectio vniuersi cōsumata sit die septima: vt dicit̄ Gen.j. videt̄ q̄ tunc debuit filius dei incarnari. ¶ Itē amor causat donū ⁊ celeritatē doni: sed deus ex maxima charitate incarnat⁹ est. Ergo videt̄ q̄ nō debuerit tantū incarnationē differre. Prima probat̄ per id qō dicit̄ Prouerb.iij. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere: ⁊ cras dabo tibi cū statim possis dare. Secundū per hoc qō dicit̄ Piere.xiij. in charitate ppetua dilexi te: ideo attraxi te miserans. ¶ Item quanto plus differt̄ medicina: tanto periculosius inualescit morbus: sed sapiētis medici est vt morbi periculū euitet: ergo videt̄ q̄ incarnationē suā dei filius accelerare debuerit. ¶ Item ꝑma Thi.ij. dicitur q̄ vult deus omnes hoīes saluos fieri: sed si christus ante incarnatus fuisset multis ad salutē magis via patuisset: vt dicitur Matth. xj.ſi in tyro ⁊ sydone facte fuissent virtutes que facte sunt in te olim penitentiā egissent: ergo videt̄ q̄ deus ante incarnari debuerit. ¶ Ꝑ vt Boetius dicit in libro de conso. natura a perfectioribꝰ initium sumit: ſz opus dei nō est min⁹ ordinatū q̄ opus nature: cū ergo perfectissimū in operibus dei sit incarnatio videt̄ q̄ circa principiū deus incarnari debuerit. ¶ Sz contra perfectio gratie magis assimilat̄ perfectioni glorie q̄ pfectioni nature: ſz perfectio gratie incarnationi debet̄: vt dicit̄ Joh.j. gratia et veritas per iesum xp̄m facta est: cuz ergo pfectio glorie fini seculoz debeat̄: perfectio vero nature p̄ncipio: videtur q̄ versus finē seculorū magis q̄ circa principiū de⁹ incarnari debuerit. ¶ Ꝑ Augu. dicit institutū est vt iam pacte sponse non statim tradant̄: ne vilem habeat marit⁹ data q̄ non suspirauit spōsus dilatā: ſz hoc beneficiū scilicz incarnationis debet homo maxime earum habere: ergo decuit vt humanū genus ipsum dilatū suspiraret. ¶ Ꝑ perfectio finī debetur: ſz temp⁹ incarnationis est temp⁹ perfectissimū: q̄ in eo dōs tēporis nat⁹ est. vnde etiā tēpus plenitudinis dicit̄ ergo videt̄ q̄ versus finem temporis incarnari debuerit. ¶ ℟ᵒ dicendū q̄ incarnationi tēpus cōgruissimū tēporū dispensator elegit oīa enī tēp⁹ habēt: vt dicit̄ Eccls.iij. hec aūt cōgruitas nō plene a nobis pōt cognosci qui nō oium tēporū ꝓportiones cognoscim⁹: ſz tm̄ possunt plures rōnes cōgruitatis assignari: quare hoc tēp⁹ ad incarnationē elegerit. Prima q̄ homo per superbiā peccauerat. vnde oportebat q̄ per humilitatē repararet̄ ad quā exigebatur vt defectum suum cognosceret in virtute ⁊ in cognitione: defectus aūt cognitionis innotuit homini tēpore legis nature quo tēpore multi lumine naturalis rōnis non obstāte in pessimos errores idolatrie prolapsi sunt ⁊ in nefandissima opera: defect⁹ aūt virtutis ꝓprie innotuit homini tēpore legis scripte: q̄ tunc per legē eruditus: nondū tamen peccati iugum excutere potuit: ⁊ ideo oportuit q̄ post ista duo tempora quasi ꝓparatoria de⁹ homo fieret vt in solo deo spes salutis haberet̄. Secūda ratio est: quia naturalis ordo est vt ab imperfecto ad perfectū veniatur: perfectissimū autem in operib⁹ dei est ipsa incarnatio per quam creatura deo vnitur in vnitate persone: ⁊ ideo oportuit vt non in principio humani generis: sed postmodū versus finē seculorum compleret̄: vt sic prius esset quod animale est: deinde qō spirituale est. j. Chorin. iij. Et hanc causam Augu. assignat in libro. 83. q. dicens: sicut absurdus est qui iuuenilem tantum vellet etatem esse in homine: euacuaret enim pulchritudines que ceteris etatibus suas vices atq; ordines gerūt sic absurdus est qui ipso vniuerso humano genere vnam etatem desiderat: nam ⁊ ipsum tanq̄ vnus homo suas etates agit: nec oportuit venire diuinitus magistrū cuius imitatione in mores optimos formaretur nisi in tempore iuuentutis: ⁊ ideo apostolus ad Gall. iij. dicit homines sub lege quasi sub pedagogo paruulos custoditos: donec veniret qui per prophetas ꝓmissus erat. Tertia ratio est: quia distantia a principio facit debilitatem in effectu. Unde ⁊ propter longe distare a principio alique res: perpetuum esse non possunt retinere vt maneant semper eedem scōm numerū. vnde si hoc maximum remediū incarnationis in principio secul'oū fuisset ꝓcedente tempore: effect⁹ eius in homines min⁹ carus fuisset refrigescente charitate: ⁊ ideo

a principio generis humani indita est mentibus hominuz lex naturalis per quã homines deo subiecti essent postmodum vero inualescente consuetudine peccatorũ lex naturalis adeo tenebrata est in pluribꝰ: vt iam non videret ad regimen humani generis sufficere: z ideo tunc additum est aliud remedium: scilicet vetus lex: z ea que ad ipsam pertinent: qua etiã processu temporis in hominũ cordibꝰ debilitata oportuit aliud pfectiꝰ remediũ p incarnationẽ apponi vsqz ad tẽpꝰ illud cũ multorũ charitas refrigesceret: z tũc succederet p ẽm aduẽtũ visio fidei et statꝰ glorie statui presentis ecclesie. z ideo dicit Dio. iij. c. Eccle. Jerarchꝫ. q̃ sic̃ se habet gerarchia legis: ad nostrã gerarchiã: ita se habet nostra ad celestem. ¶ Ad primuz ergo dicendũ q̃ est triplex perfectio: scilicet nature: gratie z glorie: perfectio aũt nature est: que fuit in principio seculorum: perfectio vero glorie erit in fine seculorũ: z quia perfectio gratie media est inter vtrãqz: ideo christus per quẽ gratia facta est: circa mediuz seculorũ venit. vnde dicit Abac. iij. In medio annorũ notum facies. ¶ Ad secundũ dicendũ q̃ amor discretioni cõiunctus nõ facit accelerare donũ: anteqz expediat ei cui datur: nõ autẽ expediebat humano generi hoc donũ accipere anteqz experimẽto disceret: quantũ eo indigebat: vt sic acceptũ carius haberet. ¶ Ad tertium dicenduz q̃ aliter est in morbo spirituali qz corporali: ad sanationẽ enim corporalis morbi nõ exigit: vt infirmus vim medicine z periculum morbi cognoscat: qõ tamen maxime est necessariũ in morbi spiritualis sanatione qui per humilitatẽ z cõtritionem spiritus sanat: z ideo quãuis medicina corporalis nõ differat: medicina tamen spiritualis differri potest: nec tñ ita dilata est vt a principio penitus deesset: qz quãdiu fuit morbus: fuit medicina morbi: vt Hugo de san. victo. dicit cuius illa medicina non sit omnino sufficiẽs: sic enim z medicus corporalis egroto preparatoria quedã medicamenta prebet anteqz perfectam medicinaz det: z hic etiam fuit processus dei in sanatione humani generis. ¶ Ad quartũ dicendum q̃ nullus qui preordinati erant ab eterno etiaz ante christi incarnationẽ perijt: nec etiam aliquis non predestinatus quãdocũqz incarnatio fuisset: saluatus esset. si tamen aliquod remediũ prebere non predestinato: quod predestinato datur: scilicet finalis gratia ille etiã saluaret: sed tamẽ hoc antecedens est incõpossibile ei: quod est euz non esse predestinatũ. vnde sic est vera ista: si christus predicasset alicui prescito ille penitentiam egisset: sicut ista si gratia sibi daretur penitentiam ageret: sed vtriusqz antecedens est incõpossibile prescientie condamnationis: z ideo querere: quare christus illi nõ predicauit: vel quare grãm illi nõ apposuit: est idem q̃ querere predestinationis causam que nulla est nisi voluntas dei. ¶ Ad quintũ dicendũ q̃ perfectũ simpliciter precedit imperfectũ: sed accipiendo perfectum z imperfectũ: circa idem: imperfectum precedit perfectum: quia motus est de imperfecto ad perfectum: et hoc fit aliquo perfecto agente: qõ oportz prius esse: z ideo in humano genere priꝰ fuit adhibita impfecta medicina qz pfecta ab ipso pfecto deo q̃ ẽ pfectiõis princeps: vt dic̃ Dio.

¶ Questio secunda.

Deinde queritur de assumente carnem: z circa hoc querunt quinqz. Primo vtrum vna persona possit assumere carnem alia non assumẽte. Secundo si sic: quare magis filiꝰ carnẽ assumpsit. Tertio vtruz pater vel spiritussanctus potuerũt vel possint carnem assumere. Quarto si sic: vtrum potuerunt eandem numero humanaz naturam assumere. Quintũ vtruz vna persona possit duas numero humanas naturas assumere.

Ad primũ sic procedit. videt q̃ vna persona sine alia nõ possit carnez assumere. Damasce. enĩ dicit q̃ in diuinis oĩa sunt vnuz preter ingenerationẽ generationẽ z processionẽ: sed incarnatio nullũ horuz est: ergo incarnatio cõmunis est tribꝰ. ¶ Itez sicut est vna essentia triũ personaruz: ita vna operatio diuina: sed assumere carnem est quedã operatio diuina: ergo est cõmunis tribus personis. ¶ Item Damasce. dicit q̃ tota natura diuina in vna suarum ypostasim incarnata est: sed quicquid dicitur de natura cõmune est tribus: ergo incarnatio cõmunis est tribus personis. ¶ Item quecũqz sunt vnũ fm substantiã simplicem: cuicũqz vnitur vnũ z reliquum: sed tres persone sunt vnũ fm substantiã que est cõmunis z simplex: ergo si carni vnitur filiꝰ necessario z carni vnitur pater. ¶ Itez maior est vnio que est per gratiam vnionis qz que est per gratiã adoptionis: sed in vnione per gratiã adoptionis nõ vnitur menti vna persona sine alia: ergo nec vna persona assumpsit carnẽ sine alia. In contrariuz videt q̃ Dio. ij. c. de di. no. ea que ad incarnationem pertinent cõputat inter ea que sunt de discreta theologia: hec aũt sunt que vni persone cõueniunt sine alia: ergo incarnatio conuenit vni persone sine alia z nõ omnibꝰ. ¶ Item incarnatio includit in suo intellectu missionẽ: vt in littera dicit: sed ad hoc q̃ vna persona mittat non sequitur q̃ omnes mittant: ergo vna persona sine alia incarnari põt. ¶ P̃ maior est distinctio rei z rationis qz distinctio rationis tantũ: sed rationes diuersarum rerũ in diuinis nõ distinguunt nisi ratione. personе autẽ distinguunt re z ratione: ergo maior est distinctio personarũ in deo qz rationũ idealium: sed deꝰ per vnã rationẽ aliquid operat: quod non operat per aliã: qz alia ratione facit hominẽ: z alia ratione facit equum: vt Augu. ait: ergo multo amplius vna persona põt incarnari sine alia. ¶ Rº dicendũ q̃ quãuis tres persone sint vnũ in essentia non tamen oportet q̃ si vna coniungit carni q̃ etiam alia. ¶ Ad cuius euidentiã sciendum est q̃ quando aliqua in aliquo coniunguntur z in aliquo distinguũt: tunc solum necessariuz est vt simul cõiungant: quando cõiunctio fit fm id in quo cõmunicant: siue illud sit idem numero siue non sicut patet q̃ homo z asinꝰ cõicant in animali: z ideo quicquid cõmunicat cũ asino in genere: cõmunicat etiã cuz homine: sed qz homo z asinꝰ differẽtijs specificis distinguuntur: nõ oportet q̃ quicquid cõuenit cũ asino in differentia specifica cõueniat cũ homine similiter: z ita etiaz est in potentijs anime: qz oẽs radicant in essentia vna numero. vñ cũ anima vniat corpori dupliciter: z fm essentiã vt est forma eius: z fm potentiã vt est motor ipsius: vel operãs per ipsum: necessariũ est vt aĩa que vnitur oculo z quantuz ad essentiã anime inquãtũ perficit oculꝰ ineſſe specificato. et fm rationẽ visiue potentie: prout efficit instrumẽtũ videndi: coniungat etiam ligue quantũ ad essentiã aĩe nõ quantũ ad rationẽ potẽtie eiusdẽ: eadẽ enĩ essentia aĩe que ẽ in oculo: est in ligua: sz ibi fm potẽtiã visiuã: hic fm potẽtiã gustatiuã: z qõ plus est: aliqua potẽtia est que nulli parti corporis cõiungit quãtũ ad rõnẽ potẽtie vt intellectꝰ: sed solũ quantũ ad rõnẽ essentie. Dico ergo q̃ tres persone distinguũt quidẽ in psonalitate: sz cõueniũt in natura: vnde quicq̃d vnireꝫ filio in natura: de necessitate vniretur patri nõ aũt oportet q̃ si aliq̃d vniat filio in persona q̃ vniat patri. Nõ enĩ ponimꝰ incarnationẽ filij eẽ hoc mõ vt fit vnio facta in natura: sz solũ in persona: z ideo non oportet q̃ ponam patrẽ incarnatũ: sicut nõ oportet q̃ si potentia visiua sit actꝰ corpis: q̃ intellectꝰ sit actꝰ corpis qz cuius cõueniãt in vna essentia aĩe. ¶ Ad p̃mũ ergo dicẽdũ q̃ incarnatio includit in se vnũ illoꝝ triũ: qz incarnatio dic̃ vnionẽ in persona filij cuiꝰ psonalis ꝓprietas est generatio. ¶ Ad secundũ dicẽdũ q̃ assumere duo importat. s. actionẽ z terminuz vnionis. dicit enĩ assumere: q̃si ad se sumere: q̃d q̃ actionis importat in hoc v̄bo: totũ est cõe tribꝰ: verũ enĩ ẽ dicere q̃ tota trinitas vniuit humanã naturã filio in psona: sz terminus vnionis est solum persona filij et non patris: et ideo filius carnẽ assumpsit z non pater nec spiritussanctꝰ. ¶ Ad tertium dicendũ q̃ de natura nõ dicitur incarnatio fm se: sed ratione persone fm q̃ tota natura diuina incar-

nata est in vna persona filij: z ideo non oportet q incarnatio de tribus dicaf. hoc enim est necessariuz in illis que dicuntur de natura ratione ipsius nature: non de illis que dicuntur de natura ratione persone z hoc propter idemptitatē essentie z persone: vt patet in primo scrip. dis. 33. arti. i. et in prima parte. q. 3. ar. i. sicut essentia diuina est persona filij nō tamen persona patris est persona filij. ¶ Ad quartum dicendum q si esset vnio in substantia: vel natura sequeretur q tres persone essent incarnate si vna incarnaretur: nūc vero non est vnio facta in natura: vt scilicet ex diuina z humana fiat vnum sed in persona: vt sit vna persona in humanitate z diuinitate subsistens: z ideo ratio nō procedit: vt ex predictis patet. ¶ Ad quintum dicendum q in vnione que est per gratiam adoptionis considerat vnio per operationem tantuz: quia scilicet deus aliquē effectum in nobis operatur: z quia operatio est communis tribus. ideo oportet q etiam vnio illa communis sit quāuis sm q ille effectus appropriat vni persone vel alij: dicatur in mentez mitti filius vel spiritussanctus: sed in hac singulari vnione diuinitatis ad humanitatē non tñ notat ex parte dei operatio vel efficientia: sed etiam termin⁹ vt dictum est: z ideo non est simile.

AD secundū sic procedit. videtur q non magis fuit conueniens filium incarnari q̄z patrem vel spiritū sanctū: sicut in mysterio incarnationis monstrata est sapientia in decentia reconciliationis: ita etiam monstrata est potētia in hoc q in infinituz distantia coniuncta sunt: z etiā bonitas in hoc q non despexit proprij blasmatis infirmitatē: sicut dicit Damasce. sed sicut sapientia attribuitur filio: ita bonitas spiritui sancto: z potentia patri: ergo non decebat magis filium incarnari q̄z patrē vel spiritū sanctū. ¶ Item victoria potentie attribuitur: sed per incarnationem secuta est de hoste victoria: ergo incarnatio magis decebat patrem cui appropriat potentia. ¶ Item recreatio respondet creationi: sed creatio appropriat patri. Unde cum dicitur Gen. j. In principio creauit deus ce. et ter. deus creans exponit pater: ergo z incarnatio per quaz recreatio facta est patri potissime conueniet. ¶ Item incarnatio ordinata est ad hoc vt nos adoptionē filiorū recuperemus. ad Gal. 4. sed adoptare proprium patris est: ergo patrem decebat incarnari. ¶ Item videtur q magis congruum fuerit spiritumsanctum incarnari: eorum enim que magis vicina sunt decentior est cōiunctio: sed spiritussanctus est persona magis nobis vicina: vt dicit Augu. ergo spiritūsanctum magis decebat incarnari q̄z filium. ¶ P̄ incarnatio processit ex maxima charitate dei quā ad nos habuit: sed charitas est proprie spiritussanct⁹ vel etiā appropriate si essentialiter sumat: ergo spiritūsanctum potissime decebat incarnari. ¶ Sed otra. In mente nostra sunt tria tres personas representātia: scilicet mens que representat patrem: noticia que est verbū mentis representans filiū: z amor qui representat spiritūsanctū: sed inter hec tria verbū mētis maxime est corpale: sm q per vocē exteri⁹ sonat: ergo z incarnatio cōueniētissime verbū eternū decuit q̄ est ipse fili⁹ dei. ¶ Itē sm philosophū. 2°. Metha. id q̄ est primū in vnoquoq genere est causa eorū que sunt post: sz filiatio p̄mo in filio dei inuenit: sicut z paternitas in deo patre: ex quo ois paternitas in ce. z in ter. noiatur Eph. iij. ergo cōueniētissime fili⁹ dei incarnatus est: vt per ipsum adoptionē filiorū dei reciperem⁹. ¶ P̄ decētissima est cōiunctio sapiētie z humilitatis. vnde Prouer. xj. vbi humilitas: ibi sapiētia: sed sapiētia appropriat filio: ergo ipsum maxime decuit humilitas incarnatiōis. ¶ R° dicendum q decentia incarnationis filij potest attendi: z ex ꝑprijs z appropriatis ei⁹. ¶ In proprijs aūt ipsius possunt cōsiderari quatuor scilicet q fili⁹ est: q verbū est: q imago: q media in trinitate persona: sm aūt q imago cōuenientiaz habet cū eo qui reparādus erat. s. cū hoie qui ad imaginē dei fact⁹ est. Gen. j. vnde decuit vt imago imaginez assumeret: increata creatā: sm aūt q filius est ad modū reparationis que expleta est per incarnatiōis z passionis mysteria: sm enī q ex alio est: qō quidē sibi z spirituisancto cōmune est notaf auctoritas patris respectu ipsi⁹: vnde cōuenit sibi ad patrez: z deprecatio: z satisfactio: z alia huiusmodi que in patre auctoritatē demonstrāt: sed sm id qō in filio intelligitur determinat⁹ modus originis conuenit sibi nasci: vt qui in diuinitate est dei fili⁹: in humanitate sit virginis filius: vt nō sint plures filij in trinitate. ¶ Cōuenit etiā sibi inquantū fili⁹ naturalis est: vt per eum cuius est naturalis hereditas: alij in filios adoptent et coheredes fiant. Sed inquantū verbū est cōgruētiā habet ad officiū predicationis z doctrine: q̄z verbū manifestat dicentez: z ipse manifestauit patrē. Jo. xvij. Pater manifestaui nomē tuū hoib⁹. Inquātū vero est media in trinitate persona cōgruit ad vltimū effectū qui est reconciliatio hois ad deū: decet enim vt qui est medius etiā sit mediator. ¶ Inueniūt etiā quatuor filio appropriata. s. sapiētia z virt⁹ ab apl'o. j. Chorin. j. Xp̄m dei virtutē z dei sapientiā. Equalitas ab Aug. species z pulchritudo. ab Hill'. inquātū aūt sapientia est: congruit ad restaurationē: quia decet vt que in sapiētia facta sunt per sapientiā restaurent: z etiā seruituti a qua homo liberādus erat qui in eā seduct⁹ quodāmodo deuenerat: z ideo decebat vt per sapientiam a seductore liberaretur. ¶ Ipse etiā homo peccauit per appetituz sciētie. vnde per sapientiā liberādus erat. Inquantū aūt est virt⁹ z brachiū patris: cōgruit ad victoriā de hoste capiendā. Luc. j. Fecit potentiā in brachio suo: inquantū vero est equalitas: congruit etiā morbo qui sanādus erat. vterq; enim. s. homo z diabol⁹ peccauerat appetēdo equalitatē: ille potentie: iste scientie: inquantū vero species z pulchritudo est: congruit reparationi: vt per ipsuz deturpatio imaginis per peccatuz inducta amoueaf. ¶ Patri vero nō conuenit incarnatio p̄cipue ꝑpter proprietatē innascibilitatis: non enim decet vt qui in deitate est pater: in humanitate sit fili⁹: sic enim filius dei patris esset nepos v̄ginis: si ipsa virgo mater esset dei patris. Similiter etiā nec spirituisancto cōuenit: ne filij nomē in plures personas transferaf. ¶ Ad primū ergo dicēdū q in incarnatione ostēdūt sapia potētia z bonitas z ideo efficientia incarnationis toti trinitati attribuit: sed tamen opus qō deo incarnato debebaf: per filium expleri decuit ratiomb⁹ dictis: z ideo tota trinitas carnem soli filio vniuit. ¶ Ad secūdū dicēdū q potētis nō est vt per potentiā min⁹ potentē vincat. hoc enim videt violentū z non laudabile: sz per iusticiā z sapientiā: z ideo per filiū debuit pater hostē vincere. ¶ Uel dicēdū q q̄uis potētia attribuatur patri: eo q ipse est principiū totius deitatis: tamē filius etiā dicit virtus patris per quā in creatura operaf. vnde z brachiū patris dicit vt exponit Greg. illud Job. xl. si habes brachiū sicut de⁹: z ideo decenter per filiū de⁹ pater diabolū vicit. ¶ Ad tertiū dicendū q tria opera tribus personis appropriant: creatio quasi p̄ma patri qui est p̄ncipiū: nō de p̄ncipio: glorificatio que est vltim⁹ finis spirituisancto rōne bonitatis: recreatio que media est filio qui est media in trinitate ꝑsona. ¶ Ad quartū dicēdū q q̄uis p̄ris sit adoptare: tñ decēter nos p filiū adoptauit cui⁹ē hereditas: vt sic per verū heredē ipsa adoptatio acceptaret: z firma ostēderet: z vt filij adoptiui haberēt verū filiū ducē quē imitarent illi quos pscium cōformes fieri imaginis filij sui vt ipse sit p̄mogenit⁹ in multis fratribus. Ro. viij. ¶ Ad quintū dicēdū q spūssanct⁹ dicit ꝑsona maxime vicina nobis ꝑpter charitatē p q̄z nobis oia dona donāf: sz fili⁹ est magis nobis vicin⁹ quātū ad cōgruētiā incarnationis rōnib⁹ dictis. ¶ Ad sextū dicēdū q charitas dei est cā incarnationis: z ideo causalitas incarnatiōis q̄uis sit cōis trib⁹ personis appropriat tñ spirituisancto: vt infra dicet dis. 4. nō tñ ex hoc sequit q spūssanct⁹ debuerit incarnari.

Ad tertium sic procedit. videtur q̄ pater carnem assumere non potuerit: quia vt dicit Ansel. minimū inconueniens est deo impossibile: sed si pater carnē assumeret sequeretur inconueniens vt scilicet essent in trinitate plures filij quod in confusionem quandā vergeret personarū: ergo pater carnem assumere non potuit. ¶ Itē opposita non possunt iungi in eodem etiam per miraculū sed in patre est quedam proprietas que dicitur innascibilitas fm quā dicitur nō esse ex alio cui nascibilitas opponitur: ergo non potuit pater de virgine nasci quod diceret si carnem assumeret. ¶ Item vt in littera dicitur filio missio est ipsa incarnatio: sed patri nō conuenit mitti. vt in primo lib. dis. 3. habitū est ergo nec incarnari potest. ¶ Item ab eo qui est infinite misericordie semper optima expectāda sunt que contingere possunt: sed cum totus mūdus per incarnationem vnius persone meliorat⁹ sit: si etiā pater incarnaretur multo amplius meliorabit᷑: ergo si possibile est patrem incarnari hoc sperare debemus: sicut z antiqui patres incarnationem filij expectandis: quod est omnino absurdum. ¶ P̄ non est maior dei potentia quam sua voluntas cum vtrūq; sit infinitum: sed pater nunq̄ voluit incarnari: ergo nec incarnari potest. ¶ Sed contra. sicut dicit Ansel. omnis necessitas z impossibilitas deo est subiecta: sed ei nihil est impossibile cuius voluntati omnis impossibilitas subditur: ergo patrem incarnari nō est impossibile. ¶ Item eorum que eque distant: eque possibilitas est coniunctio: sed humana natura equaliter distat a trib⁹ personis: distat enim a qualibet in infinitum: ergo si potuit eam filius assumere potest z pater. ¶ P̄ quicquid dignitatis cōuenit filio conuenit z patri: sed posse assumere carnem est dignitatis in filio: ergo z patri attribuendum est. ¶ R° dicendum q̄ cum in agentibus ex libertate voluntatis executio potentie sequatur imperiū voluntatis et ordines rationis. considerandū est: quando potentie diuine aliquid ascribit᷑. vtrum attribuatur potentie fm se considerate: tunc enim dicitur posse illud de potentia absoluta: vel attribuitur sibi in ordine ad sapientiam z prescientiam z voluntatem eius: tunc enim dicitur posse illud de potentia ordinata: ipsi ergo potentie absolute cum infinita sit necesse est attribuere omne id quod in se est aliquid z quod in defectum potentie non vergit. dico autem in se aliquid esse quia coniunctio affirmationis z negationis nihil est: nec aliquem intellectum generat q̄ dicit᷑ homo z non homo simul acceptum quasi in vi vnius dictionis: z ideo potentia dei ad hoc se non extendit: vt affirmatio et negatio sint simul. z eadem ratio est de omnib⁹ que contradictionem includunt. dico autem in defectum potentie vergere que passionem potentie important: ex defectu enim potētie actiue ad resistendum contingit q̄ aliquid vel corrumpatur vel diuidatur vel aliquid huiusmodi. vnde z mollities impotentia naturalis dicit᷑ propter facilem diuisibilitatem: z ideo non dicimus deum in natura diuinitatis posse pati vel mori vel aliquid huiusmodi: sicut non dicimus eum posse esse impotentem. Huic autem potentie absolute considerate: quando attribuit᷑ aliquid quod vult facere z sapientia sua habet vt faciat: tunc dicitur posse illud fm potentiam ordinatā: quando autem potentia se extendit quantū in se est ad illud quod sibi attribuit᷑ quāuis nō habeat eius sapientia z voluntas: vt ita fiat: tunc dicit᷑ posse illud de potentia absoluta tantū: sed in his distinguendū est: quia in his sunt quedam que habent aliquid in se diuine sapientie et bonitati repugnans inseparabiliter coniunctum: vt peccare mentiri: z huiusmodi z etiam ista dicim⁹ deum non posse. quedam vero sunt que de se non habent inconuenientiam ad diuinam sapientiā: sed solum ex ordine aliquo sue prescientie quē deus in rebus statuit vel preuidit fm suam voluntatē vt q̄ caput hominis sit inferius z huiusmodi deus potest facere: quia potest statuere aliud ordinem in rebus fm quem fit conueniens: quod nūc fm istum ordinē qui rebus inest inconueniens videt. ¶ Sic ergo in his que diuine potentie attribui possunt: est quadruplex distinctio siue ordo. quedam enim nec ipsi potentie absolute attribuuntur. Unde simpliciter dicendum est deum ea nō posse: sicut pati z contradictio simul esse. quedam vero ex se sapientie z bonitati eius repugnant: z ista non dicimus deum posse nisi sub condictione: scilicz si vellet. non enim inconueniens est: vt in conditionali vera antecedens sit impossibile. quedam vero de repugnantiā nō habent sed solum ab exteriori z talia absolute concedendum est deum posse de potentia absoluta: nec sunt neganda nisi sub conditione scilicet vt dicatur non potest si voluntati eius repugnat. quedam vero sunt que attribuunt᷑ potentie: ita q̄ voluntati et sapientie eius congruūt. z hec simpliciter dicendum est deū posse: nullo modo ea nō posse. ¶ Dicendum est ergo q̄ patrem incarnari non est de illis que potentie dei absolute non subdūtur cum neq; contradictionem implicet neq; defectum aliquez incarnatio in persona incarnata ponat. est enim eadem dignitas patris z filij: et ratio eadem personalitatis: in vtroq; nec est etiam de illis que ex se inconuenientiaz habent: sed est de illis que habent inconuenientiaz propter ordinem alium a dei sapientia institutum: sed filium incarnari est in quarto ordine: z ideo simpliciter concedendum est q̄ pater potuit carnem assumere z similiter spiritussanctus: loquendo de potentia absoluta. ¶ Ad primuz ergo dicendum q̄ hoc est impossibile: vt aliquid faciat deus z hoc sit inconueniens: sed tamen potest facere: vt illud quod modo est inconueniens fm vnum ordinem: fm alium ordinem fiat cōueniens: sicut potest carnem hoc modo formando assumere: sicut corpus viri de terra formauit: sic enim filij nomen patri non conueniret: nec etiam si pater filius diceretur esset de se repugnantiam habens cum fm diuersas naturas hec sibi attribuerentur. ¶ Ad secundū dicendum q̄ fm idem non possunt opposita eidem inesse: sed fm diuersa nihil prohibet. vnde quāuis patri conueniat innascibilitas fm naturam diuinam: posset tamen eidem inesse natiuitas fm naturam humanam: sicut filio fm naturam diuinam inest q̄ sit pater virginis: cuius fm naturam humanam est filius. ¶ Ad tertium dicendum q̄ incarnatio filij dicitur missio: quia filius ab alio est: si autem pater incarnaret᷑ ei⁹ incarnatio missio nō dici posset: sicut ostensio spiritussancti in columba missio visibilis ipsius dicitur: non autem ostensio patris in sono vocis. ¶ Ad quartuz dicendum q̄ tres persone nō sunt maioris bonitatis q̄ vna tantum: z ideo nihil plus vniuerso accresceret de incarnatione omniuz personarum q̄ de incarnatione vnius tantum vñ fuisset superfluū: z ideo q̄uis sit possibile patrē incarnari non tamen est expectandū. ¶ Ad quintum dicenduz q̄ potentia dei non est maior quantum ad essentiam q̄ voluntas: tamen ad plura obiecta se extendit potentia q̄ voluntas. vnde non sequitur si aliquid deus non vult q̄ illud absoluta potentia non possit.

Ad quartum sic procedit᷑. videtur q̄ pater z spiritussanctus non possint vnam z eandem numero naturam assumere. primo per hoc qō dicit Ansel. in lib. de concep. virgi. plures persone nō possunt assumere vnum eundēq; hominem: sed si vnam naturā assumerent vnus homo assumptus esset a pluribus personis: ergo primum est impossibile. ¶ Item assumptio humane nature terminatur ad aliquaz vnionem: non autem ad vnionem in natura: quia oporteret vel alteram tantū remanere: sicut patet in coniunctione cibi ad cibatum. vel etiam neutrum vt patet in coniunctione elementoz: in incarnatione vero vtraq; natura manet: vt Damasce. dicit. et sic pz q̄ nō pōt eē vnio in natura: g̃ oportz q̄ terminet᷑ ad vnionē in psona nō ergo possunt esse plures psone vnā naturā assumētes.

forma totius in rebus animatis resultat ex vnione vel coniunctione anime ad corpus. sed in christo anima fuit coniuncta corpori: alias corpus illud viuum nō fuisset: ergo in christo fuit forma totius. ¶ Ꝑ homines conueniūt specie ad inuicem fm conuenientiā in forma totius. sed christ⁹ fuit eiusdem speciei cū alijs hominib⁹: alias pro hominib⁹ non satisfeciſſet: ergo in christo fuit forma totius. ¶ Ꝓ° dicendum q̄ fm philosophū. viij. metha. diffinitio in hoc cōuenit cum numero: q̄ sicut in numeris contingit q̄ semper subtracta vel addita vnitate fit alius numerus: ita etiam in diffinitionibus si addatur vel subtrahatur aliqua differētia: semper fit alia species. cum ergo omnes differentie sumantur ex essentialibus principijs: oportet q̄ si homini subtrahatur aliquid de essentialibus eius nō remaneat eadem species. cū ergo christus fuerit eiusdem speciei cū alijs hominib⁹: alias enī verus homo non fuisset: sed equiuoce homo diceretur nec pro omnibus satisfaceret congrueter: oportet q̄ omnia essentialia homini in christo fuerint: et corpus et anima vegetabilis sensibilis et rationalis. et vlterius forma totius resultans ex coniunctione corporis et anime: que humanitas dicitur. et q̄ proprietates naturales ex principijs essentialibus causantur: oportet q̄ in ipso fuerint omnes naturales proprietates speciem humanā consequentes. De alijs autē que per accidens humanā naturā consequunt̄ siue sint defectus siue perfectiōes infra suo loco dicetur. ¶ Ad primā ergo questionē sciendum q̄ circa hoc fuerunt duo errores. Unus fuit manicheorū qui dicebant q̄ christus verū corpus non habuit: sed tm̄ fantasticū. et ratio huius positionis videtur fuisse quia omniū visibiliū auctorem posuerūt diabolum. et ideo nihil hui⁹ fm veritatē in christo fuit: in quo princeps mundi huius nihil habuit Jo. xiij. Patet autē q̄ positio ista est falsa. et quantū ad radicē positiōis: quia deū creatorē omniū visibiliū et inuisibiliū et fides tenet et ratio demōstrat: cum a primo ente oporteat omnia entia esse: vt patet ex. ij. metha. et etiam in se positio falsa est: quia veritatem humanitatis tollit: vt ex dictis patet. esset enī inuenire aliquam falsitatē vel simulationē in eo qui de se dicit Ego sum via veritas et vita Jo. xiiij. Alius error fuit marcianor qui dicebant christū corpus de virgine nō assumpsisse: sed de celo apportasse. quod forte ortū habuit ex opinione platonicorū: qui dicebant anime corpus terrestre omnino fugiendū esse vt beatitudinē consequatur. Nō enī credebant posse fieri vt anima corpori terrestri vnita beata fieret: ponebant tamē animas corporibus celestibus vnitas: vt soli et stellis et lune beatas fore: vt Augustī. recitat in libro. x. de ciui. dei. et ideo animā christi que summe beata fuit nō terrestri sed celesti corpori vnitam putauerūt. Sed hec etiā positio veritatē humanitatis tollit: quia quelibet forma naturalis determinatā materiam requirit. et ideo anima humana nō ex qualibet materia quam perficit hominē facit: sed inquantum est forma talis corporis elementati. s. et debita proportione complexionati. vñ si xp̄s corp⁹ terrestre nō habuit verus homo nō fuit. bis autē idem defectus contingit qui et antiquis philosophis: vt in primo de anima dicit de anima dicentes nihil de corpore dixerunt: opinantes quālibet animā cuilibet corpori adaptari: quod esse nō potest cum propria forme respondeat propria materia: et vnicuiq; agenti determinata instrumēta. et ideo fides catholica que christū verum hominē confitetur eum habuisse corpus ex quattuor elemētis compositū sicut nos habemus firmiter tenet. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ concupiscentia carnis contra spiritū non causatur ex ipsa carnis natura: sed ex vitiosa corruptione eius que ex peccato primi parentis prouenit: sine qua filius dei veram carnis naturam assumpsit. ¶ Ad secundū dicendū q̄ similitudo attenditur fm formā. Corporis aūt humani forma est aīa rōnalis in qua imago dei consistit. et ideo in corpore humano non tm̄ est similitudo vestigij: sed etiaz similitudo imaginis inquantū animā habet. Non enim corpus humanū habet esse quoddam distinctū ab esse quod dat sibi anima quasi ab alia forma per quam sit in eo similitudo vestigij tm̄: sicut est in corporib⁹ inanimatis: quia sic anima esset ens in subiecto fm q̄ subiectum nominat ens subsistens in actu: quod ad rationē accidentis pertinet: vt in secundo de anima dicit cōmentator. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ coniūctio anime ad deum per fruitionem consistit in operatione intellectus et voluntatis: in qua corpus nullo modo cōmunicat: quia exercet̄ talis operatio fine organo corporali: vt probatur in. iij. de anima. et ideo per fruitionē nullo modo corpus deo vniri potest. sed coniūctio vnionis est ad esse in persona vna. corpus autē et anima in vno esse cōmunicant: quia anima est quod quid erat esse huiusmodi corpori vt in. ij. de anima dicit̄. et ideo per modū vnionis in persona vna corpus deo coniungi potest. ¶ Quartum et quintū concedimus. ¶ Ad secundam questionē est sciendum q̄ circa hoc etiam fuerūt duo errores. Unus fuit Arrij et Eunomij: qui dicebant filiū dei carnem fine anima assumpsisse: quia opinabantur diuinitatem sine anima corpus eius viuificare. Alius fuit error Apollinaris qui dicebat in christo corp⁹ animatū fuisse cum anima carente sensu et intellectu. vterq; aūt error et veritati humanitatis derogat: et dignitati corporis christi. Nō enī potest esse vt materia in aliquo esse perficiat̄ nisi per aliquid quod sit forma ei⁹. vñ cum deus nullo modo forma corporis esse possit: quia oporteret eum esse partem: et non imaterialissimū: sequeret̄ q̄ corpus christi si omnino careret anima esset sicut corpus non viuū. et si careret anima sensibili et rationali esset sicut corpus plante: vnde esset multo minus nobile q̄m corpus nostrū. Similiter etiam cū de ratione hominis sit rationalem animā habere: si ea christus caruisset verus homo non fuisset. Hoc autē videtur eis contigisse ex hoc q̄ credebant animā corpori non vniri sicut formā: sed magis sicut indumento: vt Plato dicit fm q̄ Grego. nic. narrat. per quē modū si deus corpori vniret̄: homo non diceret̄: precipue si ponat̄ vt quidam posuerūt animā de substantia dei esse: que omnia manifestam falsitatē continent. Et ideo horum et aliorum predictorū error excluditur in libro de ecclesiasticis dogmatib⁹ sic. Natus est dei filius ex homine: non per hominē id est viri coitum: sicut Ebeon dicit. sed carnē de virgine trahens: non de celo afferens: sicut Marcianus affirmat. neq; in fantasia sine carne vt Valentinus dicebat: sed verum corpus. Nō tm̄ carnē ex carne vt Marcianus dicit: sed verus deus et verus homo. in deitate verbū patris et deus in homine anima et caro: nō sine sensu et ratione vt Apollinaris posuit. neq; caro sine anima vt Eunomi⁹ dixit. Neq; sic natus de virgine: vt anteq̄m de virgine nasceretur deus non fuerit: sicut Antemon et Marcellus dixerunt. ¶ Ad primū ergo circa hoc obiectū dicendū q̄ cū dicitur Uerbū caro factū est: sumitur pars pro toto id est caro pro toto homine. sicut anima ponit̄ aliquando pro toto homine Gene. xlvj. Omnes anime que ingresse sunt in egiptū ꝛc. Ideo autē carnē que inferior pars est dicere voluit: vt ostenderet per locum a minori nihil in hominis natura esse quod filius dei non assumpsit. ¶ Ad secundū dicendū q̄ ad hoc q̄ corpus viuificetur requiritur q̄ sibi cōiungatur principiū vite per modū forme vt ex eis efficiatur vna natura cōmunis. diuinitas autē forma corporis eē nō potest. non enī ex deitate et corpore vna cōmunis natura resultat. et ideo ad hoc vt corpus xp̄i vnū' eē posset requiritur anima q̄ sit eius forma. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ sicut in. ij. de anima dicitur Illud quo aliquid operat̄ primo est forma rei. vnde cum intellectus diuinus non possit esse forma in humanitate christi: oportet q̄ illud quo hō sentit et intelligit sit anima sensitiua et intellectiua. ¶ Alia duo concedimus. ¶ Ad tertiam questionem sciendum est q̄ quidā posuerunt deum assumpsisse animā et corpus: non ita q̄ ex eorum coniunctione aliqua humanitas resultaret. et hec opi-

nio similiter veritatem humanitatis tollit: ꝛ dignitatē corpoꝛis christi. non enī christus verus homo esse potuit: nec corpus eius vere viuū nisi anima corpoꝛi vnita fuisset vt forma eiꝰ: ita q̄ ex eis vnū quid efficeretur. sed de hac opinione infra dicetur dis. iij. vñ dicendū q̄ sicut in christo verum corpus ꝛ vera anima fuit: ita ꝛ vera humanitas id est natura humana ex diuinctione vtriusq̄ resultans. ¶ Ad primū circa hoc obiectū dicendū q̄ Dama. dicere intendit q̄ non est facta vnio in vna natura vt Euticiani posuerunt. ꝛ ideo vult q̄ ex coniūctione diuinitatis ad humanitatē nō resultet aliqua natura cōmunis tertia: quia illa nec esset diuinitas nec humanitas: sicut humanitas nec est anima neq̄ corpus. vnde christus neq̄ esset deus neq̄ homo: sed tm̄ xp̄s. nō autē intendit q̄ ex coniūctione anime ad corpus non resultet forma totiꝰ per quam in specie cū alijs hoīb⁹ cōicet. ¶ Ad secundum dicendū q̄ verbum Boetij veritatem habet in quolibet individuo quod subsistit in vna natura tm̄: quia species comprehēdit omnia essentialia principia subsistentis individui in naturā speciei. ꝛ sic etiam humanitas comprehendit omnia essentialia christi fm̄ q̄ in humanitate subsistit. sed illa persona hoc singulariter habet vt in duabus naturis subsistat: ꝛ ideo species humana non colligit omnia que illi persone essentialiter conueniunt. ¶ Ad tertium dicendū q̄ cū dicitur nomine humanitatis corpus et anima intelligi intelligendū est materialiter: sicut nomine totius intelliguntur partes: non q̄ totū proprie loquēdo sit sue partes: sed aliquid ex partibus constitutū. ¶ Alia duo concedimus.

¶ Questio secunda.

Deinde queritur de ordine assumptionis: Et circa hoc queruntᵉ tria. Primo vtrū vnam partē humane nature assumpserit mediante alia. Secūdo vtrū humanam naturā assumpsit mediante aliquo alio. Tertio vtrum oēs partes humane nature simul tpe assumpserit.

Ad primū sic proceditur. videtur q̄ carnē non assumpserit mediante anima. remoto enī medio quo aliqua coniungunt extrema separantur. sicut patet in tabulis que per clauū coniunguntᵉ. sed in morte christi separata est anima a carne: nec tamē separata est deitas a carne. ergo anima nō est mediū quo deitas vnitur carni. ¶ P̄ vnū extremoꝝ que coniunguntᵉ per mediū magis coniunguntur medio q̄ alteri extremo. sed caro nō magis coniungitur anime q̄ deitati. est enī caro ab anima separata in morte: non tamen a deitate: ergo diuinitas non est vnita carni mediante anima. ¶ P̄ deus in qualibet creatura est immediate per essentiam presentiam ꝛ potentiā. Similiter etiaꝫ anime sancte coniungitur īmediate per gratiam. cum ergo maioꝛ sit coniunctio vnionis q̄ aliqua predictarū: videtur q̄ quicquid assumitur ad vnitatem persone īmediate diuinitati coniungatur. ¶ Sed contra. Augustinꝰ ad Volusianū dicit Filius dei assumpsit animā rationalem: ꝛ per eaꝫ sibi corpus aptauit. ꝛ ita videtur q̄ mediante anima filius dei carnem assumpserit. ¶ P̄ multum distantia non coniunguntᵉ nisi per mediū: quod minus distat ab extremis q̄ extrema ad inuicem. sed corpus plus distat a deitate q̄ anima: ergo corpus vnitur deitati mediante anima. ¶ Alterius videt q̄ non assumpserit animā mediante spiritu. impossibile enī est vt per idem mediū vniaᵗ aliquid superiori ꝛ inferiori: quia illud quo vnitur inferiori est infra ipsum. illud autē quo vnitur superiori est supra ipsum. sed anima mediāte spiritu vnitur corpoꝛi quod est infra ipsum vt quidam dicunt: ergo non vnitur deo qui est supra eā mediante spiritu. ¶ P̄ medium oportet differre ab extremis. sed mens que spiritus dicitur ab Augu. xij. super Gene. nō est extra essentiam anime: īmo est id quod in anima nostra est sublimius: in qua imago dei inuenitur: vt idem Aug. xiiij. de trini. dicit: ergo non assumpsit animā mediante spiritu. ¶ P̄ spiritꝰ humanus differt in hoc ab angelico q̄ est anime vnitus ꝛ carni: quod angelo nō conuenit. sed spiritꝰ angelicus non est assumptibilis vt supra dictū est: ergo q̄ spiritus humanꝰ sit assumptibilis: est ex ratione anime: vel ex ratione carnis: ergo magis assumpsit spiritū mediante carne vel anima q̄ econuerso. ¶ Sed contra. Ea que sunt distantia per aliquid vtriq̄ proximū coniunguntᵉ. sed spiritꝰ proximꝰ est deo per similitudinē imaginis: quia ꝛ ipse deꝰ spiritus est: vt dicitur Jo. iiij. Similiter etiam cum anima conuenit in hoc q̄ pars quedam anime est: ergo deus animā mediante spiritu assumpsit. ¶ P̄ sicut anima corpoꝛe: ita alijs partibus anime spiritꝰ superioꝛ est. sed deus assumpsit corpus mediāte anima: ergo eadem ratione assumpsit animā mediante spiritu. ¶ Ulteriꝰ videtur q̄ nō assumpserit totū mediantibus partibus. illud enī quod conuenit toti ratione partiū: non solum conuenit toti: sed etiam partibus. sed deitas non predicatur de partibus humane nature: nō enī dicimus q̄ anima sit deus: vel q̄ corpus sit deus: predicatur autē de toto cū dicimus deum hominē esse. ergo cum per assumptionē humane nature predicetur deus de homine ꝛ econuerso: videtur q̄ partes non assumpserit nisi mediante toto. ¶ P̄ alia est singularitas vniuscuiusq̄ partis hominis: et singularitas diuine persone: vel incommunicabilitas: quia partes sunt plures: sed persona assumens vna est. est autē eadem singularitas persone assumentis ꝛ totius hominis: quia eadem est yposthasis vtriusq̄: vt dicit Damasce. ergo videtur q̄ partes non assumpserit nisi mediante toto. ¶ P̄ creature cui est vnita diuinitas debetur honoꝛ latrie: vt infra dicetur distin. ix. sed aliquibꝰ partibus coꝛpoꝛis christi si essent separate non deberetur honoꝛ latrie: ergo partibus separatis a toto non est vnita diuinitas: ergo nō est vnita partibꝰ nisi mediante toto. ¶ Sed contra. In morte christi diuinitas partibus hominis. s. coꝛpoꝛi ꝛ anime vnita manfit. sed tunc ex partibus cum coniūcte non essent totum non constabat: ergo non assumpsit partes mediante toto. ¶ P̄ quicquid conuenit parti ꝛ toti per prius conuenit parti q̄ toti. sed dicimus humanam naturam assumptam esse: ꝛ similiter partes eius. s. animā ꝛ carnem: ergo per prius assumpsit partes q̄ totū: ꝛ ita non partes mediāte toto assumpsit. ¶ Ad⁹ dicendum q̄ est duplex medium. s. congruentie ꝛ necessitatis. Medium congruentie est quod facit ad decentem coniunctionē extremoꝝ: que tamen nihilominus sine illo esse posset: sicut pulchritudo facit ad decentem coniunctionem matrimonij: qua tamen amissa matrimoniū non soluitur. Medium autem necessitatis est sine quo coniunctio extremoꝝ esse non potest: sicut lumen coniungit aeri mediante diaphano. hoc tamen contingit dupliciter: quia vel est causa coniunctionis: vel est ad coniunctionem consequens. Coniunctionis causa est medium sicut aqua ꝛ aer in visu: quia per aerem redditur species visibilis ipsi visui. Consequens autem cōiunctionem est quod ex coniunctoꝝ dispositione causatur: sicut aer vel aqua est mediū in tactu: propter hoc oportet extremitates coꝛpoꝝ se tangentium humidas esse: et ita oportet humiditatem aliquam intermediam esse. Medium autem quod est causa coniūctionis est duplex: quia vel coniungit effectiue: sicut homo reconcilians inimicos dicit̄ medius inter eos. vel coniūgit formaliter sicut amoꝛ coniungit amicos vt mediū quoddam inter eos. sed vtrūq̄ horum adhuc dupliciter contingit: quia medium necessitatis vel causa coniunctionis est in actu: vt patet in vinculo quo aliqua colligantur. vel est causa coniungibilitatis: sicut siccitas in lignis causat coniungibilitatem ad ignem. ¶ His igitur visis ad primam questionem dicendum q̄ anima est quodammodo medium quo coꝛpus diuinitati vnitur. Sed sciendum q̄ si anima comparetur ad vniones in actu: est medium congruentie tm̄. non enim decet vt diuinitas coꝛpoꝛi vniatur nisi habeat animaꝫ. Tum quia est deo propinquioꝛ: tum quia pluribus modis est deo vnibilis q̄ coꝛpus: quia etiam per gratiaꝫ ꝛ gloriam. tum etiam

quia corpori vnitur propter reparationem anime. si vo cõparetur ad vnibilitatem: sic est mediũ necessitatis: sicut causans formaliter vnibilitatem in corpore. non enim corpus est vnibile seruato ordine ad finem vnionis fm q̃ creatura rationalis pre alijs assumptibilis dicta est: nisi per hoc q̃ particeps est imaginis dei mediante anima. vnde corpora inanimata vnibilia non sunt. ¶ Ad primũ ergo dicendum q̃ si tollatur medium quod est causa coniunctionis in actu necesse est vnita dissolui. sicut subtracto amore hominum corda vlterius vnum non erunt. semper enim ablata causa auferẽ effectus. subtracto tamen medio congruentie quod ad decentiam vnionis faciebat non est necessariũ vnita dissolui. similiter autem non est necessarium: vt si tollatur medium quod est causa coniũgibilitatis q̃ vnio dissoluatur. potest enim esse vt causat coniungibilitatem etiam postq̃ abscesserit dũmodo remaneat ordo ⁊ possibilitas ad ipsum quia forte coniunctio actualis medij non est causa coniungibilitatis ad extremum. sed potius coniungibilitas medij sicut actualis consideratio principiorum est medium quo habitus conclusionũ acquirit. non tamẽ transeunte actuali consideratione principiorum transit habitus conclusionis: eo q̃ adhuc manet habilitas ad considerandum principia. vnde cum anima sit medium congruẽtie ⁊ causans vnibilitatem in corpore: non oportet q̃ abcedente anima coniunctio diuinitatis ad carnẽ dirimatur: quia adhuc remanet in corpore habilitas ⁊ ordo ad animã: ratione cuius remanet in carne conuenientia vnionis: ⁊ vnibilitas ad diuinitatem. ¶ Ad secundum dicendum q̃ aliqua duo possunt esse magis coniuncta q̃ alia dupliciter. Uel quia pluribus modis coniunguntur: ⁊ sic anima magis vnitur carni q̃ deitas: quia anima est forma eius. ⁊ hoc modo est medium formaliter: vnibilitatẽ in ipso causans. Uel quia fortiori vinculo coniunguntur: ⁊ sic deitas magis vnitur carni q̃ anima que vnitur ei naturali vnione: propter quod separabilis est. diuinitas aũt vnitur carni per gratiam increatam: que inmutabilis est: ⁊ ideo illa vnio nunq̃ separatur. ¶ Ad tertium dicendum q̃ creatura ex seipsa receptibilis est diuini influxus in ipsam. ⁊ ideo non indiget medio qõ faciat eam possibilem ad hoc q̃ deus in ea sit per essentiam presentiam ⁊ potentiam. neq; etiaz indiget medio congruentie: quia decentissimũ est vt creatura a creatore non deseratur. similiter etiam anima fm sui naturam capax est dei: corpus autem non est assumptibile per naturam corporis: sed inquantum est perfectum anima rationali: ⁊ ideo, non est simile. ¶ Ad secundam questionem dicendum q̃ fm Augustinũ. xij. super Gene. spiritus multipliciter dicitur. Uno modo ipsum corpus subtile: vt aer. Alio modo corp9 anime omnino subiectum: sicut corpora sanctoruz in resurrectione. prima Corinth. xv. Tertio modo quelibet anima brutorum Eccls. iij. Quis nouit si spiritus iumentoruz ⁊c. Quarto virtus imaginaria. prima Corinth. xiiij. Psallam spiritu psallam ⁊ mẽte. Quinto ipsa mens hois vel angeli. Ephes. iiij. Renouamini spiritu mentis vestre. Sexto ipsa diuina substantia Jo. iiij. Spiritus est deus. Nunc autem loquimur de spiritu fm q̃ pro mente ponitur. Unde dicẽdum q̃ diuinitas mediãte spiritu animam assumpsit: sicut anima mediante corpus. sicut enim corpus non est assumptibile nisi per hoc q̃ habet animã: ita anima nõ est assumptibilis nisi per hoc q̃ mens in ea est: per quam imaginem dei habet. ¶ Ad primum ergo circa hoc obiectum dicendum q̃ ratio illa procedit ex equiuocatione spiritus: vt ex dictis patet. ¶ Ad secundum dicendum q̃ quamuis spiritus id est mens non differat ab aĩa per essentiam nisi mens dicatur potentia anime: que quodammodo ab anima per essentiam differt sicut proprietas a subiecto. tamen anima non ex hoc q̃ est anima assumptibilis est modo predicto: sed ex hoc q̃ mentem habet. ⁊ ideo mens est mediuz in anima assumptibilitatem causans. ¶ Ad tertium dicendum q̃ quamuis forma materialis non possit esse sine materia: tamen materia nõ dat esse forme: sed econuerso. ita etiã quãuis spiritus carni non vnitus assumptibilis non fit: magis tamen spiritus causat assumptibilitatem in corpore q̃ econuerso. ¶ Alia duo concedimus. ¶ Ad tertiam questionẽ dicendum q̃ partes originaliter sunt priores toto quasi cõstituentes ipsum. totum autem completiue est prius partibus: quia ratio nature complete inuenitur prius in ipso toto: ⁊ ad partes eius peruenit mediante toto inquantũ eius partes sunt: vnde etiaz sunt in genere per reductionẽ. ¶ Et ideo dicendum est q̃ quodãmodo mediantibus partibus assumpsit totum inquantum scilicz partes originaliter humanam naturam constituebant cui per se assumptio debebatur. quodãmodo autem partes mediante toto: inquantum ratio humane nature que per se assumptibilis est per prius inuenitur in toto: ⁊ per hoc in partib9. ¶ Ad primuz ergo dicendũ q̃ quãuis de partibus humane nature deus non predicet: tamen partes ille causant originaliter assumptibilitatem in toto: sicut homo dicitur animal: non autem corpus vel anima dicitur animal: quãuis ex corpore ⁊ anima causetur in homine q̃ animal sit. ¶ Ad secundum dicendum q̃ est duplex singularitas: scilicz singularitas nature: vt hec humanitas. ⁊ singularitas subsistentis in natura: vt hic homo. non autem est facta vnio in singularitate nature: quia nature inalterabiliter vnite sunt. sz est facta vnio in singularitate persone subsistentis in natura: quia idem christus in vtraq; natura subsistit. singularitas autem partium inquantum partes sunt ad naturã pertinet. ⁊ ideo nõ est eadem singularitas partium hominis ⁊ dei: sed est eadem persona hominis ⁊ dei: nec tamen sequit̃ q̃ partes nõ causent assumptibilitatem in toto. ¶ Ad tertium dicendũ q̃ in omnibus partibus que sunt de veritate humane nature etiam separatis manet ordo ad totam naturam. ⁊ ideo remanet in eis assumptibilitas: ⁊ per consequens vnio: sicut in corpore christi remansit anima separata: vnde et eis latria deberetur. si autem seperarentur alique partes que non essent de veritate humane nature: nõ remaneret in eis ordo ad naturam humanam: cui principaliter assumptio debetur: ⁊ ideo nõ remaneret vnio nec debitũ latrie. ¶ Ad quartum dicendum: q̃ sicut corpus remanet vnitum post animam quamuis mediãte anima vniatur propter hoc q̃ remanet in corpore ordo ad animã. ita etiaz remanet ordo in partibus ad totuz. ⁊ propter hoc dissoluto toto adhuc remanent partes vnite. ¶ Ad quintum dicendum q̃ quamuis partes sint priores toto: ⁊ causent totum: tamẽ aliquid est quod non conuenit partibus nisi in ordine ad totum: sicut q̃ ordinent̃ in predicamento: vñ ratio ex falsis ꝓcedit.

Ad secundum sic proceditur. videtur q̃ natura humana assumpta sit mediante gratia. Sicut enim dicit Augustinus in. xiiij. de trinita. in rebus per tempus exortis summa gratia est q̃ de9 in vnitate persone homini nullis meritis precedẽtibus copulatur: sed in his que fiunt per gratiam: gratia medium cadit: ergo natura humana vnitur diuinitati mediante gratia. ¶ Ꝑ maiorem est vnio in persona q̃ vnio anime beate ad deum per fruitionem. sz anima non potest vniri deo per modum fruitionis nisi mediãte gratia: ergo nec natura humana potest assumi in vnitate diuine persone nisi mediãte gratia. ¶ Preterea in illud quod facultatem nature excedit natura non potest peruenire nisi mediãte gratia. sed assumi in vnitatem diuine persone est maxime excedens facultatẽ nature: ergo in hoc natura non potest peruenire nisi per gratiaz eleuetur. ⁊ sic idẽ quod prius. ¶ Sed contra. Corpus humanum non est susceptibile gratie: ⁊ tamen assumptum est sicut ⁊ anima: ergo assumptio humane nature non est facta mediante gratia. ¶ Preterea in his que miraculose fiunt non requiritur aliquod medium disponẽs. sed assumptio humane nature miraculose est facta: ergo non oportuit q̃ esset ibi gra-

tia aliqua quasi disponens humanam naturam in vnionē

¶ Ulterius videtur q̄ filius dei carnem assumpsit mediante spiritusancto. verbū enim creatum non vnitur voci nisi mediante spiritu: sed sicut verbū mentis humane vnitur voci: ita verbum diuinum vnitur carni: vt dicit Augu. ergo illa vnio facta est mediāte spiritusancto. ¶ Preterea in omni coniunctione que fit per gratuitam voluntatem: amor medium cadit: sed vnio filij dei ad humanam naturam est huiusmodi: ergo in ea spiritusanct⁹ qui est amor medium est. ¶ Preterea ſm Augusti. z Hyll. Inter tres personas spiritussanctus est nobis propinquior: sed id q̄ alicui magis propinquat est medium quo magis distanti vnitur: ergo spiritussanctus est medium quo vnitur humana natura diuine. ¶ Sed contra. medium magis vnitur vtriq; extremorum q̄ extrema ad inuicem: sed spiritussanctus non vnitur humanitati persona: ergo non est medius vnionis.

¶ Ulterius videtur q̄ nec vnio cadat medium inter humanam naturam z diuinā: nullum enim accidēs cadit medium in aliqua substantiali vnione: sed vnio cuz fit relatio: accidens quoddaz est: ergo cum vnio diuinitatis ad humanitatem non fit accidentalis: sed in substantia que ypostasis dicitur: videtur q̄ in illa vnione medium cadere nō possit. ¶ Preterea Si vnio illa res aliqua est aut est eterna aut tempozalis: si eterna: cum compositionē non fit intelligere sine compositis: vt dicit philosophus opoz teret q̄ homo ab eterno deo vnitus fuisset: si tempozalis: cum vnio sit in vtroq; extremorum: videtur q̄ aliquod tēpozale in deo fit quod est impossibile: ergo vni non est aliqua res cadens medium inter humanam naturam z diuinam. ¶ Preterea si sit tempozalis: cuz omnia tempozalia preceſſerunt in operibus sex dierum: opozet q̄ z vnio ista in operibus illis preceſſerit: quod non videtur: ergo vnio non est aliqua res tempozalis que medium inter diuinitatem et humanitatem cadere possit. ¶ Sed contra. relatio cadit medium inter extrema: sed vnio relatio quedam est qua humanitas z diuinitas vniri dicuntur: ergo mediante vnione: humana natura diuine vnita est. ¶ R⁹ suppositā distinctione in predicto articulo premissa. Sciendū est q̄ in vnione humane nature ad diuinam nihil potest cadere medium formaliter vnionem causans cui per prius humana natura coniungatur q̄ diuine persone: sicut enim inter materiam z formam nihil cadit medium ineſſe: quod per prius fit in materia q̄ forma substantialis: alias esſe accidentale esſet prius substantiali quod est impossibile: ita etiam inter naturam z suppositum non potest aliquid dicto modo medium cadere: cuz vtraq; coniunctio fit ad esſe substantiale: sed sicut aduentum forme in materiam precedunt ordine fiendi disponentia formaliter et materialiter quibus materia redditur idonea ad susceptionem forme: ita etiam in humana natura inueniūtur quedam superadita quibus redditur decens vt assumatur a diuina persona vt scientie et virtutes et huiusmodi: vnde ista possunt quodāmodo dici medium congruentie. ¶ Ad primam ergo questionem dicendū q̄ sicut in. ij. senten. xxvj. dis. Magister dicit: gratia dupliciter dicitur. vno modo ipse deus gratis dans vel gratuita volūtas eius. alio modo donum aliquod gratis datum. primo ergo modo accipiendo gratiam: gratia est medium vnionis quasi vnionez efficaciter causans: quia gratuita sua voluntate sine meritis precedētibus carnem assumpsit. secundo modo accipiendo gratiā non cadit ibi aliquod medium habituale donū: ficut vnionem vel vnibilitatem formaliter causans: sed solum est sicut medium congruetatis: ficut etiam scientia et perfectio corporis z huiusmodi: que decuit nature assumpte nō deesſe: Nisi forte gratie ipsa vnio dicatur que est quoddam donū gratie gratis datum: que quomodo sit medium post dicetur. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ sicut ipsemet se exponit. Assumptio illa ad maximam gratiam pertinet: q̄z tam maximum donum collatum est homini vt esſet filius dei nullis precedentibus meritis. Unde gratia diuina ibi signat voluntatem diuinam: vnitionem gratis facientem z non habitum aliquem quo interueniente vnio completa fit. ¶ Ad secundum dicendum q̄ fruitio operationem quandam dicit. vnde per fruitionem anima vnitur deo sicut operans operationis obiecto: hoc autem ad rationem perfecte operationis pertinet vt a potentia mediante habitu eliciatur: z ideo opozet q̄ vnio fruitionis mediante habitu gratuito fiat: vnio autem in persona est ad vnum esſe personale: habitus autem non potest esſe principium persone subsistentis: sed est adesſe consequens: et ideo gratia non est medium in vnione personali: sicut vnionez formaliter causans. ¶ Ad tertium dicendum q̄ quāuis assumi in vnitatem diuine persone fit supra facultatez humane nature: non tamen exigitur aliquid formaliter humanam naturam eleuans ad talem assumptionem: tum quia quocūq; addito talis natura a persona diuina in infinitum distaret: tum quia cum assumi per se nature conueniat: omnia autem accidentia preter rationem nature sunt: Et ideo nō poterit humana natura scōm id q̄ assumptibilis est eleuari per aliquod accidens additum ad hoc vt assumptibilioz fiat: sed ad hoc q̄ assumatur: exigitur benignitas diuina humanam naturam ad tantam dignitatem gratis eleuans ¶ Ad secundam questionem dicendum q̄ spiritussanct⁹ non potest dici in illa vnione medium: nisi sicut vnionem effectiue causans que quāuis effectus totius trinitatis sit: tamē spiritui sancto appropriatur: vt infra dicetur distinc. iiij. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ etiam verbum creatū voci nō vnitur mediāte spiritu: nisi sicut per mediū effectiuū vnionis: quia sicut dicit philosophus in secundo de anima. percussio respirati aeris ad arteriam est causa vocis: z per hunc etiam modum spiritui sancto appropriatur efficientia carnis: cui verbum increatum vnitur. ¶ Ad secundum dicendum q̄ ea que per voluntatem fiunt etiam mediante amore fiunt sicut efficiente causa: et sic etiam est in predicta vnione. ¶ Ad tertium dicendum q̄ spiritus sanctus etiam dicitur propinquior nobis inquantum per ipsum omnia dona nobis donantur: vt in p̄mo libro. distinctio. xviij. dictum est: et sic in idem redit cum predictis. ¶ Ad tertiam questionem dicendum est q̄ inter humanam naturam et diuinam necesse est cadere vnionem mediam: non sicut causam: sed sicut effectum coniunctionem naturarum consequentem. Est enim natura relationis: vt in aliis rerum generibus causam habeat: quia minimum habet de natura entis: vt Cōmentator in. xj. Metha phi. dicit: vnde quātis relatio per se non terminet motuz: quia in ad aliquid non est motus: vt probatur in quinto phisicorum. z tamen ex hoc q̄ motus per se terminatur ad aliquod ens: de necessitate consequitur relatio aliqua: sicut ex hoc q̄ motus alterationis terminatur ad albedinem consequitur relatio similitudinis ad omnia alba: similiter etiam ex hoc q̄ motus generationis terminatur ad formā cōsequitur hec relatio scōm quam materia sub forma esſe dicitur: ita etiam ex hoc q̄ motus assumptionis humane nature terminatur ad personam: consequitur hec relatio que dicitur vnio. vnde vnio est medium non sicut assumptionem causans: sed potius sicut eam consequens: sicut etiam dictū est supra q̄ aqua est mediū in tactu ex hoc q̄ tangentia humecta sunt. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ nihil prohibet accidens esſe medium in coniunctione substantiali sicut coniunctionem sequens: impossibile est tamen vt sit medium coniunctionē causans. ¶ Ad secundum dicenduz q̄ vnio relatio quedam temporalis est que quidem realiter est in ipsa natura assumpta: sed est in persona assumente scōm rationem tantum: sicut z de alijs re-

lationibus ex tempore de deo dictis vt dominus ⁊ huiusmodi: vt in primo libro. dis. xxx. dictum est. Et tamen sicut dominus realiter dicitur deus non propter relationē dominij realiter in ipso existentem: sed propter potestatē coercendi creaturam ex qua talis relatio causatur: ita etiam dicitur realiter vnitus: quia in eo realiter est personalitas ad quam vnio terminatur. ¶ Ad tertium dicendū q̄ vnio illa precessit in operibus sex dierum nō in ratione seminali: sed in potentia obedientie tātū: sicut in costa ade fuit: vt ex ea eua formari posset.

AD tertium sic proceditur. videtur q̄ caro prius fuerit concepta q̄ assumeretur: quod enim nō est nō potest assumi: sed caro per conceptionem efficitur ens caro: ergo prius fuit concepta q̄ assumeret. ¶ P̄ motus semper precedit tempore terminum motus: sed conceptio carnis terminata est ad vnionem: sicut motus ad terminū: ergo conceptio vnionem precessit. ¶ Sed contra. sola vnione cōmunicatio proprietatum efficitur: vt quod de homine dicitur de filio dei dicatur: sed concipi proprie carnis est: si ergo conceptio carnis vnionem precederet: filius dei de virgine conceptus non esset: q̄ō est contra symbolū: ergo conceptio carnis vnionē non precessit. ¶ Ulterius videtur q̄ caro prius fuerit assumpta q̄ animata: quod enim est primum in resolutione est vltimum in compositione: sed anima separata est a carne adhuc manente vnione carnis ad diuinitatem: ergo caro prius est assumpta a diuinitate q̄ animaretur. ¶ P̄terea anima cuius sit forma requirit propriam materiam: scilicet corpus organi cum in quo sit: hoc autem fit per conceptionē carnis: ergo conceptio precedit animationem: sed conceptio carnis simul est cum ipsius assumptione vt probatum est: ergo caro prius fuit assumpta q̄ animata anima rationali. ¶ Sz contra. caro vnitur diuinitati mediāte anima vt supra habitum est: sed extremum non prius extremo coniungitur q̄ medio: ergo caro non prius est diuinitati vnita q̄ animata. ¶ Ulterius videtur q̄ anima sit prius assumpta q̄ corpori coniuncta: extremum enim prius coniungitur medio quā alteri extremorum: sed diuinitas vnitur carni mediante anima: ergo prius vnitur anime q̄ carni: sed simul diuinitas ⁊ anima carni vniūtur: ergo diuinitas prius vnitur anime q̄ carni. ¶ P̄terea persona christi ex tribus substantijs componi dicitur: scilicet ex diuinitate anima ⁊ carne: quorum suprēmum est deitas: et infimum est caro: anima autem est medium: sed prius diuinitas fuit q̄ anime ⁊ carni vniretur: ergo si medium cum extremis cōmunicat videtur q̄ anima sit posterior deitate ⁊ prior carne: sz simul anima creata est ⁊ assumpta: ergo anima p̄ius est assumpta quā carni vniatur. ¶ Sed contra. anima non est prius assumpta q̄ creata: nec creata q̄ corpori infusa: quia creando corpori infunditur: ⁊ infundēdo creatur: ergo anima non est prius assumpta q̄ carni vnita. ¶ R̄o dicendū q̄ nulla natura habet esse nisi in supposito suo: non enī humanitas potest esse nisi in homine. vnde quicquid est in genere substantie per se existens: rationem ypostasis habet vel suppositi: ⁊ quia vnio diuinitatis ⁊ humanitatis fit in ypostasi: vt dicit Damasce. ideo non potest esse: vt quod assumptum est prius fuerit q̄ assumeretur: nisi forte poneretur q̄ assumptio: rationem ypostasis rei assumpte tolleret: quod est inconueniens: hoc enim sine corruptione assumpti accidere non posset: ⁊ ideo nullum horum trium est possibile: scilicet nec vt caro concepta prius fuerit: et postmodum assumpta: nec vt anima prius creata ⁊ postmodum assumpta: nec⁊ vt homo prius ex suis partibus constitut⁹ sit ⁊ postmodū assumptus: sicut autem ex dictis patet corpus assumptibilitatē habet ab anima: similiter etiam partes essentiales assumptibilitatez habent ex ratione nature cuius sunt partes. vnde etiam vtrūq̄ horum est impossibile: vt scilicet anima prius sit creata ⁊ assumpta ⁊ postmodū corpori coniuncta: ⁊ etiam q̄ caro prius sit concepta et assumpta ⁊ postmodum anime vnita: sed hec quatuor necesse est simul fuisse: scilicet conceptionem carnis: creationez anime: coniunctionem vtriusq̄ et vnionem ad deitatem. ¶ Unde patet responsio ad primā questionez: non enim fuit possibile q̄ caro prius fuerit concepta ⁊ postmodū assumpta: quia si ante assumptionē cōcepta fuisset proprias ypostasim habuisset: ⁊ tunc post assumptionem vel manisset illa ypostasis: et sic non potuisset fieri vnio in ypostasi: vel non manssisset ⁊ hoc sine corruptione carnis prius concepte accidere non posset: ratio enim ypostasis non est accidentalis rei vt re eadem numero manente alia ypostasis esse possit. ¶ Ad primuz ergo dicendum q̄ quātus illud quod non est nō possit assumi: tamen possibile est vt in eodem instanti in quo esse habet assumatur: vt sic esse rei assumpte non precedat assumptionem tempore sed natura. ¶ Ad secundū dicendum q̄ cuius motus sm principium sui vel medium non possit esse simul cum eo ad quod motus terminat: tamen vltimum motus potest esse simul cuz eo: sicut alteratio terminat ad generationem: ita q̄ in eodē instāti in quo alteratio terminatur forma substantialis introducitur: ita etiam in eodem instanti in quo conceptio terminat quando caro primo concepta est tunc assumi potest. Et quia conceptio in instanti facta est non differebat in ea primū medium ⁊ terminus: ⁊ ideo simpliciter loquēdo conceptio simul fuit cum assumptione. ¶ Ad secundā questionem patet etiam responsio ex predictis: non enim est possibile vt caro prius assumpta fit et postmodum animata propter duo: tum quia assumptibilitatem habet ab anima quā sibi anima conferre non potest anteq̄ ei vniatur: tum etiam quia partes assumptibilitatē habent a toto vt prius dictum est. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ corpus assumptibile est sm q̄ ordinem habet ad animā ⁊ ad totum: quē ordinem habere non potest nisi postq̄ anime vnitum est ⁊ actu pars humane nature effectum: ⁊ tamen separata anima et dissoluto toto adhuc remanet ille ordo in corpore sm spem resurrectionis: sicut ⁊ habitus acquisitus vt virtus politica causatur per actualem operationem ⁊ tamen transeunte actuali operatione remanet habit⁹. vnde patet q̄ corpus non potest assumi anteq̄ anime vniatur: ⁊ tamen si anima separaret post vnionē: remanebit caro nihilominus assumpta ⁊ diuinitati vnita. ¶ Ad secundum dicendū q̄ forma presupponit materiaz proprias et dispositam: non ordine temporis: sz ordine nature: quia in eodem instanti in quo materie fit necessitas. id est in vltimo instanti dispositionis inducitur forma substantialis: ⁊ ideo nō oportz q̄ prius tempore caro sit concepta q̄ anime vniatur. ¶ Ad tertiā questionē patet responsio ex predictis: non enim potuit anima prius assumi q̄ carni vniretur cum assumptibilis sit per hoc q̄ est pars humane nature. ¶ Ad primum ergo dicendū q̄ extremū non semper prius tempore cōiungitur medio q̄ alteri extremorum: simul enim tempore aer patitur a colore ⁊ visus: sed tamen aer prius patit ordine nature: quia passio aeris causat passionem visus: similiter etiam non est necessarium q̄ prius tempore deitas prius sit vnita anime q̄ carni. ¶ Ad secundum dicendū q̄ anima cuius sit dignior corpore: est tñ forma corporis: forme autē non est vt tempore materiā precedat: sed dignitate tantū: diuinitas autem nō vnitur humane nature vt forma. vñ nō est similis ratio vtrobiq̄. ¶ Quāt humane nature. Non est intelligendū per humanitatē aiam ⁊ corpus quasi proprie dici possit humanitas est aia ⁊ corpus: sz sicut in toto intelliguntur partes vt in domo paries ⁊ tectū que tamē de toto nō predicant: vnde etiam in auctoritate beate Jero. subdit humanitas que ex anima continetur et corpore non dicit que est anima et corpus.

Erant ergo qui nomine humanitatis. Per hanc proprietatem que ab eis humanitas dicit potest intelligi forma consequens partium compositionem corporis ⁊ anime in qua sicut in natura cōmuni omnia individua cōmunicant. Fortē enī qui ꝺ posuerunt sapiebant opinionem platonis: qui posuit formas vniuersales in actu habere esse in natura preter materiā. sic enim fm eum: vt philosophꝰ in .j. metha. dicit: Forma hominis erat sine carnibꝰ ⁊ ossibus: ⁊ sine alijs partibus eius. ⁊ talem humanitatem sine corpore ⁊ anima isti assumptā ponebant. Et contra tales Damas. dicit in .iij. li. ca. xj. Neq; eam que nuda contemplatione consideratur naturam assumpsit. non enī incarnatio esset: sed deceptio ⁊ fictio incarnationis. Uel tangit vt quidam dicunt opinionem eorum qui dicebant xp̄m fm q̄ est homo non esse q̄d sed qualiter se habens quod infra tanget di. vj. Quod euidenter idem Joannes. sciendum q̄ magister accipit verba Jo. Dama. sed nō sensum. Inducit enī Dama. hec verba ad confutandū errorem eorum qui dicebant in xp̄o vnam tm̄ naturā eē quasi confectā ex diuinitate ⁊ humanitate. sicut vna quedā natura conficit ex anima ⁊ corpore aīa q̄ significat cū dicit oēs hoīes esse eiusdem nature: non ita q̄ in quolibet eor aīa ⁊ corpus sint vniꝰ nature ad inuicē compata: ꝫ quia ex his duobꝰ vna natura ꝟficit in qua oēs ꝟueniūt. ꝫ nō est ita in xp̄o q̄ ex humanitate ⁊ diuinitate vna cōis natura resultet que sit quasi cōis spēs de pluribꝰ predicata: q̄ diuinitatē ⁊ humanitatē simul habeāt. Magister aūt assumit hec verba ad impugnandū positionē eor qui proprietatē que humanitas dicit assumptā dicebant. Humanitas enī si consideret vt cōis: species est que in pluribꝰ inuenit: fm quē modū omniū hominū dicitur vna natura. sic autē cōis species humanitatis in xp̄o nō est. nō enī humanitas xp̄i est cōis in actu: sed est humanitas singularis. ¶ Neq; enī factus. Uidet q̄ hec ꝓbatio nulla sit. multe enī species sunt que nō nisi de vno individuo predicant: vt sol ⁊ luna. Sed dicendū ad hoc q̄ fm intentionē magistri facile est respondere. Omnis enī species que participat a multis individuis: predicat de oībus eis. vnde si spēs humana ꝓput est cōis esset quid subsistens preter singularia: ipsa de oībꝰ p̄dicaret. vñ si talē humanitatē xp̄s assumpsisset: bō qui est xp̄s de oībꝰ boībꝰ p̄dicaret. Scōm intentionē vo Dama. aliter est dicēdū: q̄ oīs natura cōis inquantū huiusmodi in multis inueniri potest. Sed si aliq̄ spēs sit q̄ in vno tm̄ est individuo: hoc est propter aliquid aliud: quod non est de intellectu illiꝰ nature. vñ possibile est intelligere plures soles. ꝫ singulare habet incōmunicabilitatē per id qō est de rōne eius. s. q̄ materiā que eēt pars diffinitionis eiꝰ si diffiniret vt ex. viij. metha. patet. vnde nō est possibile intelligi hunc hominē de pluribꝰ predicari. vnde patet q̄ illud quod nec actu nec intellectu de pluribus dici pōt est singulare. huiusmodi autē est xp̄s: quare hoc nomen xp̄s nō significat vnā naturā cōem resultantē ex vnione diuinitatis ⁊ humanitatis: sed vnā ypostasim subsistentē in vtraq; natura. ¶ Oīa que in nostra natura Intelligēdū est de his que sunt de ratione humane nature: sicut principia essentialia ipsius: vel etiam ea que ex principijs essentialibꝰ consequunt vt naturales proprietates. vnde non est instantia de imortalitate que gratis primo homini concessa est. ¶ Et tamen predicant illum visibilem Responsio quare sol non inficitur ex hoc q̄ radios suos per feces spergit hec est: quia non communicat cū alijs corporibus in materia vt simul agens patiatur: sicut ea que in materia cōmunicant dum agunt patiuntur: vt in primo de genera. dicitur. Anima autem communicat corpori in materia: nō ex qua fit anima: ꝫ in qua fit. ⁊ ideo ex coniunctione ad corpus inficitur. Diuinitas autem non cōmunicat cum corpore: neq; in materia ex q̄: cum omnino sit immaterialis: neq; sicut materia in qua: cū non vniat corpori sicut forma eius.

DISTINCTIO TERTIA

¶ De carne quam verbum assumpsit: qualis ante fuerit: ⁊ qualis assumpta sit.

Queritur etiā de carne verbi an priꝰ q̄ꝫ ꝙciperet obligata fuerit pctō: Et an talis fuerit assumpta a v̄bo. Sane dici potest ⁊ credi oportet iuxta scōꝝ attestatiōis ꝙueniētiā ipsam priꝰ pctō fuisse obnoxiā sicut reliq̄ virginis caro: ꝫ spūssancti opatione ita mūdatā vt ab oi pcti ꝙtagione imunis vniret verbo: pena tm̄: nō necessitate: sed volūtate assumētis remanēte. Mariam quoq; totā spūssanctus in eā preueniens a peccato prorsus purgauit: et a fomite peccati etiam liberauit: vel fomitem ipsum penitus euacuando: vt quibusdam placet: vel sic debilitando et extenuando: vt ei postmodum peccandi occasio nullatenus extiterit. Potentiā quoq; generādi absq; viri semine virgini preparauit. Ita enim verba euangelij docent: vbi angelus virginem alloquēs ait Spiritussanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrauit tibi: ⁊ quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Cui sacra virgo respondit: Ecce ancilla domini fiat mihi fm verbum tuū Quod exponens Joannes ait: Post consensum autem sancte virginis spiritussanctus preuenit in ipsam fm verbū domini quod angelus dixit purgans ipsam: ⁊ potentiam deitatis verbi receptiuam preparans simul ⁊ generatiuam. ⁊ tunc obumbrauit ipsam dei altissimi per se sapientia: ⁊ virtus existens id est filius dei patris homusios id est consubstantialis sicut diuinum semen. ⁊ copulauit sibiipsi ex sanctissimis ⁊ purissimis ipsius virginis sanguinibus: carnem animatam anima rationali ⁊ intellectiua nostre antique conspersionis non seminans: sed per spiritum creans. Quare si mul caro: simul dei caro: simul caro animata anima rationali ⁊ intellectu: simul dei verbi caro animata anima rationali ⁊ intellectiua. Ex his perspicuum fit quod ante diximus carnem. s. verbi simul conceptam ⁊ assumptam: eandemq; immo virginē totam spū sancto preueniente ab omni labe pcti castificatā: Cui collata est potētia nouo more generādi: vt sine coitu viri: sine libedine ꝙcipiētis in vtero virginis celebraret cōceptꝰ dei ⁊ hois. Illa enī caro quā deꝰ sibi ex virgine vnire dignatꝰ est: sine vitio ꝙcepta: ⁊ sine pctō nata est. hāc tm̄ carnē nō celestis: nō aere: nō alteriꝰ cuiusq; putes esse nature: sed eius cuius est omniū hominū caro.

¶ Auctoritate firmat extūc fuisse virginem immunem a peccato.

Quod aūt sacra virgo extunc ab omni peccato immunis extiterit Augustinus euidenter ostendit in libro de natura ⁊ gratia inquiens Excepta virgine maria de q̄ propter honorē dn̄i nullaz prorsus cū de pctō agit haberi

volo questionē. Inde enī scimus q̄ ei plus gratie est collatū ad vincendū ex oi parte pctm̄ q̄ cōcipere ac parere meruit quē ꝓstat nullū habuisse pctm̄. Hac igitur virgine exceptā oēs sancti et sancte congregari possent: ⁊ quereretur ab eis an peccatum haberent: quid responderent nisi quod Joannes ait: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus nosipsos seducimus. Illa autem virgo singulari prevēta est gratia atq̄ repleta vt ipsum haberet ventris sui fructum: quē ex initio habet vniuersitas dominum: vt illud quod nascebatur ex propagine primi hominis tantūmodo generis: ⁊ non criminis originem duceret.

¶Quare nō fuit xp̄s decimat⁹ in abraam sicut leui: cū caro quā accepit in eo fuerit pctō obnoxia.

Quum autem illa caro cuius excellentia singularis verbis explicari non potest: ⁊ anteqū esset verbo vnita obnoxia fuerit peccato in maria: ⁊ in alijs a quibus propagatiōe traducta est: nō imerito videri potest in abraam pctō subiacuisse: cuius vniuersa caro pcti subiacebat. Vnde queri solet quare leui dicatur decimatus in abraam: ⁊ non christus: cū in lumbis abrae vterq̄ fuerit ſm materialem rationem quando decimatus est abraam id est decimas dedit melchisedech. Tunc enim Aplus leui decimatū dicit in abraam tanq̄ in materiali causa. Quia ea decimatione sicut abraam minor melchisedech ostendit: cui personaliter decimas soluit: ita ⁊ leuitic⁹ ordo qui in abraam ſm rationem seminalem erat: ⁊ ex eo per concupiscentiam carnis descēdit. christus autem non est decimatus: quia licȝ ibi fuerit ſm carnem: non tamen inde descendit ſm legem communem scilicet per carnis libidinem. sicut etiam in adam omnes peccauerunt: sed non christus. Vnde Augustin⁹ super Genesim: Sicut adam peccante qui in lumbis eius erant peccauerūt: sic abraam dante decimas qui in lumbis eius erāt decimati sunt. Sed hoc non sequit in christo licȝ ⁊ in lumbis ade ⁊ abrae fuerit: qui non ſm concupiscentiam carnis inde descendit. Cum ergo leui ⁊ christus ſm carnem essent in lumbis abrae quādo decimatus est: ideo pariter decimati non sunt: quia ſm aliquē modum non erat ibi christus quo erat ibi leui. Secundū quippe rationem seminalem illam ibi fuit leui: qua ratione per concubituȝ venturus erat in matrem. ſm quam rationem nō erat ibi christi caro: quamuis ſm ipsam ibi fuerat marie caro. Ille ergo decimatus est in abraam qui sic fuit in lumbis abrae: sicut ille fuit in lumbis patris sui id est qui sic est nat⁹ de patre abraam sicut ille de suo pr̄enat⁹ est. ſ. p legē carnis: ⁊ inuisibilē ꝓcupiscentiā.

¶Qua ratiōe christi caro dicta est in scriptura nō fuisse peccatrix: sed similis quo aperitur quare obligata peccato non fuerit in christo.

Quocirca primitiam nostre masse recte dicitur assumpsisse christus: quia non carnē peccati: sed similitudinem carnis peccati accepit. Misit enim deus filium suum: vt ait Apostolus in similitudinem carnis peccati. Assumpsit enim verbum carnem peccatrici similem in pena ⁊ non in culpa: ⁊ ideo non peccatricem. Cetera vero hominum caro omnis peccati caro est. sola illius non est caro peccati: quia non eum mater concupiscentia: sed gratia concepit. habet tamen similitudinem carnis peccati per passibilitatem ⁊ mortalitatem: quia esurijt ⁊ sitijt: ⁊ huiusmodi. Licȝ ergo eadem caro sit eius que nostra: non tamen illa facta est in vtero sicut nostra. Est enim sanctificata in vtero: ⁊ nata sine peccato: ⁊ nec ipse in illa vnq̄ȝ peccauit. In pena ergo similis est nostre: non inqualitate peccati: quia pollutionem que ex concupiscentie motu concepta est omnino non habuit: nec ex carnali delectatione nata est. Venit ergo ad corpus immaculatuȝ quod pr̄eter libidinis concupiscentiā conceptum fuit. nec illud in se habuit vitiuȝ quod in alijs est causa peccati: nec in eo peccauit. Ideoq̄ȝ vere dicitur verbi caro nō fuisse in xp̄o obligata peccato.

¶Quiddam videtur aduersari illi sententie qua dictum est carnem christi non prius conceptam q̄ȝ assumptam.

Illi autem sententie qua supra dixim⁹ carnem verbi nō ante fuisse conceptam q̄ȝ assumptam videtur obuiare quod Augustinus ait super Joannem: vbi legitur Soluite templum hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei Quadraginta ⁊ sex annis edificatum est hoc templuȝ: ⁊ in tribus diebus excitabis illud. Hic inquit numer⁹ perfectioni dominici corporis cōuenit: quia vt dicunt phisici tot diebus forma humani corporis perficitur. Horum occasione verborum quidam dicere pr̄esumpserunt dominici corporis formam tot diebus ad modum aliorum corporum perfectam: ⁊ membrorum liniamētis distinctam: ⁊ mox verbum dei sibi vnisse carnem ⁊ animam. ⁊ hoc modo dicunt illum numerum perfectioni dominici corporis cōuenire. Sed alia ratio illius dicti extitit: ex qua sana verbi intelligentia oritur. Nō enī ideo illud dicit Aug. quin mox vt caro illa opere ſpirituſſancti sanctificata: ⁊ reliqua separata fuit verbo dei cum anima vniretur: vt perfectus ⁊ verus deus esset perfectus ⁊ verus homo. sed quia membrorū illius dominici corporis distinctio in ipso momento conceptionis et vnionis dei ⁊ hois adeo tenuis erat ⁊ parua vt humano visui vix posset subijci. Diebus autem illis quos memorat Augustinus perfecta est ⁊ notabilis facta. Incarnatū est igitur verbum: vt ait Joannes damasce. ⁊ a propria incorruptiblitate non excessit: ⁊ totum incarnatum est: ⁊ totum est incircūscriptum. minoratur corporaliter ⁊ contrahitur: ⁊ diuine est incircumscriptum non coextensa carne eius cum incircumscripta diuinitate. In omnib⁹ igitur ⁊ super omnia erat: ⁊ in vtero sancte genitricis existebat. Sed in ipso actu incarnationis.

¶ Ostenso quid filius dei in humana natura ⁊ quo ordine assumpserit. hic ostendit quale fit quod assumptuz est. Et diuiditur in duas partes. in prima parte determinat veritatem. in secunda mouet quasdam dubitatiões circa veritatem determinatam ibi. Cum autē illa caro cuius. Prima diuiditur in duas partes. in prima determinat conditionem carnis assumpte que fuit in ea per operationē spiritussancti. in secūda determinat conditionē matris de qua assumpta est ibi: Mariam quoq; totaz. Circa primū duo facit. primo mouet questionem. secundo determinat eam ibi: Sane dici potest. ¶ Mariam quoq; totam. hic ostendit conditionē matris. Et circa hoc tria facit. primo determinat conditionem eius ante conceptionem carnis assumpte. secundo conditionem ipsius in ipsa conceptione ibi. Potentiam quoq; generandi. tertio conditionem ei⁹ post conceptionem ibi. Q⁹ autem sacra virgo. Circa secundum duo facit. primo determinat quid collatuz fuerit beate virgini in conceptione saluatoris. secūdo ex dictis quandam conclusionem elicit ibi. Ex his perspicuum fit. ¶ Hic est triplex questio. prima de sanctificatione beate virginis. secunda de potentia generatiua qua saluatorē concepit. tertia de annunciatione que per angelum facta est. De conditione enim carnis assumpte in sequēti parte distinctionis queretur.

¶ Questio prima

Circa primum quaruntur duo primo de tempore sanctificationis. secundo de effectu ipsius: de sanctificatione enim aliozū questio pertinet ad quartum libzum. dist. vj.

Ad primum sic proceditur. videtur ꝙ beata virgo sanctificata fuerit antequā conceptio carnis eius finiretur. Sicut enim dicit Apostolus Roma. xj. Si radix sancta ⁊ rami: sed parentes comparantur ad prolem conceptam sicut radix ad ramos: ergo sanctificatis parentibus virginis: sanctificatio ad ipsam peruenisset: sed si in parentibus sanctificata esset: sanctificatio conceptionez eius precessisset: cum ergo credendum sit ei collatum esse quicquid conferri potuit videtur ꝙ ante conceptionē sanctificata fit. ¶ p̄ bonum est efficacius ad agendum q̄ malum: cum maluz non agat nisi in virtute boni: vt dicit Dionysius. iiij. capi. de diui. nomi. sed per peccatum primi parentis infectio originalis peccati in omnes homines pertransit: ergo multo fortius per sanctificationem parentum beata virgo sanctificari potuit: ⁊ sic idez quod prius. ¶ p̄ id quod est meritozium gratie: sanctificationi non repugnat: sed actus matrimonialis meritozius esse potest: ergo in ipso concubitu matrimoniali parentum beate virginis ipsa sanctificari potuit. ¶ Sed contra. quod non est non potest sanctificari: sed beata virgo non fuit antequā conciperetur in vtero matris sue: ergo non potuit ante conceptionem sanctificari. ¶ p̄ vnigenito dei filio singularis conceptio ⁊ partus debebatur: sed christi conceptio ex virgine matre fuit sine cōmixtione viri: ergo non decuit vt mater eius conciperetur nisi per sexuum cōmixtionem: sed post statum nature corrupte non potuit esse cōmixtio sexuum sine libidine: cuz ergo libido illa que est filia peccati ex peccato primozum parentum prouenies sit causa originalis peccati in prole: vt Augustin⁹ dicit: videtur ꝙ non potuit beata virgo sanctificari nisi post conceptionem. ¶ Ulterius videtur ꝙ ante animationem sanctificata fuerit. Ambrosius enim dicit Luce p̄mo. de Joāne baptista nonduz illi inerat spiritus vite: ⁊ iam inerat spiritus gratie: sed spiritus vite anima est: ergo in Joāne baptista gratia animā preuenit: sed quod Joāni baptiste concessum est: dubitari non debet beate virgini concessum eē: ergo ⁊ ipsa ante animationem sanctificata fuit. ¶ p̄ Jere. primo dicitur Antequā te formarem in vtero noui te: nec loquitur ibi de noticia qua bonos ⁊ malos cognoscit: quia per hoc nulla prerogatiua ostēderetur ipsius Jeremias ad quem dicta verba proferuntur: ergo oportet intelligi de noticia approbationis: sed hec noticia est solum bonozum ⁊ habentiū gratiam: ergo Jeremias antequā formaref gratiaz habuit ergo ⁊ antequā animaref: quia anima non infunditur nisi formato puerperio: ergo multo amplius ante animationem beata virgo sanctificata fuit. ¶ p̄ Ansel. in li. de conceptu virginali dicit: decebat vt illius hominis conceptio de matre purissima fieret que ea puritate niteret qua maioz sub deo nequit intelligi: sed maioz puritas fuisset in ea si anima eius nūquā infectionem peccati originalis habuisset q̄ si ad aliquod tempus habuerit: ⁊ postmodum mundata fuerit: ergo anima illa nunquā originali peccato infecta fuit: aut igitur caro sanctificata fuit ante animationem: vel saltem in ipso instanti infusionis anima gratiam suscepit per quam immunis a peccato originali esset. ¶ Sed contra. in partibus hominis est talis ordo ꝙ anima est deo propinquioz q̄ corpus: sed virtus alicuius agentis prius peruenit ad ea que sunt sibi propinquioza: et per ea ad magis distantia: ergo gratia sanctificationis a deo venit ad corpus per animam: ergo antequam animaretur: sanctificari non potuit. ¶ p̄ contraria nata sunt fieri circa idem: sed gratia sanctificationis precipue originali peccato opponitur: cum ergo ante animationem in prole peccatum originale esse non possit: quia propzium subiectuz culpe est anima rationalis: videtur ꝙ ante animationem: beata virgo sanctificata non fuerit. ¶ Ulterius videf ꝙ nec etiā ante natiuitatem ex vtero: sicut enim dicit Augustinus ad Dardan. sanctificatio qua singuli efficimur templum dei non nisi renatozum est: nemo autem renascitur nisi prius nascatur: ergo nullus habet gratiam antequā nascatur: sed sanctificatio est effectus gratie: ergo beata virgo in vtero matris sanctificata non fuit. ¶ Si dicatur ꝙ est duplex natiuitas: scilicet natiuitas in vtero que conceptio dicitur ⁊ natiuitas ex vtero que communiter natiuitas nominatur: et beate virginis regenerationez sanctificationis precessit natiuitas in vtero: sed non natiuitas ex vtero. ¶ Contra dominus Johs. iij. generationem spiritualez que est ex aqua ⁊ spiritu vocat secundam dicens oportet vos nasci denuo sed si due natiuitates carnales precessissent spiritualis nō diceretur secunda: sed tertia: ergo nō est duplex natiuitas vt dictum est. ¶ p̄ beatus Jeronym⁹ dicit: Non mihi credas si tibi aliquid dixero quod ex veteri vel nouo testamē to haberi non possit: sed de sanctificatione beate virginis in vtero nihil dicitur in veteri vel nouo testamento: ergo non est credenduz eam in vtero sanctificatā fuisse. ¶ Sed contra ecclesia non solemnizat nisi p̄o aliquo sancto: solemnizat autem natiuitatem beate virginis: ergo beata virgo sancta nata fuit: ergo antequā ex vtero nasceretur sanctificata fuit. ¶ p̄ Luce primo de Joāne baptista dicitur spiritusancto replebiē adhuc ex vtero matris sue: ꝛ plus gratie collatum est beate virgini q̄ alicui sanctozum: vt in littera ex verbis Augusti. dicitur. ergo beata virgo adhuc in vtero matris spiritusancto repleta fuit ergo et sanctificata ¶ ℟° dicendum ꝙ sicut dicit Dionysius. xij. ca. de di. no. sanctitas est ab omni immūdicia libera ⁊ perfecta ⁊ immaculata mūdicia. vnde cum sanctificari sit sanctū fieri: oportet ꝙ sanctificatio emundationē ab immūdicia spirituali ponat prout nunc de sanctificatione loquimur: emūdatio aūt a spirituali macula scilicet culpa sine gratia esse nō potest: sicut ⁊ tenebza non nisi per lucem fugatur. vnde sanctificatio tātū ad eos pertinet qui gratie capaces sunt: ⁊ quia propzium subiectum gratie est rationalis natura: ideo ante infusionē anime rationalis beata virgo sanctificari non potuit ⁊c. ¶ Ad primā ergo questionē dicendū ꝙ nullo mō in parētib⁹ sanctificari potuit: neq; etiā in ipso actu cōceptionis ei⁹. Cōditio enī spūalis personalis a parētib⁹ in prolē nō trāsit: nisi sit ad naturā corpalē p̄tinēs vt grāma-

tica patris in filium non transit: quia perfectio personalis est. vnde ꝛ sanctificatio parentum in beatam virginē trās fundi non potuit nisi curatum esset in eis non solum id qō persone est: sed etiam id quod est nature inquantū huiusmodi: quod quidem deus facere potuit: sed nō decuit. perfecta enī nature curatio ad pfectionē glozie pertinet: ꝛ ideo sic in statu vie parentes eius curati non fuerunt: vt prolem suam sine originali peccato concipere possent: ꝛ ideo beata virgo in peccato originali fuit concepta: propter qō beat⁹ Bernar. ad Lugō. scribit conceptionē illius celebzandam non esse quāuis in quibusdam ecclesijs ex deuotione celebzetur nō considerando conceptionē: sed potius sanctificationem que quādo determinate fuerit incertuz est. ¶ Ad primum ergo dicendū q̄ si radix est sancta ſm id quod est radix: ꝛ rami sunt sancti: quia nō potest arboz bona fructꝰ malos facere. Matth. vij. vnde apostolus vult ibi probare q̄ si antiqui patres sancti fuerunt per fidē ꝛ spem populus ex eis ſm carnem descendens: sanctus erit quādo cozda filiozum cōuertentur ad patres parentes autē beate virginis radix eius fuerunt per actū nature: propagationi deseruientem: vnde nisi natura in eis sanctificata fuisset: non potuit ex eis sancta proles concipi: sed viciata propter vicium nature in eis remanens: nō autem fuit in eis natura sanctificata. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ gratia sanctificās nō nino directe opponitur peccato originali: sed solum prout peccatū originale personam inficit. Est enim gratia perfectio personalis: peccatuz vero originale directe est vicium nature: ꝛ ideo non oportet q̄ gratia sanctificans a parentibus traducatur: si peccatum originale traducaf: sicut ꝛ originalis iusticia cui directe opponif traducta fuisset. ¶ Ad tertium dicendum q̄ cōcubitus quo beata virgo concepta fuit: meritozius creditur: non per gratiam omnino purgantem naturam: sed per gratiā perficientē personas parentuz ꝛ ideo nō oportuit q̄ in prole cōcepta statim sanctitas eēt non propter repugnantiā actus matrimonij ad sanctitatez sed propter repugnantiā vicij nature nondū curati. ¶ Ad secundā questionem dicendū q̄ sanctificatio beate virginis non potuit esse decenter ante infusionem anime: quia gratie capax nondū erat: sed nec etiam in ipso instanti infusionis: vt scilicet per gratiam tunc sibi infusam conseruaretur ne culpaz originalē incurreret. Christus enim hoc singulariter in humano genere habet vt redēptione nō egeat: quia caput nostrum est: sed omnibus conuenit redemi per ipsum: hoc autem esse non posset si alia anima inueniretur que nunq̄ originali macula fuisset infecta: ꝛ ideo nec beate virgini: nec alicui p̄ter christū hoc concessum est. ¶ Ad primum ergo dicendū q̄ hec verba de Joanne baptista dicuntur pro tēpore illo quādo ad ingressum matris dei exultauit in vtero quod fuit in sexto mēse a cōceptione eius vt verba angeli ostendunt Luce. j. vnde constat q̄ tunc animam rationalē habebat: ꝛ ideo vel per spiritu vite non intelligitur anima rationalis: sed respiratio exteriozis aeris vel dicitur spirit⁹ vite si de anima intelligatur nondum in esse: quia nondū manifestabatur per modū quo dicuntur res fieri quando innotescūt. ¶ Ad secundū dicendum q̄ loquitur de noticia approbationis que quāuis sit tantum habentiū gratiam: nō tamen est eozum solū quando gratiā habent: sed ab eterno. vnde talis noticia potuit esse Jere. ante eius formationem: non tamē sanctificatio que tamen esse potuit ante egressionē ex vtero: ꝛ ideo tempus noticie ꝛ sanctificationis distinguit dominꝰ dicens: priusq̄ te formarē in vtero noui te: ꝛ anteq̄ exires de ven. san. te. ¶ Ad tertium dicenduz q̄ hec puritas soli homini deo debebaf vt ipse quasi vnicus redemptoz humani generis: nulla peccati seruitute teneref: cui competebat omnes a peccato redimere. vnde nō hanc puritatem: sed sub hac maxima virgo mater eius habere debuit. ¶ Ad tertiam questionem dicendum q̄ beata virgo ante natiuitatem ex vtero sanctificata fuit quod colligi potest ex hoc q̄ ipsa super omnes alios sanctos a peccato purioz fuit: vt ex hac littera habef: veluti diuine sapientie mater electa in quaz nihil coinquinatum incurrit: vt dicitur Sapientie. vij. vnde cum hec puritas in quibusdam fuisse inueniatur vt ante natiuitatez ex vtero a peccato mundarentur: sicut de Joanne baptista de quo legitur Luce .j. Spiritusancto replebīf adhuc ex vtero matris sue: ꝛ de Jeremie de quo dicitur Jere. j. priusq̄ exi. de ven. sancti. te. non est dubitandum hoc multo excellentius matri dei collatum fuisse. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ verbum Augusti. intelligendum est de regeneratione que fit per legem cōmunem: quod notatur in hoc q̄ dicit qua singuli efficimur templum dei. hec enim sanctificatio fit per sacramenta que per ministros ecclesie dispensantur: quozū operationi qui in maternis vteris sunt subiacere non possunt: sed deus sacramētis gratiam nō alligauit. vnde preter hūc modū in maternis vteris aliquos quodam priuilegio sanctificat. ¶ Ad secundū dicendum q̄ si regeneratio que est per legem cōmunē sumatur: oportet verbū domini quod dicitur Joannis. iij. Nisi quis renatus fuerit ꝛc. intelligi de natiuitate ex vtero que simpliciter natiuitas dicitur. ꝛ hoc ipse textus sonare videtur: cū dicit ex aqua ꝛ spiritu: si autez sumatur pro quacūq̄ regeneratione gratie: sic oportet intelligi de natiuitate in vtero non tamen oportz q̄ regeneratio spiritualis que est per sacramenta secunda dici non possit: quia ille due in vno conueniunt ſm q̄ contra tertiam diuidunt. vtraq̄ enim illarum naturalis est: hec vero spiritualis. ¶ Ad tertium dicendum q̄ quāuis sanctificatio beate virginis in vtero expressa in scriptura veteris ꝛ noui testamēti non legatur: tamen pro certo haberi potest ex his que ibi leguntur: si enī Joannes ꝛ Jeremias qui christū pronunciauerunt sancti ficati sunt: multo magis virgo que christum genuit.

Ad secundum sic proceditur. videtur q̄ per sanctificationem in vtero: dei genitrix a peccato originali totaliter mundata non sit: remota enim macula: reatus remanere non potest: sed post sanctificationem originalis peccati adhuc reatus mansit in ea: quia si ante mortem christi defuncta fuisset diuina visione caruisset: ergo per sanctificationem a macula originali liberata non fuit. ¶ P̄ Nihil quod ad virtutem promouet ei subtrahendū fuit: cui virtutis perfectio debebatur: sed fomes ad virtutem promouet. vnde ꝛ paulo petenti a se carnis stimulum amoueri dictuz est: virtus in infirmitate perficitur: prima Chozin. xij. ergo cuz matrem dei summa virtutis perfectio deceret: fomes ab ea per sanctificationem remoueri nō debuit. ¶ P̄ In littera Magister dicit q̄ caro christi antequā cōciperef obnoxia fuit peccato: sicut ꝛ reliq̄ caro virginis: ſz caro nō est pctō obnoxia nisi rōne fomitis: ergo p sanctificationem in vtero fomes ab eo remotus non fuit. ¶ Sed contra beate virgini: aliquid vltra legem commune conferendum fuit: sed sanctificatio que fit per legem communē aufert culpe maculam fomite remanente: ergo in beata virgine fomitem ex toto remouit. ¶ P̄ corruptio fomitis est causa quare dicere non possumus: peccatū non habemus: hoc enim adam in primo statu dicere potuit: ſz vt ex littera habetur beata virgo hoc dicere potuit: ergo in ipsa fomes non fuit. ¶ Ulterius videtur q̄ per sanctificationem in vtero in ūmunitatem a peccato actuali consecuta non sit: sicut enī dicit Augu. in libzo de. q. vete. ꝛ no. testamen. Maria per quam gestum est mysteriū incarnationis saluatozis: in morte domini dubitauit: non tamen in dubitatione permansit: sed dubitatio de fide peccatum est ergo non fuit a peccato omnino ūmunis. ¶ P̄ Ambro. dicit super illud Luce p̄mo. spiritusſanctus superueniet in te spiritusſanctꝰ in virginē superueniēs mentē ipsi⁹ ab oī sozde viciozū castigauit ſz sozdes viciozꝝ ex pctō cōsequūf er go beata virgo post primaz sanctificationē peccauit. ¶ P̄

Augu. dicit in lib. de perfectione iusticie: esse sine peccato de solo vnigenito in hac vita dici pōt: ergo de btā virgine dici non potest. ¶ Sed contra Ber. in epistola ad Lugō. dicit putō q copiosior gratia sanctificationis in ipsam descendit que nō solum oztū eius sanctificauit: ſz eam ab omni peccato deinceps custodiuit īmunez: ergo per primam sanctificationē īmunitatē ab omni pctō cōsecuta est. ¶ P Sapiētie pmo dicit. in maliuolā animam nō introibit sapientia nec habitabit in cozpore subdito peccatis: ſz dei sapientia nō solum animā virginis intrauit: sicut z de ceteris dicit Sap. vij. In animas sanctas se transfert: sed z cozpus eius inhabitauit carnē de ea assumens: ergo in ea nullum peccatū fuit: quod colligi potest ex eo qō dicit Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea z macula nō est in te. ¶ Ulterius videt q per secūdā sanctificationē que in cōceptione saluatoris fuit cōfirmationē in bono cōsecuta nō fit: qō enim quis iam habet adipisci vlteriº nō potest: sed si beata virgo ex pma sanctificatione īmunitatem a peccato habuit ex tunc cōfirmata fuit: nō enim certitudo impeccabilitatis habet nisi per iusticiā confirmatā: ergo per secūdā sanctificationē: confirmationē gratie adepta nō est. ¶ P in nullo qui purus viator fuerit liberū arbitriū cōfirmatū ad iusticiam cōprobari potest: potētia enim peccādi z potētia moriendi ex eodem passu currere vident vt nō prius tollatur potentia peccādi q̄z potētia moriendi: ſz beata virgo etiam postq̄z saluatorē concepit ante mortem suam pura viatrix fuit: ergo in ea cōfirmatio iusticie nō fuit. ¶ Itē videt q nec tūc penitº a fomite liberata fuerit: est enim vnº effectus fomitis vt infecti fomite originalem culpā in prolē generādo trāffundant: sed si per impossibile ponat beatā virginē aliū post xp̄m ex carnali copula generasse pctō originale ī illū trāsfudisset: g̃ in ea aliquo mō post secūdā scificationē fomes remānsit: ſz cōfirmatio vnⁱ oppositoz nō pōt cōtingere q̄diu aliq̄d de oppositō remanet: g̃ btā virgo cōfirmata nō fuit per secundā sanctificationē. ¶ Sz cōtra Amb. dicit in lib. de vir. beate virginis: impossibile fuit vterū virginis quē dei filius inhabitādo consecrauit aliene copule coitu incestari: sed eadē ratione: nec aliud peccatum in ea esse potuit: ergo cōfirmata fuit. ¶ P vbi est plenitudo lucis: habilitas ad tenebras nō remanet: sed in conceptione christi beata virgo tota lumine plena fuit cōcipiens illum qui est splendor glorie patris. Heb. j. vnde dicit Ezech. xliij. Ingressa est gloria dñi templū: z resplenduit: ergo post illam sanctificationē cōfirmata fuit. ¶ Rº ad primā questionē dicendū q duplex sanctificatio beate virginis esse dinoscitur. prima qua in vtero sanctificata fuit. secūda in cōceptione saluatoris: z quia sanctificatio emundationē a culpa dicit que sine gratia esse nō potest: gratie autē est firmitatem quandā facere: ideo effectus sanctificatiōis in generali est duplex scilicet emūdare z confirmare: si quantū ad vtrūq; secunda sanctificatio perfecit primā. in prima enī fm q ab omnib⁹ cōmuniter tenet a peccato originali quantum ad maculā z reatū purgata fuit: ſz emūdatione ei⁹ a fomite diuersimode opinant. quidā enim dicunt q per primaz sanctificationē fomes ex toto sublatus est. Cui cōtradicit qō littera ex verbis. Damasce. dicit q in secūda sanctificatione superuenit in eam spiritussanct⁹ eam purgans qō nō potest intelligi nisi de purgatione a fomite: quia peccatum actuale nō cōmiserat: vt dicit Aug⁹. ¶ Et ideo alij dicunt q quantū ad aliquid purgata fuit a fomite in prima sanctificatione z quantū ad aliquid fomes remānsit: quod etiam diuersimode distinguit. quidā enim dicunt q subtractus fuit in quantū est inclinans ad malū: remansit autē inquantum difficultatez est prebens ad bonū quos duos fomitis effectº apostolus notat Roma. vij. dicens: nō enim quod volo bonū hoc ago: sed quod odi malū hoc facio. ¶ Hoc autem nō videt posse stare: quia scōm idem ex quo est promitas ad vnum cōtrariorum est difficultas ad alterum sine fit habitus aut forma aliqua: sicut gratuitas trahit deorsuz z causat difficultatem in ascensu: sine etiaz sit priuatio sine defectus. Sicut debilitas virtutis motiue facit promitatez ad casum z difficultatē in progressu: vnde nō pōt esse vt fomes tollatur fm q inclinat ad malum: z remanet fm q' causat difficultatem ad bonum. ¶ Et ideo alij dicunt q fomes est corruptio persone: inquantum impellit ad malum: z inquantū facit difficultatem ad bonū: z sic penitus in prima sanctificatione subtractus est a beata virgine. Est etiā corruptio nature: ratione cuius infectio originalis per actum nature in prolem tranſit: z sic remansit post primaz sanctificationem: sic tamen ab eo purgata est in secunda: vt prolez sine omni originali peccato cōciperet: hoc etiam nō videt esse conueniens: quia sicut dictū est in. ij. lib. corruptio originalis quantū ad id qō culpe est transit in prolem a patre quantum vero ad id qō tantuz pene est: sicut sunt cozporis passibilitates transit in prolem a matre que materiam ministrat. vnde non videt esse causa quare christus concepᵗ sit sine originali purgatio matris a fomite fm q inficit naturaz eius: sed magis quia sine virili copula natus est quā causam. Ansel. assignat in libro de conceptu virginali: defectus autem penales non necessitate: sed voluntate assumpsit. ¶ Et P cum idem fomes sit per essentiā qui est nature z persone corruptio si remanet inquantuz est corruptio nature: nō potest essentialiter tolli fomes personā corrumpens. vnde relinquitur vt alij dicunt q fomes per essentiā post primā sanctificationē remanserit: sed impeditº est per gratiam sanctificantem ne in peccatum inclinaret aut a bono retraheret: cōtingit enim habitum aliquando ligari ne in actum exire possit: sicut scientia per ebrietatem: vt dicit philosophus in. vij. Ethi. in secūda vera sanctificatione essentialiter fomes ille subtractus est. ¶ Ad primū ergo dicenduz q si beata virgo ante passionē christi defuncta fuisset ad dei visionem non admitteretur: sicut nec alij antiqui patres: quātus enim in eis remotus esset reatus ad personam pertinēs remanebat tamen reatus nature qui per passionem christi sublatus est. ¶ Ad secunduz dicendū q fomes non per se promouet in bonū sed per accidens inquātum est in natura corrupta: ex hoc enim q inclinat ad malum que quidem inclinatio persone parū malum est: occasionem prebet vitandi maximū malum scilicet superbiā si tamen hoc malum aliter vitaretur simpliciter melⁱ⁹ esset fomitem non esse: sicut comestio serpentis per accidens iuuat inquantuz aliquem a lepra liberat cuius tamen comestio homini sano simpliciter vitanda est: z ideo beate virgini que simpliciter sanata fuit a peccato: fomes ad perfectionem virtutis nō contulisset si ad malum eam inclinasset. ¶ Ad tertium dicendū q caro virginis ante conceptionem dicitur fuisse peccato obnoxia propter fomitem qui essentialiter remanebat quātus impeditus esset vt dictum est. ¶ Ad quartum dicendū q illa sanctificatio beate virginis excellentior fuit sanctificationibus aliorum: quod sic patet: in sanctificatione enim que fit per legem communem in sacramētis tollitur culpa: sed remanet fomes inclinans ad peccatuz mortale z venale: sed in sanctificatis ex vtero non manet fomes fm q inclinās est ad mortale: sed tamen remanet inclinatio fomitis ad venialia: vt patet in Jero. z Joanne baptista: qui peccatum actuale habuerunt non mortale sed veniale: sed in beata virgine inclinatio fomitis omnino sublata fuit: z quantum ad veniale z quantum ad mortale: z quod plus ē vt dicit gratia sanctificationis non tantū repressit in ipsa motus illicitos: sed etiam in alijs efficaciam habuit: ita vt quātus esset pulchra cozpore a nullo vnq̄z concupiscī potuit. ¶ Ad quintuz dicendū q necessitas peccandi saltem venialiter prouenit in nobis ex inclinatione fomitis que in beata virgine non fuit fomite ligato: vt dictum est. ¶ Ad secundam questionez dicendum est q sicut in prima sanctificatione fuit quedam

inchoatio emunt actionis: remoto pcto originali quãtum ad culpã ⁊ ligato fomite: ita etiã fuit quedã inchoatio cõfirmatiõis: qz per gratiam sanctificantẽ ĩmunitatẽ a pecca to deinceps cõsecuta est: que quidẽ ĩmunitas a tribus cau sabat': scilicet ex ligatione fomitis qui ad malũ non incita bat ex inclinatione gratie que in bonũ ordinabat: quãuis nondũ per eã liberũ arbitriũ esset in fine vltimo stabilitz ficut est in beatis qui ad finẽ vie peruenerũt: ⁊ iterũ ex con seruatione diuine ꝓuidẽtie que eã intactam custodiuit ab omni peccato: sicut ⁊ in ꝑmo statu hoiem ab omni nocuo ꝓtexisset. ¶ Ad ꝓmũ ergo contra hoc obiectũ dicendum q̃ dubitatio que sonat in infirmitatẽ fidei sine pcto esse nõ potest: nec talis dubitatio in beata virgine fuit in tempore passionis: sed in ea remansit fides firmissima: etiã apostolis dubitantib⁹: sed fuit in ea quedã dubitatio admiratio nis: dũ cõsiderabat eum quẽ tam digne genuerat: sic igno miniose tractari. ¶ Ad secũdũ dicendũ q̃ sordes vitiorũ a quib⁹ in cõceptione saluatoris beata virgo castificata di citur: nõ fuerũt aliqua peccata venialia: ꝫ reliquie quedaz originalis peccati: sicut recedente habitu adhuc aliqne di spositiones manẽt. ¶ Uel dicendũ q̃ castificatio a sordi bus viciorũ nõ intelligitur remotio existentiũ: sed impedi mentũ futurarũ sordiũ. ¶ Ad tertium dicendũ q̃ esse sine peccato dicit esse ꝓpriũ christo: quia ipse nũq̃: nec actuali nec originali macula infectus est: sed virgo mater eius fuit quidẽ peccato originali infecta a quo emũdata fuit anteq̃ ex vtero nasceret: ꝫ a peccato actuali omnino ĩmunis fuit ¶ Alia duo concedim⁹. ¶ Ad tertiam questionẽ dicẽdũ q̃ in secũda sanctificatione ⁊ emundatio ⁊ confirmatio in bono quodãmodo cõsumata est ſm perfectionem vie: sed in assumptione eius gloriosa cõsummata est ſm perfectio nem patrie: quod sic patz. In ꝑma enĩ sanctificatiõe abla ta fuit inclinatio fomitis remanẽte essentia eius. In secun da vero fuit extinct⁹: ipse fomes per essentiã remanẽtibus adhuc penalitatib⁹ ex peccato causatis a quib⁹ plene libe rata fuit per gloriã assumptionis similiter etiã est ex parte altera. in ꝑma sanctificatione gratia collata fuit ad bonũ efficaciter liberũ arbi. inclinans q̃uis nõ esset sufficiẽs ad tollendũ flexibilitatẽ liberi arbi. in malũ: quã etiaz homo in ꝑmo statu habuit. in secunda vero sanctificatione gratia superaddita fuit que ita potentiã libe. arbi. impleret vt in contrariũ flecti nõ posset: nõ quidẽ tollendo naturã libero arbitrio: sed defectũ: sicut materia celi ex eo q̃ subsistat for me que omnẽ ꝑuationẽ ab ea excludit nõ est in potentia ad corruptionẽ: sed in tertia exaltatione ei⁹ per gratiã per fectam in gloriã transeuntẽ: fini cõiuncta est: ex quo perfe cta ĩmobilitas causat'. ¶ Ad ꝑmũ ergo contra hoc obie ctum dicendũ q̃ in ꝑma sanctificatione cõsecuta est ĩmu nitatem a peccato: nõ per gratiam cõfirmantẽ: sed per liga tionẽ fomitis ad malũ inclinantis: ⁊ per custodiaz diuine ꝓuidentie fine qua etiam fomite omnino extincto peccare potuisset: sicut ⁊ adam peccauit nisi esset in ea gratia con sumata. ¶ Ad secundũ dicendum q̃ potentia peccandi au fertur dupliciter vel per hoc q̃ li. ar. vltimo fini coniungit' qui ipsum superimplet vt null⁹ defectus in eo remaneat: et hoc fit per gloriaz. vnde in nullo puro viatore: sic peccandi potentia soluit' vt cũ absolutione potentie peccandi tollit' potẽtia moziendi nisi in xp̃o in quo dispensatiue remansit ad opus redẽptionis complendu. alio mõ auferẽ per hoc q̃ gratia tanta infundit' que omnẽ defectum tollat: ⁊ sic in beata virgine qñ cõcepit dei filiũ ablata est peccãdi poten tia q̃uis in statu vie ipsa virgo remaneret. ¶ Ad tertiũ di cendũ q̃ si per impossibile ponat' beatã virginẽ post secũ dã sanctificationẽ aliũ filiũ ex carnali copula cõcepisse ille fili⁹ peccatũ originale habuisset nõ ex parte matris: sed ex parte patris. si vero ponat' illum patrẽ pari modo sanctifi catum fuisse sicut beata virgo in sanctificatione secũda ille filius peccatũ originale nõ habuisset. ¶ Uel dicendũ ſm aliã opinionẽ q̃ nec̃ in secũda sanctificatiõe fomes remo tus fuit a btã virgine ſm q̃ est infectio nature: nec̃ hoc ꝓ hibet cõfirmationẽ ei⁹ in bono: fomes enĩ cõfirmationi op ponit' ſm q̃ ẽ vitiũ ꝓsone ad concupiscẽtiã actualẽ inclinãs.

¶ Questio secunda.

Deinde queritur de potentia generatiua btẽ virginis ⁊ circa hoc querũt' duo. ꝓmo vtrũ aliquid ad xp̃i cõceptionẽ actiue operata sit. secũdo vtrum gene ratio filij ex ea sit naturalis vel miraculosa.

Ad ꝑmũ sic ꝓcedit'. videt' q̃ btã virgo aliquid acti ue in cõceptione xp̃i cooperata sit: potentia enim pure passiua est receptiua tãtũ. sed Damascẽ. dicit vt in littera habet' q̃ nõ tñ dedit spũssanctus virgini potẽ tiam receptiuã verbi: sed simul etiã generatiuã: ergo opor tet q̃ per potentiã generatiuã intelligat' virtus actiua ipsi⁹ ⁊ ita in cceptione xp̃i aliquid actiue operata est. ¶ P̃ hoc q̃ dicit Luce. j. virtus altissimi obumbrabit tibi intelligi tur quantũ ad collationẽ alicui⁹ virtutis supra eam quam naturaliter habebat: sed beata virgo naturaliter habuit si cut ⁊ alie virgines potentiã generandi per modũ passiõis seu receptionis: ergo potentia quã sibi Damascẽ. per spiri tumsanctũ dicit ꝓparatã est potentia actiua: ⁊ sic idẽ q̃ ꝑmo. ¶ P̃ dicit Augu. Christus ſm hoc est filius matris q̃ accepit a matre: sed dicit' filius matris ſm humanam naturã: ergo humanã naturã accepit a matre: ⁊ sic btã vir go aliquid in cõceptiõe operata est. ¶ P̃ beata virgo fuit vera mater xp̃i: sed nõ esset vera mater eius: si tantũ mate riam ministrasset: nõ enim dicit' terra ꝓprie mater homi nis q̃uis limus vnde format' homo de terra sumptus sit: nec similiter dici põt lignũ mater scamni: eo q̃ de eo fit: er go beata virgo nõ tantũ ministrauit materiã ad conceptio nẽ xp̃i: sed aliquid actiue fecit. ¶ P̃ cõmen. in. ij. de anima ponit hanc distinctionẽ potentiarũ anime: q̃ potentie nu tritiue partis oẽs sunt actiue: potẽtie sensitiue oẽs sunt pas siue. Intellectu aũt est aliquid actiuũ vt intellect⁹ agens: et aliquid passiuũ vt intellectus possibilis: sed potẽtia gene ratiua ad vegitabilẽ animã pertinet: vnde etiã plãtis inest ergo est potẽtia actiua: cũ ergo per potentiã generatiuam mater filiũ cõcipiat videt' q̃ aliquid actiue in cõceptione agat: ⁊ sic idẽ q̃ ꝑmo. ¶ P̃ motus naturalis est cui⁹ ꝓncipiũ est intra: sed generatio filij ex matre est naturalis: er go in ipsa materia quã mater ministrauit ad formationez cõceptus est ꝓncipiũ aliq̃ actiue cooperãs ad cõceptio nẽ: ⁊ sic idẽ quod ꝑmo. ¶ Sed cõtra beata virgo nõ fuit nisi mater xp̃i: sed ad matrẽ nõ pertinet nisi ministrare ma teriã: nõ aũt aliq̃d actiue operari q̃ est patris: ergo beata v̄go nihil actiue ad cõceptionẽ xp̃i operata ẽ. Media ꝓ bat' per hoc q̃ ꝑhs dic̃. xv. de aĩalib⁹ vir dat aĩam formã ⁊ ꝓncipiũ motꝰ: femina dat corꝑ ⁊ materiã: sicut accidit in lacte coagulato q̃ corꝑ exit ex lacte ⁊ coagulatio ex co agulo: ⁊ post pauca subdit. Manifestũ est q̃ mas est ope rans ⁊ femina patiẽs: sicut erit scamnũ ex carpentario ⁊ li gno. ¶ P̃ Aug⁹. dicit. x. super Gen. ad lit. Xp̃s visibilẽ car nis substãtiã de carne v̄gnis assumpsit: rõ vero cõceptiõis nõ a virili semine: ꝫ lõge aliter ac desup venit: ꝫ virt⁹ acti ua in cõceptione dicit' rõ cõceptionis: ergo agens in conce ptione xp̃i fuit tantũ desup ⁊ nõ in beata virgine. ¶ P̃ An sel. dicit in li. de cõcep. vir. illud subiectũ nõ creata natura: nõ volũtas creature: nõ vlli data ptãs ꝓducit aut seminat ergo in beata virgine nõ fuit nãliter nec̃ ꝑ dono dono potẽ tia actiue corꝑ xp̃i ꝓducens. ¶ P̃ nulla virtus creata subi to operatur: ꝫ in cõceptione xp̃i simul ⁊ subito factum est quicquid ibi factũ est de organisatione animatione et hu iusmodi: ergo non fuit actiue nisi per virtutem increatam. ¶ ℟ᵒ dicendũ q̃ circa hoc diuersimode opinatũ est: qui dam enim dicunt in conceptione christi matrez aliq̃d acti ue operatã esse: quoz q̃dã hoc ponũt fuisse per naturalem modum: quidam vero per supernaturale donũ: cũ enĩ btã

virgo vera mater xpi credat: oportet sibi attribuere totū illud qō matris est: ad officiū aūt matris ptinere estimāt vt aliqō pncipiū actiuū ad conceptionē ministret: z nō māle tātū: hoc tñ ponit diuersimode: q̄dā enī ī materia quā mater ministrat ponūt eē vtutē actiuā pncipaliter: tū q2 ex cōmixtione seminū conceptionē fieri ponūt. vñ sic semē viri est actiuū in generatiōe: ita z semē mulieris q̄uis nō sit in eā tāta efficacia ad agendū: tū etiā q2 ponūt cōceptā prolē sensificari z vegetari per aīam matris: vt sic etiā pncipalior inueniat in generatiōe: mater q̄ pater: hoc aūt pbs reprobat in .xv. de aīalib⁹. in bis enī que habēt vitā perfectā distinguunt agēs z patiēs in generatiōe ꝓpter perfectā gnātionē in eis: in plātis aūt que impfectā vitā habēt: est in eodē vtraq; virt⁹ actiua. s. z passiua q̄uis forte in vna planta dominet virt⁹ actiua: z in alia virtus passiua: ꝓpter qō dicit etiā vna plāta masculina z alia femina: cū igit impossibile sit illud qō est determinatū vt patiēs habere vtutē actiuaz respectu eiusdē oportz q̄ femina nō sit agēs in cōceptiōe: sz tantū patiēs. ¶ Et ideo alij dicūt q̄ id qō mater ministrat se habet in generatione sicut materia nālis: in mā aūt nāli nō est potētia passiua tñ: alias generatio eēt violēta z non nālis: sz oportz inesse materie ipsaz formā que per gnātionē adducēda est in potētia z fm esse incōpletū: z ideo non habet perfectā vtutē ad agēdū: sz tñ impfectā: z ideo per se nō pōt agere: nisi quodāmō excitet ab agēte exteriori: z sic ei cooperet: hoc aūt nō pōt stare: q2 impossibile est idē esse alterās z alteratū: vnde nō pōt esse q̄ forma que est in aliq̄ materia agat in ipsam siue sit perfecta siue impfecta: forma enī que per se nō existit: nō agit: nec materia ꝓprie patit: sz cōpositū agit rōne forme: z patit rōne materie: z ideo non est possibile q̄ illa forma imperfecta in agēdo cooperetur agenti exteriori. ¶ S̄ Agere sequit ad esse perfectuz: cum vnūquodq; agit fm q̄ est in actu. vñ oportet q̄ forma imperfecte existēs in materia pri⁹ perficiat inesse per agēs exterius quā det sibi agere. vñ nō pōt in agendo coopari ad generationē per quā forma inesse perfectū adducit. ¶ Et S̄ si esset de necessitate matris vt actiue ad generationem operaret: beata virgo nō posset dici mater: cū enī cōceptio illa tota sit simul facta nō potuit per aliquā creatā actiuaz: virtutē fieri. vñ beata virgo non potuit actiue operari ad cōceptionē: z sic nō habuisset illud qō ad matrē pertinet. vnde nec mater eēt. Nec pōt dici q̄ cooperata sit ad introductionē forme tātū: que etiā fm naturā in instāti inducit. Inducēs formā enī est nobilius q̄ preparās materiaz per alterationē: z sic spiritui sancto attribueret id qō min⁹ est z virgini id quod dignius est. ¶ Et S̄ forma substātialis ad quā terminat cōceptio est aīa: que est act⁹ totius z omniū partiū: vnde remota ea: nec os nec caro dicit nisi equiuoce: ad aīam aūt xpi cōstat nihil actiue beatā virginē cooperatā eē. ¶ Et ideo alij dicūt q̄ btā virgo habuit aliqd plus z supernaturali virtute q̄ alie matres: materia enim que ab alijs ministrat nō potest seipsam cōplete in actum educere nisi fit agens exteri⁹: sz materia corporis xpi quaz btā vgo ministrauit hoc habuit ex dono diuino vt posset seipsam formare per vtutē superadditā nature: sz non poterat in instāti hoc fieri: z ideo q2 decebat conceptionē in instāti esse: preuenit spūssanct⁹ subito formationē corpis xpi cōplens q̄ tū aliter licet successiue cōpleta fuisset. ¶ Istud aūt nō videt cōueniens pmo: q2 si illa virtus nō cooperata est ad formationē corporis xpi frustra collata est: qō non cōtingit in operib⁹ nature: z multomin⁹ in operib⁹ miraculosis. secūdo q2 btā vgo non eligebat vt esset simul z mater xpi: sz vt eēt mater tātū. vñ nō oportebat vt in materia quā virgo ministrauit cōiungeret hoc qō in alijs est ex pte patris z matris. tertio q2 fm actiuā vel passiuā potentiaz generandi: nullus dicit pater vel mater: sz fm q̄ potentia in actū procedit. vnde si in materia q̄ virgo ministrauit fuit potentia actiua que exigit ad patrē z matrē fine hoc q̄ virtus illa operata fit: nō diceret nec pater nec mater aut eadem rōne pater z mater quod absurduz est: nisi forte sufficiat ad esse matrem hoc solū q̄ materiā ministrauit qō nō sufficit ad esse patrē ꝓpter quod mater dicit z non pater z hoc quidē videt esse fm intentionē philosophi fm quaz perfectissime saluat virginitas matris z vera maternitas. vnde z fidei maxime cōsona est. ¶ Hanc igit viā tenendo dicendū videt q̄ in cōceptiōe prolis inuenit triplex actio vna que est pncipalis scilicz formatio z organisatio corporis z respectu hui⁹ actionis agens est tantū pater: mater vero solūmodo ministrat materiā: alia actio est ꝓcedēs hanc actionē z preparatoria ad ipsaz: cū enim generatio naturalis fit ex determinata materia eo q̄ vnusquisq; actus in ꝓpria materia fit sicut in .ij. de aīa dicit pbs. oportet vt formatio prolis fiat ex materia cōuenienti z nō ex quacunq; vnde oportet esse aliquā virtutē agentē per quā preparet materia ad conceptū: sicut aūt dicit pbs in .ij. phisicoz. ars que operat formā pncipat z imperat ei que preparat materiā: sicut ars cōpaginans nauim: ei que cōplanat ligna: z ideo virt⁹ que preparat materiā ad cōceptū est imperfecta respectu ei⁹ que ex materia preparata: prolem formal. hec aūt virt⁹ preparās est matris que impfecta est respectu virtutis actiue que est in patre. vnde dicit pbs in .xv. de aīalibus q̄ mulier est sicut puer qui nōdū pōt generare. Tertia actio est cōcomitās vel sequēs actionē pncipalez: sicut enī locus facit ad bonitatē generationis: ita z bona dispositio matricis operat ad bonā dispositionē prolis quasi ꝓbens fomentū: z hoc est qō dicit Auic. in ca. de diluuijs: matrix nō facit nisi ad meliorationē cōcepti: fm hoc ergo dico q̄ in pncipali actione formationis corporis xpi nihil fuit ex parte btē vginis quod esset actiuū: sz id qō beata vgo ministrauit se habuit materialiter tantū ad hanc actionez: virt⁹ aūt diuina fecit totū qō fit in alijs cōceptionib⁹ per vtutez seminis qō est a patre. z ideo Damasce. diuinā vtutē dicit quasi diuinū semē: vt in littera habet. In secūda vero z tertia actiōe beata virgo actiue operata est sicut z alie matres vnde z vere mater fuit. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ in cōceptione xpi fuit duplex miraculum: vnū q̄ femina concepit deū: aliud q̄ virgo peperit filiū. quantū ergo ad primū beata virgo se habebat ad conceptionem fm potentiā obedientie tantum: z adhuc multo remotius q̄ costa viri vt ex ea mulier formaret. In talibus autē simul dantur actus et potentia ad actum: fm quā dici posset q̄ hoc est possibile. Sed quantū ad secundū habebat virgo potentiā passiuaz naturalē tamen que per agens naturale in actū reduci posset. vnde quantū ad primū dicit potentiā receptiuam verbi dei: quantū vero ad secundū dicit: simul autē z generationem vtrāq; enim potentiā in actum reduxit spiritussanctus virtus. ¶ Ad secundū dicendū q̄ potentia passiua pōt accipi dupliciter vel fm substantiā potentie: z sic potentia fuerat ante in beata virgine: vel fm q̄ potentia passiua sue operationi cōiungitur: z tale posse non habet patiens nisi ab agente: sicut dicimus q̄ visibile mouendo visum dat sibi posse videre in actu: z per hunc modum potentiā generandi spūssanctus virgini dedit. ¶ Ad tertium dicēduz q̄ christus accepit humanā naturam a matre: nō tamen sicut a pncipio agente: sed sicut a materia ministrante. ¶ Ad quartum dicendū q̄ prebere materiam simpliciter ad generationem alicuius: non facit matrem: sed prebere talem materiam sic preparatā est id quod matrem facit: in ligno enim nō est potentia naturalis vt ex eo fiat scamnum: cum per agens naturale in actum non compleatur: similiter nec in limo terre vt ex ea fiat homo. vnde quod inducitur non est simile. ¶ Ad quintum dicendum q̄ potentia generatiua actiua est. sz hec potentia est perfecte in viro. vnde ei⁹ actio se extendit vsq; ad formationem generati: in femina aūt est imperfecta. vnde non extendit se eius actio nisi ad preparationem materie. ¶ Ad sextū dicēdū q̄ cuilibet

motus naturalis principiū est in eo qđ mouet: nō tñ eodē modo: vt in.2.phicoꝝ dicit Cōmentator. In q̄busdā enim est p̄ncipiū actiuū vt in motu grauiū ⁊ leuiū. In quibusdā vero p̄ncipiū passiuū vt in generatiōe simpliciū corporum vñ ⁊ phūs naturā quā p̄ncipiuꝫ motꝰ in eo qđ mouet diffinit: statim subdiuidit in materiā ⁊ formā. vñ nō oportet vt cuius generatio perfecti aīalis sit nālis q̄ materia quaꝫ femina ministrat sit p̄incipium actiuū: sed passiuum tātū.

Ad secūdū sic p̄cedit. videt q̄ generatio xp̄i ex virgine sit naturalis. Filiatio enī naturalitatē cōsequit̄ ſz xp̄s dicit̄ naturalis filiꝰ matris: sicut ⁊ naturalis filiꝰ patris: vt dicit Augꝰ. in lib. de fi. ad pe. ergo generatio ne naturali nascit̄ ex matre. ℂ P̄ virꝰ naturalis passiua cōpleta ab agēte nāliter exit in suā operationē: sicut visus motꝰ a colore nāliter videt: ſz in beata v̄gine fuit naturalis potētia ad generādū cuius incompleta: vt ex dictis patet: ergo postq̄ fuit perfecta v̄tute spūssancti nāliter generauit. ℂ P̄ in illuīatiōe ceci cuius potētia visiua miraculose dez: tamē post acceptā potentiā nāliter videt: ſz spūssanctꝰ virgini potentiaꝫ generatiuam dedit: ergo postea nāliter generauit. ℂ P̄ si generatio xp̄i ex virgine esset miraculosa: sicut formatio hois de limo terre: tūc ita se haberet materia quam virgo ministrauit ad chr̄istū: sicut limꝰ de terra sumptꝰ ad adā: ſz talis materia nō sufficit ad rōnē matris vt p̄ius dictū est: ergo btā virgo nō esset vera mater xp̄i: qđ dicere est hereticū. ℂ P̄ operatio miraculosa non est ab aliqua creatura: sed vere dicit̄ q̄ v̄go genuit xp̄m: ergo generatio talis nō est miraculosa. ℂ Sed contra Dio. dicit in epla. iiij. ad Gaiū. De iesu loquens: Super hoīes inquit operat̄ ea que sunt hoīes: ⁊ hoc monstrat: v̄go supernaturaliter cōcipiens ⁊ aqua instabilis: materialiū ⁊ terrenoꝝ pedū sustinēs gratuitatē: ſz hoc qđ fit supnaturaliter dicimꝰ esse miraculosuꝫ ergo cōceptio xp̄i ex v̄gine miraculosa fuit. ℂ P̄ Ansel. dicit in li. de cōcep. vir. spūssanctꝰ virtus altissimi de muliere v̄gine: viruꝫ virginē mirabiliter p̄pagauit: ergo generatio xp̄i ex v̄gine miraculosa est. ℂ P̄ sicut est cōtra nature ordinem: vt cecus videat: ita ⁊ vt virgo manēs virgo pariat: ſz illuminationē cecoꝝ dicimꝰ miraculosam esse: ergo ⁊ cōceptio xp̄i ex v̄gine miraculosa est. ℂ R̄° dicendū q̄ p̄ter vnionē duarū naturarū in vnaꝫ ypostasim que cōpleta est in cōceptione xp̄i q̄ est miraculū oīuꝫ miraculoꝝ: est etiaꝫ aliud miraculū: vt virgo manēs: virgo cōcipiat hoīez deuꝫ ad hoc enim q̄ generatio aliqua nālis dicat̄: oportꝫ q̄ fiat ab agēte naturaliter: ⁊ ex materia nāli ad hoc p̄portionata: quodcūq; aūt horū defuerit: nō pōt dici generatio naturalis: ſz miraculosa ſi virtute fiat supernaturali: agēs autez naturale cū sit finite virtutis nō pōt ex materia nō naturaliter p̄portionata effectuꝫ p̄ducere: agens vero supnaturale cū sit infinite virtut̄: pōt ex vtraq; materia operari: naturali scilicet ⁊ nō naturali: ⁊ ideo duob⁹ modis contingit esse miraculū. vno modo qñ neq; agēs est naturale neq; materia nāliter p̄portionata ad talē formā: vt patꝫ in formatione hois de limo terre. alio modo qñ materia est naturalis: ſz agēs est supnāle: vt qñ aliqs miraculose a febre sanat̄ corpus enim hois est nālis materia sanitatis que per supernaturale agens cōfert̄ ei: ⁊ similiter fuit in cōceptione hominis xp̄i: materia enī quā virgo ministrauit: fuit materia ex qua nāliter corpus hois formari potuit: ſz virtus formans fuit diuina. vnde simpliciter dicendū est cōceptionem illā miraculosam esse: naturalē vero fm quid ⁊ p̄pter hoc xp̄s dicit̄ nālis filius virginis: qz naturalē materiā ad eius cōceptum p̄parauit. ℂ Unde patet responsio ad p̄imum. ℂ Ad secūdū dicendū q̄ qñ potentia passiua complet̄ per operationē agentis nālis. tūc operatio sequens est naturalis. hoc aūt nō fuit in p̄posito: ⁊ ideo ratio non seq̄t̄. ℂ Ad tertiū dicendū q̄ ceco nato illuminato dat̄ potentia visiua sine omni dispositione ctraria visioni: ⁊ ideo operatio seu visio sequēs est nālis: ſz potentia generādi data est virgini manēte virginitate que est dispositio cōtraria ad conceptū ⁊ ideo sicut potētia miraculose data est: ita ⁊ actꝰ sequens miraculosus fuit: vel dicendū q̄ ceco illuminato dat̄ potentia passiua cuiꝰ operatio est per hoc q̄ mouet̄ ab agēte naturali. scilicet calore: ⁊ ideo visio ipsa naturalis est: ſz virgini dicit̄ data potētia generatiua per hoc q̄ mota est eiꝰ potentia passiua ad generādū ab agēte supnaturali: ⁊ ideo operatio sequēs est miraculosa. ℂ Ad quartū dicendū q̄ formatio hominis de limo terre fuit miraculosa quātū ad agens ⁊ quantū ad materiā: ſz cōceptio ē miraculosa quantū ad agens ⁊ nō quantū ad materiam: ⁊ ideo nō est sile de vtroq;. ℂ Ad quintū dicendū q̄ beata virgo dicit̄ genuisse xp̄m: nō sicut p̄incipiū actiuū ad generationē p̄bēs: ſz sicut ministrās materiā naturalē: vnde nō est incōueniens q̄ generatio illa miraculosa fuerit: operatio vero miraculosa nō est alicuiꝰ creature sicut agētis: est tamen alicuius creature sicut materie: vt patꝫ ex eo: qz miraculose ex aliq̄ creata materia deus quandoq; aliquid facit.

¶ Questio tertia

Deinde queritur de annūciatione facta per angelum ad beatā virginē: ⁊ circa hoc querūt̄ duo. P̄imo de conuenientia annunciationis. secundo de conuenientia nuncii.

Ad p̄imū sic p̄cedit. videt q̄ nō oportebat virginem annūciari saluatoris cōceptionem: ipsa enī fidē habebat: ſz semp ad fidē pertinuit credere incarnationē futurā ergo nō oportebat vlteriꝰ q̄ per modū annunciationis sibi patefieret. ℂ P̄ sicut dicit Grego. fides non habet meritū cui humana rō p̄bet experimentū: ſz in collocutione angeli ad virginē quedā p̄sūā siua ratiocinatio facta est ergo merituꝫ fidei in ipsa vel euacuauit vel diminuit qđ videt̄ incōueniens. ℂ P̄ in his que fine hoīs arbitrio deꝰ in hoīe cōplet: nō requirit̄ aliquis ꝯsensus ex parte hoīs: sed p̄phetia p̄destinationis est de his que fine nostro complent̄ arbitrio: vt habet̄ ex Jero. in glo. Matth. j. super illud. Ecce virgo in vtero habebit: cuiusmodi dic̄ esse hanc p̄phetiā. Ecce virgo cōcipiet. Isaie. 7. ergo nō requirebat̄ aliquis cōsensus ex parte virginis rōne cuiꝰ oportet annunciationē fieri. ℂ Sed cōtra maioris sapie ostensiuum est miraculū factū in cōceptione xp̄i ex virgine q̄m in cōceptione Joānis ex sterili: sed cōceptio Joānis per angelū p̄nūciata fuit ne fortuito: sed ex dei p̄uidentia accidere putaret̄: ergo multo ampliꝰ cōceptionē xp̄i annuncia tio p̄cedere debuit. ℂ P̄ in conceptione xp̄i est factum quoddā matrimoniū per indiuisibilē cōiunctionē diuine ⁊ humane nature: ſz in matrimonio requirit̄ cōsensus qui per verba nunciorū requirit̄ ⁊ reconciliat̄: ergo et decuit vt deus per angelū suū cōsensum exquireret virginis de q̄ humanā naturā assumeret. ¶ Ulterius videt̄ q̄ annunciatio nō fuerit per modū corporalis visionis: vt enim dic̄ Augu. xij. sup Geñ. inter tria visionis genera que sunt corporale: spirituale. ⁊ intellectuale: intellectualis visio est p̄stantior: ſz qđ dignius est matrē dei magis decet: ergo per intellectualē visionē: ⁊ nō per corporalē facta est annūciatio. ℂ P̄ Apparitiones corporales angelorū eo q̄ insolite sunt: ⁊ p̄ter cōmunē cursum nature inter signa ⁊ mirabilia cōputari possunt: signa aūt data sunt nō fidelibꝰ: sed infidelibus: vt dicit apls. j. Thozin. xiiij. cū ergo igit̄ btā virgo fidelissima fuerit: nō videt̄ ad eam apparitionē corporalē angeli fuisse factā. ℂ Sed ctra Luc. j. super illud. que cū audisset ꝛc. dicit glo. Trepidare virginū est ⁊ oēm viri ingressū pauere: oēſq; viri affat̄ vereri: nō aūt hoc v̄ginibꝰ efficit̄ ex intellectuali cōsideratiōe: viri vl̄ ex imaginatiōe ſz ex corpali aspectu: q̄ angelꝰ in corpali visione v̄gini apparuit ⁊ eā collocatus est. ℂ R̄° dicendū ad p̄imā questionē q̄ cōgruū fuit virgini: suā cōceptionē annūciari multis de causis: p̄imo qz cū mens deo sit vicinior cōs corpus non decebat vt dei sapiētia eius vteruꝫ inhabitaret sine hoc q̄

Legitur enim in tolletano cōcilio. viij. traditum sic. Solum uerbuꝫ caro factum est ⁊ habitauit in nobis: ⁊ cum tota trinitas operata sit formationē susceptiōis: quoniā inseparabilia sunt opera trinitatis: solus tamē filius accepit hoiem in singularitatē persone: nō in unitatē diuine nature. i. id qō ꝓprium est filij nō qō cōe est trinitati. Itē in tolletano cōcilio. xj. uniꝰ substantie credimꝰ deū patrē ⁊ filiū ⁊ spiritū sanctum nō tm̄ dicimus: ut huiꝰ trinitatis unitatem maria uirgo genuerit: sed tm̄ filiū qui solus nostram naturam in unitatem persone sue assumpsit. Incarnationez quoqꝫ huius filij dei tota trinitas operata esse credēda est. Solus tamē filius formā serui accepit in singularitatem persone. His insinuari uidetur ꝙ persona tm̄ naturam: nō natura naturam assumpserit. Si enim quod cōmune est trinitati non accepit hominē: ergo non natura diuina que cōmunis est tribus personis. Cui uidetur obuiare quod Augustinꝰ ait in libro de fide ad Petrum: nec diuinitas inquit christi aliena est a natura patris: ſm id quod in principio erat uerbum nec humanitas eius aliena ē a natura matris ſm id quod uerbum caro factum est. Illa enim natura que semper genita manet ex parte: nostram naturam sine peccato suscepit ut nasceretur ex uirgine. Hac auctoritate uidetur tradi ꝙ diuina natura humanam suscepit: ubi uehemēter moueri possumus ꝙ eam genitam eternaliter ex patre dicit: nisi forte naturam ꝓ persona hic accipiat: aliquin si dixerimus naturam tribus personis communem genitam esse occurrūt nobis ex aduerso que in tractatu de trinitate discernimus: vbi diximus nō naturam naturam: sed personam personam genuisse: quia si natura genuisset naturam: cum vna eademqꝫ sit natura trinitatis: eadez res seipsam genuisset quod Augustinꝰ fieri posse negat. Sed alibi certum reperimus documētū quo natura naturam assumpsisse mōstratur. Ait enim Augusti. in primo libro de trinitate. Etiam seipso christus minor factus est formam serui accipiēs. Neqꝫ enim sic accepit formam serui ut amitteret formam dei: in qua erat equalis patri: ut ⁊ in forma serui ⁊ in forma dei idem ipse sit vnigenitus filiꝰ ꝑis: qz forma dei accepit formā serui. Si aūt forma fui formā fui accepit sine dubio natura naturā accepit: forme enī noīe natura significatur ut Augu. euidenter docet in libro de fide ad Petrū Cum inquit de christo audis: quia in forma dei erat: oportet te cognoscere firmissimeqꝫ tenere in illo forme nomine naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma igitur dei erat: quia in natura dei patris semper erāt de quo natus erat Hylarius quoqꝫ in libro. xij. de trinitate ait: esse in forma dei nō alia intelligētia est qz in dei manere natura: dediciſti nomine forme intelligentiam fieri nature: ⁊ audisti ꝙ forma dei formam serui suscepit: vnde consequens est qō natura diuina naturam humanam suscepit. Quod etiam Ieronymꝰ in explanatione fidei euidenter insinuat inquiēs passus est filius dei non putatiue: sed vere. ſm illud passus est quod pati poterat. id est nō ſm illam substantiam que assumpsit: sed ſm illam que assumpta est. Ex quo apparet diuinam substantiā assumpsisse humanam. Ex verbis autem Augustini superius positis adhibita diligentia innui videtur solum verbum carnem factum: ⁊ naturam solum suscepisse humanam: ⁊ diuinā naturā eandem accepisse. Ait enī. Trinitas nos sibi recōciliauit ꝑ hoc qō solū verbū carnē ipsa trinitas fecit: in quo sic veritas incōmutabilis manet diue hūaneqꝫ nature: ut sicut vera semꝑ ē eiꝰ dinitas quā de ꝑe habet: ita vere semꝑ atqꝫ incōmutabilis eiꝰ sit hu-

manitas quã sibi vnitam summa diuinitas gerit. Ecce ⁊ solũ verbũ dixit carnẽ factũ et humanitatẽ dinitati vnitã. Jdẽ quoq; superiꝰ dixit seruilẽ formã a solo filio susceptã quã tota trinitas fecit: iam facile ẽ cognoscere qꝫ diuersa ⁊ multiplicia super qstione ꝓposita auctores tradiderint. Jdeoq; posteriores ea legentes varias atq; cõtrarias ex prędictis occasionez sumentes promunt sententias.

¶Quid de hoc tenendum sit.

In Os aũt ois mẽdacij ⁊ contradictionis notã a sacris paginis secludere cupiẽtes: orthodoxis patribꝰ atq; catholicis doctoribus nulla prauę intelligẽtie suspitione notatis: cõsentimꝰ dicẽtes: ⁊ personã filij assumpsisse naturã humanã: ⁊ naturã diuinã humane nature in filio vnitã: eãq; sibi vnisse vel assumpsisse. vnde ⁊ vere incarnata dicit. Qð vero dicit solꝰ filius formã assumpsisse serui: ꝑ hoc nõ excludit dina natura ab acceptiõe seruilis formę: qz alie due psone pater. s. ⁊ spũssanctꝰ. Jtez ⁊ illud aliud. s. id qð est ꝓpriũ filij: nõ qð cõe est trinitati hoiez accepit: sic oportz intelligi. i. ꝓprie ypostasi filij: nõ in tribꝰ cõiter personis dina natura humanaz sibi vniuit. Qui sensus ex verbis Joánis Damascę. cõfirmat: q̃ totã dinã naturã in vna ypostasion incarnatã eẽ euidẽter asserit dicẽs: Jn humanatiõe dei verbi aimꝰ oẽm et pfectã naturã deitatis in vna eiꝰ ypostasion incarnatã eẽ. i. vnitã hũane nature: ⁊ nõ ptẽ parti. Omni enim hũane nature aimꝰ vnitã eẽ oẽm deitatis naturã vel substãtiã. Jtẽ. Eadez est natura in singula ypostasion. i. psonarũ. ⁊ qñ dicimꝰ natura verbi incarnatã eẽ ꝑm btõs ⁊ athanasiũ ⁊ cirillũ deitatẽ dicimꝰ esse vnitã carni: ⁊ vnã naturã dei verbi incarnatã cõfitemur. Verbũ aũt ⁊ qð cõe ẽ substãtie possidet: ⁊ qð ꝓprietatis ẽ habẽs ypostasios. i. psone. Ex his manifeste oñdit q̃ natura dina incarnata ẽ vnde ⁊ eadẽ vere dr̃ suscepisse humanã naturam.

¶An diuina natura debeat dici caro facta.

Sed querit vtrũ eadem diuina natura debeat dici caro facta sicut verbũ dicit factũ caro. Si enim idẽ est incarnari q̃ est carnez fieri: videri potest ita debere dici q̃ sit caro facta sicut dicit incarnata. Ad qð dicimꝰ: quia si illud dictum in sacra scriptura reperiret ex eadẽ intelligẽtia acciperet qua cum dicit incarnata. Sed quia illud auctoritas subticuit atq; locutionis modus nimiã videtur facere expressionẽ: si natura diuina diceretur caro facta: melius hoc silere puto vel negare qꝫ temere asserere: ne si illud dicatur cõuertibilitas nature in naturam significari putetur. Ex premissis indubitabiliter constat q̃ verbi persona siue natura hominis naturã scilicet carnem ⁊ animam assumpsit: sed nõ personã hominis. Si autẽ natura diuina naturã hominis accepit: quare nõ dicit facta homo vel esse homo sicut verbum dei. Ad quod dici potest q̃ dei filius dicit factus homo vel esse homo: nõ solum q̃ hominẽ assumpsit: sed q̃ ipsum in vnitatem ⁊ singularitatẽ sui. id est persone accepit. Natura autem diuina hominez quidem accepit. id est hominis formã sibi vniuit: sed nõ in singularitatẽ ⁊ vnitatẽ sui. Seruare enim proprietate ac diuersitate duarum naturarum persone singularitas extitit. Jdeoq; non sic dicit diuina natura esse homo vel facta homo sicut dei filius: quidem tamen indifferenter vtrũq; cõcedũt.

¶Quare nõ accepit personam hominis cum hominem acceperit.

Ideo vero non personam hominis assumpsit: quia caro illa ⁊ anima illa non erant vnita in vnam personam quã assumpserit: quia non ex illis constabat persona quando illis vnitum est verbũ. Nam sibi inuicem sunt vnita simul cum verbo vnita sunt: altera tamen vnione inuicem vnita sunt illa duo scilicet anima ⁊ caro: alia vnione verbo vnita sunt: quia alia est vnio anime illius ad carnem: ⁊ alia vnio verbi ad animam illam ⁊ carnẽ. Non ergo accepit verbum dei personã hominis: sed naturã: quia non erat ex carne illa ⁊ anima illa composita persona vna quam verbum acceperit: sed accipiendo vniuit: ⁊ vniendo accepit.

¶Contra hoc oppositio qua probare quidaz volunt personam accepisse personam.

Ab quibusdaz opponitur q̃ persona assumpserit personã. Persona enim est substantia rationalis indiuidue nature: hoc autem est: ergo si animã assumpsit ⁊ personã. Qð ideo non sequit: quia anima nõ est persona quando alij rei est vnita personaliter: sed quando per se est. Absoluta enim a corpore persona est sicut angelus. Jlla autem anima nunquã fuit quin esset alij rei coniuncta: ideoq; non ea assumpta persona assumpta est. Aliter quoq; nituntur probare verbum dei assumpsisse personaz: quia assumpsit aliquem hominẽ: assumpsit enim hominez iesum christum: ergo aliquẽ hominẽ. Qð autem hominẽ iesum christũ assumpserit. Augu. in expositione symboli sub anathemate tradit dicens: Si qs dixerit atq; crediderit hominez iesum christum a filio dei assumptuz non fuisse: anathema sit Qui etiam in pluribus scripture locis huiusmodi vtitur locutionibus. Jlle homo a verbo dei est assumptus: ille homo factus est christus. Et propheta de homine christo loquens deo ait: Beatus quem elegisti ⁊ assumpsisti. Ex quibus consequi videtur q̃ aliquis homo assumptus sit a verbo: ⁊ ita persona assumpta sit a persona. Sz quia hoc nephas dicere est aut sentire: premisse locutiones eisq; similes ꝑm hanc intelligentiam sane accipi debent vt homo christus siue homo ille siue quidam homo dicatur assumptus a verbo siue vnitus verbo non quia hominis persona sit assumpta vel vnita verbo: sed quia anima illa ⁊ caro illa assumpta sũt ⁊ vnita verbo: in quibus subsistit dei ⁊ hominis persona: vt ad hominis naturã nõ ad personã respicias: cũ assũptũ vel vnitũ vel quẽdã uel aliquẽ in huiusmõi locutiõibꝰ scriptura memorat. Quo circa cũ querit sine ꝓposita auctoritate: an aliquis

vel q̄dā hō sit assumpt⁹ a verbo: vel vnit⁹ verbo sine distinctione intelligētie: nō est hic reddenda rei spōsio: qm̄ multiplex p̄missa ē q̄stio: sz instātiā q̄rentis ita determinato. Si de hois persona queris: respondeo q̄ non. si de hois natura: dico est.

¶ Post q̄z determinauit magister circa incarnationez diuinā quid sit assumens z q̄d assumptū. Dic determinat de vtroq; sit cuiusmodi sit quātū ad intētiones eoꝝ. vtrū. s. assumēs z assumptū habeāt rōnē nature vl̄ persone. Et diuidit in tres partes. In p̄ma mouet questionē. In secūda determinat eā ibi: Hec inq̄sitio. In tertia mouet quasdā dubitatiōes circa determinationē ibi: Sz queritur vtrū eadē d. Prima diuidit in duas. p̄mo determinat q̄stionē q̄ntū ad id qō manifestat veritatē. Scōo q̄ntū ad id qō ē magis dubiū in q̄stione ibi: De quarto vero q̄stionis. Et hec pars diuidit in tres partes. In p̄ma ponit auctoritates ad vtraq; partē dubitatiōis. In secūda soluit ibi: Nos aūt oīs mendacij. In tertia solutionē per auctoritates. Damasce. cōfirmat ibi: Q̄z sensus ex verbis. Circa p̄mū tria fa. Primo inducit auctoritatē ad partē negatiuā. s. q̄ natura nō assumpsit naturā. secūdo ad partē affirmatiuā ibi: Cui videt obuiare. tertio ex auctoritatib⁹ inductis colligit dubitationē ibi: Ex verbis aūt Augu. Sed queritur vtrū eadem. Dic mouet quasdā dubitatiōes circa predictā determinationez. z primo quātū ad hoc qō dixit naturā diuinā incarnatā. secūdo quātū ad hoc q̄ dixit personā non esse assumptā ibi: Ideo nō personā hois assumpsit. Circa p̄mū d. f. p̄mo queritur vtrū dīna natura possit dici caro facta. secūdo vtrū possit dici facta hō ibi: Si aūt natura dīna. ¶ Ideo nō personā. Dic mouet dubitatiōes circa hoc qō dictū est personā hois nō esse assumptā: z circa hoc d. f. primo assignat hui⁹ dicti causam. secūdo obijcit in cōtrariū: ibi bic a quibusdā opponit. Et diuidit hec pars in duas obiectiōes quas ponit. scōa incipit ibi: Alio quoq; intendit. Et vtraq; diuidit in obiectionē z solutionē. Prima solutio incipit ibi quod id non sequitur. Secunda ibi: quia nephas est hoc dicere. ¶ Dic est triplex questio. Prima ē de vnione. Secunda de assumente vnionem. Tertia de assumpto.

¶ Questio prima.

Circa p̄mū querit̄ tria. p̄mo q̄d sit vnio. Scōa vtrū vnio sit facta in nā. Tertio vtr̄ sit facta in persona. Ad p̄mū sic procedit. videt q̄ vnio non sit aliqua creatura. Unio enī est in eo qō per eā vnū dicit: sz diuina natura dicit vnita humane: ergo vnio ē in diuina natura: sz nihil est in deo creatū: ergo vnio nō est aliquid creatū. ¶ P̄ vnio est relatiuū equiperātie: sed huiusmodi relatiua similiter se habēt ad vtrūq; extremum: ergo vel est in diuina natura z humana: z sic idē qō prius: vel in neutra: z sic nusq; ē z ita nō esse creatura. ¶ P̄ Nihil creatū dicit de deo nisi vel per causam vt cuz dicit aliq̄d scire: q̄z facit nos scire vel per assumptionē vt cū dicit homo: vl̄ per similitudinē vt cū dicit leo vel agn⁹ dei: sed cū dicit diuina natura vnita humane nature hoc nō tantū per causaz dicit: q̄z sic pater diceret vnit⁹: q̄z hanc facit vnionem: nec per assumptionē: q̄z si assumpsit vnionez: aliqua vnio esset dei ad vnionē z sic in infinitū: nec iterum per similitudinē q̄z tūc vnio non diceret fm veritatē rei: sz fm methafozam z sic de⁹ homo diceret methafozice sicut dicit leo vel agn⁹ ergo vnio nō est q̄d creatū. ¶ Sed cōtra omne qō est z nō est creatū: est eternū: sz vnio est: q̄z per eā fm rem, vnite sunt due nature in vna persona z nō est ab eterno: sz in tēpore incepit: ergo est increatuz. ¶ Ulterius videt q̄ sit minima vnionū: q̄z quāto vnita magis distāt tanto est minor vnio sz diuina natura z humana que dicūt vnita maxime distāt ergo vnio est minima. ¶ P̄ quāto maior est cōpositio tanto minor vnio: sed in xp̄o est maxima cōpositio: q̄z post cōpositionem quā natura facit in hoīe que est maxima inter oēs naturales cōpositiones est ibi cōiunctio diuinitatis z hūanitatis: ergo est ibi minima vnio. ¶ P̄ qō est oīb⁹ modis vnū ē magis vnū q̄z qō est quodāmodo vnū z quodāmodo nō: sed quedā sunt vnita z in natura z in p̄sona: sicut quatuor elemēta in corpore humano: cuz igit̄ in xp̄o facta sit vnio in persona z nō in natura videt q̄ ad minus multe vniones sint maiores ista vnione. ¶ Sed cōtra est qō dicit Ber. in li. de cōsideratione: q̄ inter oēs vnitates arcem tenet vnitas trinitatis z post ipsaz est vnitas dignatiua que est in xp̄o: ergo videt q̄ post vnitatē diuine nature ista sit maxima. ¶ Ulteri⁹ videt q̄ vnio non differat ab assumptione: assumptio enī dicit quasi ad se sumptio: sz quicq̄d ad se sumit aliquo mō sumenti vnitur: ergo assumptio est idē qō vnio. ¶ Si dicat q̄ differūt: q̄z vniens est vnitū: sz assumens nō est assumptū. ¶ Cōtra vniens est agēs vnionē: sz nō omne agēs vnionē est vnitū: sicut patet de patre z spiritusancto: ergo illa differētia nulla est. ¶ Si dicat q̄ assumptio p̄cedat vnionē. Cōtra ante primū nō p̄t esse aliquod prius: sz in p̄mo instāti sue conceptionis fuit vnio in xp̄o: ergo assumptio nō precedit vnionē: z ita non videt q̄ differāt. ¶ Sed cōtra diuina natura dicit vnita humane nature nō aūt dicit assumpta: ergo assumptio z vnio differūt. ¶ R° dicēdū Ad p̄mā questionē q̄ vnio relatio quedam est: oīs aūt relatio fm p̄h̄m. v. Metha. fundat vel in p̄za quātitatē vel qō reducit ad gen⁹ quātitatis aut supza actionē vel passionē: vnū autē reducit ad gen⁹ quantitatis quasi principiū quātitatis discrete z supza ipsam fūdatur idētitas fm q̄ est vnū in substātia: equalitas fm q̄ est vnū in quātitate: similitudo fm q̄ est vnū in qualitate. vnitio autem est quedā actio vel passio que ex multis efficit aliquo modo vnū z hanc actionem sequit̄ ista relatio que est vnio. Relationū aūt harū q̄z illarū quedā innascūt ex motu vtriusq; z tūc oportz q̄ ille relationes sint realiter in vtroq; extremoꝝ sicut paternitas z huiusmodi: quedā aūt innascūt ex motu vni⁹ sine mutatione alteri⁹: qō accidit in his quoꝝ vnū depēdet ad alterū z nō ecōuerso: sicut scientia ad scitū: z in talib⁹ relatio est fm rem in eo qō dependet ad alterū. In altero vero est fm rōnē tātū cū igit̄ in incarnatione nō sit aliqua mutatio facta in natura diuina: sz in humana que tracta est ad vnitatē in persona dīna erit hec relatio: scilicet vnio fm rem in natura humana: in dīna aūt fm rationē tantū: fm qō dicit p̄h̄s in. v. Metha. q̄ aliqua sunt relatiua nō q̄z ipsa referūt: sed q̄z alia referūt ad ipsa vnde vnio fm rem creatura quedā est. ¶ Ad primuz ergo dicēdū q̄ vnio illa ē in deo fm rōnez tm̄ z nō fm rē. ¶ Ad secundū dicenduz q̄ vnio est relatio equiperātie in rebus creatis: sed nō in creatore z creatura: quia non eodē modo se habēt in vnione: sicut etiā similitudo nō ordinat in deo ad creaturā fm equiperātiā: sicut dicit Dionysius. v. ca. de diui. no. quāuis in alijs sit relatio equiperantie. ¶ Ad tertium dicendū q̄ vnio que de deo predicat nō est neq; creator neq; creatura: quia p̄out in ipso est nō est aliquid fm rem: sed fm rōnē tantū: nō tamē ratio falsa est: quia fūdat super relationē creature ad creatorē sicut etiam est de alijs relatiuis que ex tēpore de deo dicunt vt dōs z huiusmodi ¶ Ad secūdā questionē dicēdū q̄ vnio ista p̄t dupliciter cōsiderari: vel q̄ntū ad id in quo fit vnio: vel quātum ad ea que vniūt: si p̄mo mō cuz vnio fiat in persona dīna que est maxime vnū z simplicissimū: sic ē maxima vnio post vnionē essentie in trib⁹ p̄sonis: q̄uis enī p̄sona sit ita simplex et vnū sic essentia tm̄ q̄libet triū p̄sonarū ē idē re cū ipsa essentia in q̄ vniunt: nō aūt vtraq; nā in xp̄o ē idē re cū persona dīna q̄uis altera nā. s. dīna sit oīno idē re cū ipsa: z ita vnio p̄sonarū in vna essentia ē maior q̄ vnio nārū in vna p̄sona Si scōo mō sic nō ē maxima vnio: sz p̄ma cōsideratio ē vnionis fm se: q̄z fm id qō vnū ē: hec aūt ē cōsideratio vnionis nō fm q̄ vnio: z ideo dicēdū q̄ vnio ē maxia simplr q̄uis sit nō maxima fm q̄d. ¶ Et p hoc pz rūsio ad ea q̄ obijciūt

¶ Ad tertiã questionẽ dicendũ q̃ p̃ma differentia assumptionis ⁊ vnionis est q̃ assumptio est actio vl̃ passio: vnio autez est relatio tm̃ ẽ̃uis vnitio etiam sit actio. ¶ Secũda differẽtia est: q̃z assumptio dicit̃ per cõparationẽ ad terminũ a quo separat̃ vel accipit̃ f̃m q̃ vniẽdũ est: ꝫ vnio dicit̃ per cõparationẽ ad terminũ vel effectũ cõiũctionis qui est esse vnũ. Et inde sumit̃ tertia differẽtia q̃ vniens est vnitũ q̃z vnitũ significat̃ f̃m q̃ iam factũ est vnũ: assumptũ autez f̃m q̃ est in via ad hoc: ⁊ ideo assumens nõ est assumptum ¶ Quarta differentia est: q̃z assumptio determinat id ad qõ fit cõiũctio f̃m q̃ dicit̃ assumptio quasi ad se sumptio vnio aũt nõ: ⁊ ideo quicũq; facit cõiunctionẽ põt dici vnire: nõ aũt potest dici assumere nisi sibi coniungat. vñ pater vniuit humanã naturã cũ dĩna: nõ aũt assumpsit. ¶ Quinta differentia est: q̃ vnio quantũ est de se equaliter respicit vtrũq; extremoz̃: assumptio autez nõ: immo requirit esse fixum ⁊ stans in vno ad qõ aliud trahat̃: ⁊ inde est q̃ natura diuina põt dici vnita in persona humane nature nõ aũt põt dici assumpta. ¶ Ad primũ ergo dicendũ q̃ ẽ̃uis assumptio ordinet̃ ad vnionẽ: nõ tm̃ includit in sua significatione terminũ qui est fieri vnũ: sicut includitur in significatione vnionis. ¶ Ad secũdũ dicendũ q̃ hoc qõ dicitur q̃ vniens est vnitũ intelligendũ est de eo qõ est vniens sibi et in se: pater aũt nõ vniuit sibi nec dĩna natura vniuit in se: ꝫ in persona: nec humana natura signat̃ vt vnitũ in persona ꝫ homo: et ideo nec̃ pater est homo nec̃ dĩna natura est hũana. ¶ Ad tertiũ dicendũ q̃ ẽ̃uis in xp̃o assumptio nõ p̃cedat vnionẽ tpe: p̃cedit tm̃ natura ⁊ f̃m modũ intelligẽdi

Ad secũdũ sic procedit̃. videt̃ q̃ vnio sit facta in natura: qõ enim cõstat ex duab⁹ naturis videt̃ habere vnã naturã mediã inter illa sicut mixtũ qõ constat ex quattuoz elemẽtis: ꝫ xp̃s cõstat ex duabus naturis f̃m Augu. qui dicit q̃ ex vtraq; substãtia: scilicet diuina et humana est vn⁹ dei ⁊ hoĩs filius: ergo videt̃ habere vnam naturã ex vtrisq; compactaz. ¶ P̃ natura f̃m q̃ hic loquimur est vnũquodq; informãs specifica differẽtia: vt dicit Boe. in li. de duab⁹ naturis. ꝫ p̃s dicit q̃ semper vna differẽtia addita mutat speciẽ: sicut in numeris q̃libet vnitas addita facit nouã speciez numeri: ergo humana natura addita diuine facit nouã naturã f̃m speciẽ. ¶ Si dicat̃ q̃ nõ põt vna natura cõstitui ex duab⁹: q̃z oportz vtrãq; naturã seruari in incarnatione. ¶ Cõtra animã ⁊ corp⁹ cõstituũt humanã naturã: vtrũq; tamẽ scilicet corp⁹ ⁊ anima in trãsmutatũ permanet in sua nã: g̃ ex duab⁹ naturis potest tertia cõstitui vtraq; remanẽte salua. ¶ P̃ ꝓprietas sequitur naturã eius cui⁹ est ꝓprietas: sed ꝓprietates diuine nature dicunt̃ de illo hoĩe: dicit̃ enĩ q̃ ille homo creauit stellas: ⁊ ecõuerso dicit̃ q̃ fili⁹ dei est passus: ergo videt̃ q̃ aliquid diuine nature est in humana natura ⁊ aliquid humane sit in diuina: ⁊ sic videt̃ esse facta quedã cõiũctio naturarũ in vnã naturã. ¶ P̃ quãdo aliqua duo cõiũgũt̃: quozũ vnuz multũ superat alterũ: hoc qõ superat̃ transit in naturam superãtis: sicut si gutta vini i mille amphoras proijciat̃ aque sed natura diuina in infinitũ superat humanã: ergo humana natura cõiũcta dĩne tota conuertit̃ in diuinã. ¶ P̃ hoc videt̃ per hoc q̃ caro xp̃i dicit̃ deificata a sanctis: sicut Damasce. narrat. ¶ Sed ẽtra. Filiatio requirit similitudinẽ in natura: sed xp̃s dicit̃ filius dei patris ⁊ virginis matris ergo est similis in natura vtriq;: ꝫ virgo ⁊ de⁹ pater nõ cõmunicant in aliqua vna natura: ergo oportet xp̃m ponere duarũ naturarũ. ¶ P̃ Per ꝓprietates naturales in cognitionem nature deuenim⁹: sed in xp̃o inuenim⁹ ꝓprietates duarũ naturarũ vt humane ⁊ diuine: ergo oportz xp̃m duarũ naturarũ ponere. ¶ R° dicendũ q̃ ad hui⁹ questionis euidentiã oportz scire quid nomẽ nature significet. Natura aũt a nascendo nomen accepit que proprie dicit̃ generatio viuentiũ ex similib⁹ similia in specie producentiũ. vnde f̃m primã suã institutionẽ: natura signat generationẽ ipsaz viuentiũ scilicet natiuitatez. Itẽ translatũ est nomẽ nature ad signandũ p̃incipiũ actiuũ illius generationis: q̃z virtutes agẽtes ex actib⁹ nominari cõsueuerũt. Inde vlteri⁹ procedit nomẽ nature ad signãdũ p̃incipiũ actiuũ cuiuslibet motus naturalis: ⁊ vlterius ad signandũ etiaz p̃incipium materiale cuiuslibet generationis: ⁊ inde etiã ad signandũ p̃incipiũ formale qõ est terminus generationis: ꝫ q̃z non solum generatio terminat̃ ad formã: sed ad substantiã cõpositam: ideo translatũ est ad signandũ quãlibet substantiam f̃m q̃ dicit pĥs in. v. Metha. ⁊ ad signandum etiam quodlibet ens. sicut dicit Boe. in li. de dua. na. Substãtia aũt ꝑeter significationes quib⁹ forma vel materia dicitur substãtia dicit̃ duob⁹ modis. f̃m philosophũ. v. Metha. Uno mõ subiectũ ipsũ qõ dicit̃ hoc aliquid ⁊ de altero nõ predicat̃: vt hic homo f̃m q̃ substantia significat̃ nomine ypostasi: ⁊ f̃m hanc significationẽ substantia dicit̃ natura f̃m q̃ natura est qõ agere vel pati potest: vt dicit Boetius in predicto li. Alio modo dicit̃ substãtia qõ quid erat esse id est quidditas ⁊ essentia quã signat diffinitio cuiuslibet rei prout signat̃ nomine vse: ⁊ sic etiã substãtia dicit̃ natura f̃m q̃ Boetius dicit q̃ natura est vnũqõq; informans specifica differẽtia: q̃z vltima differẽtia est que diffinitio nẽ complet: relictis ergo oĩb⁹ alijs significationib⁹ nature f̃m hanc tantũ significationẽ queritur vtrũ in xp̃o sit vna natura vel plures: si aũt sit vna tantũ: vel altera earũ tantũ vel cõposita ex vtrisq;: si altera earũ tantuz. hoc erit dupliciter: vno modo nulla adiũctione intercuenĩẽte vni⁹ ad alteraz: ⁊ sic si sit diuina tantũ: nihil nomini accidit in hoc q̃ verbuz caro factũ est ⁊ incarnatio nihil est: si vo sit humana tantũ nõ differt xp̃s ab alijs hominibus ⁊ perit incarnatio. Alio modo altera naturarũz trãseũte in alterã: qõ nõ potest esse quia que nõ cõicant in materia non possunt in inuicẽ trãsire: diuina aũt natura penitus est ĩmaterialis necdũ vt cõmunicet humane in materia. ¶ P̃ si diuina natura transiret in humanã tolleret̃ simplicitas ⁊ ĩmutabilitas diuine nature: si vo humana verteret̃ in diuinam tolleret̃ veritas passionis ⁊ omniũ que corporaliter operat⁹ est xp̃s: si autẽ esset vna natura cõposita ex duabus hoc posset esse dupliciter. Uno modo q̃z tertia natura cõponeret̃ ex duab⁹ naturis nõ manẽtibus sicut ex quattuoz elemẽtis cõponit̃ mixtum: ⁊ f̃m hoc ponerẽt̃ dĩna natura passibilis ⁊ materialis: q̃z mixtio non est nisi eozũ que cõmunicãt in materia ⁊ natura sunt agere ⁊ pati ad idẽ: ⁊ tolleretur fides cõfitens xp̃m esse verũ deũ ⁊ verũ hoĩem. Alio modo q̃ cõponeret̃ ex duabus naturis manentibus ⁊ hoc dupliciter. vno mõ f̃m cõmassationẽ vel cõtinuationis vel contiguationis: et f̃m hoc ponerẽt̃ diuina natura corpozea: q̃z cõtinuatio et cõtactus corpozũ est: alio modo f̃m informationẽ: sicut ex aĩa ⁊ corpore fit vnũ: ⁊ hoc etiã nõ potest esse: q̃z per modũ istũ nõ fit vnũ ex duob⁹ actibus nec ex duab⁹ potẽtijs: sed ex actu ⁊ potẽtia f̃m philosophũ: diuina autẽ natura ⁊ humana: vtraq; est ens actu. ¶ P̃ dĩna natura non habet aliquid potẽtialitatis: nec põt esse actus veniens in compositionẽ alicui⁹: cũ sit esse primũ infinitũ per se subsistẽs. Patet igit̃ q̃ quocũq; modo ponat̃ vna natura in xp̃o sequit̃ error: ⁊ ideo Eutices qui hoc posuit hereticus cõdẽnatus est. ¶ Ad primũ ergo dicendũ q̃ aliquid cõstat ex duab⁹ naturis nõ tm̃ ex duab⁹ sicut mixtũ ex elementis: ⁊ in talib⁹ oportet q̃ sit media natura cõstituta ex duab⁹ nõ manentibus. Xp̃s aũt cõstat ex duab⁹ naturis: ita q̃ ex duab⁹ naturis saluatis subsistet: est enĩ nature dĩne ⁊ humane: ⁊ ideo ratio nõ sequit̃. ¶ Ad secundũ dicendũ q̃ sicut dicit Auicen. differẽtia noĩat totã naturã speciei. alꝫ nõ predicaret̃ de specie: ꝫ nõ noĩat ex toto: ꝫ ex parte scilicet formali principio: dicit̃ enĩ rõnale habens rationẽ: gen⁹ aũt econuerso noĩat totũ ex principio materiali. vnde differẽtia nõ addit̃ differẽtie per hoc q̃ natura addit̃ nature: ꝫ per hoc q̃ vlterius p̃incipiũ formale addit̃ ſic intellectiuũ supra sensitiuũ.

talis aũt additio non est in xpo.nõ enĩ vna natura addit̃ alteri sicut formal' respectu illi⁹ vt dictũ est. ℂ Ad tertiũ dicẽdũ q aĩa ⁊ corp⁹ fm q sunt partes hois ꝓprie loquẽdo nõ sunt due nature ꝓut in ꝓposito de natura loq̃mur:ſz vtrũq; est ps nature:alterũ sicut forma:alterũ aũt sicut materia: vñ nõ est instãtia. ℂ Ad q̃rtũ dicendũ q ꝓprietates humane nature nunq; dicunt̃ de diuina:nec ecõuerso nisi fm q̃ndã pticipationẽ:ſz dicunt̃ vtreq; de hñte naturã vel humanaz vel diuinã q̃ significat̃ hoc nõe de⁹:⁊ h̃ nõie hõ.idẽ enĩ est q̃ vtraſq; naturas hz. ℂ Ad q̃ntũ dicendũ q rõ ista ꝓcedit in illis q̃ cõicant in materia:⁊ agũt ⁊ patiunt̃ ad inuicẽ.⁊ iõ nõ est ad ꝓpositũ. ℂ Ad sextũ dicendũ q caro dicit̃ deifica ta:nõ q⁹ sit facta ipa diuinitas:ſz q⁹ facta est dei caro.⁊ etiã q⁹ abũdanti⁹ dona diuinitat' pticipat ex hoc q est vnita diuinitati.⁊ q⁹ est q̃si instrumentũ p qõ diuina virt⁹ salutem nostrã opat̃.tangẽdo enĩ leprosum carne sanauit p diuinitatis virtutẽ:⁊ moriẽdo carne mortẽ vicit p virtutẽ diuinitatis.virt⁹ autẽ agẽtis aliquo modo est in instrumẽto quo mediante aliquid agit.

Ad tertiũ sic procedit̃.videt̃ q in xpo nõ sit vna tñ ꝓsona:⁊ sic nõ sit vnio facta in ꝓsona.nulla enĩ natura inuenit̃ sine illis q̃ p se ꝺsequunt̃ ad naturã illã. ſz ꝓsonalitas p se cõsequit̃ naturã humanã ⁊ filr diuinã:ergo vtraq; natura tenet suã ꝓsonalitatẽ. ℂ P̃ natura humana est dignior in xpo q̃ in petro.ſz ꝓsonalitas ad dignitatẽ ptinet:vñ in substãtijs ignobilib⁹ non inuenit̃ ꝓsona.ergo sicut humanitas petri habet suã ꝓsonalitatẽ: ita ⁊ humanitas xpi. ℂ P̃ in ꝓsona nõ videt̃ aliquid eẽ nisi natura ⁊ distinguẽtia suppositũ nature ab alijs suppositis.ſz nature in xpo sunt diuerse ⁊ distincta.diuersa q⁹ p relationes eternas distinguit̃ a pre ⁊ spũ scõ.p diuisionẽ aũt materie ⁊ accidẽtia distinguunt̃ ab alijs hoĩb⁹:ergo est ibi duplex ꝓsonalitas. ℂ P̃ maior est ꝺueniẽtia in ꝓsona q̃ in genere vel specie:q⁹ illa est in aliquo q̃ fm rem vnũ est.hoc aũt ẽ fm rationẽ vnũ.ſz ꝓpter maximã distantiã nature diuine ⁊ humane nõ põt eẽ earũ ꝺueniẽtia in genere vel in specie:ergo multo min⁹ pñt ꝺuenire in vna ꝓsona. ℂ P̃ phs dicit in.v. metha.q ad diuersitatẽ in genere sequit̃ diuersitas in specie:⁊ ad hãc diuersitas fm numerũ.ſz in xpo inuenit̃ diuersitas fm speciẽ:q⁹ sunt diuerse nature fm illã acceptionẽ q̃ natura dicit̃ vnũquodq; infozmãs specifica differentia: ergo etiã fm numerũ differẽtia inuenit̃.ſz vbi est eadẽ ꝓsona est idẽ fm numerũ:ergo in xpo nõ est vna ꝓsona. ℂ P̃ non est minor affinitas nature ad ꝓsonã q̃ forme ad materiã.ſz fm diuersitatẽ formarũ est diuersitas materie:q⁹ ꝓpri⁹ act⁹ fit in ꝓpria materia: ergo fm diuersitatẽ naturarũ est etiaz diuersitas in ꝓsona.⁊ sic idẽ qõ pri⁹. ℂ Sz ꝓtra.Ea q̃ fm p̃ sonã differũt:⁊ qõ dicit̃ de vno nõ dicit̃ de altero.sed ea q̃ sunt dei in scripturis attribuũt̃ hoĩ.P̃s.Hõ nat⁹ est ĩ ea ⁊ ip.fun.e.al.Et q̃ sunt hois attribuũt̃ deo.j.Lozr.ij. Nunq; dñm glie crucifixissent.ergo de⁹ ⁊ hõ conueniũt in ꝓsona. ℂ P̃ qõ attribuit̃ filio ⁊ nõ patri ꝺuenit ei fm id in quo a pre distinguit̃.ſz vnio passiue accepta ꝺuenit filio ⁊ nõ pri ergo ꝺuenit ei fm id in quo a pre distinguit̃.sed hoc est in ꝓsona:ergo vnio facta est in ꝓsona. ℂ P̃ ad hoc q fiat redẽptio humani generis oportet q sit agens satisfactionẽ vn⁹ deus q̃ põt: ⁊ hõ q̃ debet: vt pz ex dictis in.j.di.ſz nullo mõ due ꝓsone pñt eẽ vnũ agens: ergo si sunt due ꝓsone nondũ facta est satisfactio:⁊ ita adhuc sum⁹ in seruitute pcti:qõ est ꝺtra sacrã scripturã noui testamẽti. ℂ R⁹ dicendũ q Nestoriꝰ q̃ ponit duas in xpo ꝓsonas ex hoc decep⁹ fuit vt dicit Boe.q⁹ credidit idẽ eẽ ꝓsonã ⁊ naturã:vñ credidit q cũ sint due nature in xpo q sint due ꝓsone.⁊ ex eodẽ fonte processit error Eutycis:qui cũ audiuit vnã ꝓsonã in xpo estimauit vnã naturã.⁊ ex eodẽ fonte cõtra trinitatẽ ꝓcessit error Arrij ⁊ Sabellij. ℂ Sciendũ est ergo q in quibusdã differunt natura ⁊ ꝓsona fm rem: in quibusdam vo fm rationẽ tñ.natura enĩ fm q h̃ loq̃mur est quidditas rei quã signat sua diffinitio.ꝓsona aũt est hoc aliq̃d qõ subsistit in natura illa.in simplicib⁹ aũt q̃ carẽt materia:vt dicit Auicẽ.ipsum simplex est sua quidditas.q̃ddita vo cõpositi non est ipm cõpositũ.humanitas enĩ non est hõ:cui⁹ rõ est q⁹ in significatione humanitatis siue q̃ddit̃is siue nature ꝺtinent̃ tñ eẽntialia ꝓncipia hois fm q hõ est.nõ aũt ea q̃ ptinẽt ad determinationẽ materie p quã natura indiuiduat̃ q̃ tñ cõtinent̃ in significatione sortis:q⁹ p ea sortes est h̃ ⁊ diuisus ab alijs.⁊ iõ q⁹ humanitas nõ includit in sua significatiõe totũ qõ est in re subsistẽte in natura:cũ sit q̃si ps nõ ꝑdicab̃. ⁊ q⁹ non subsistit nisi qõ est cõpositũ:⁊ ps habeb̃ a suo toto ideo aĩa nõ subsistit ſz sortes:⁊ ipse est hñs humanitatẽ.hõ aũt signat vtrũq; ⁊ eẽntialia ⁊ indiuiduãtia:ſz diuersimode q⁹ signat eẽntialia determinate.indiuiduantia vo indeterminate hec vel illa.⁊ ideo hõ cũ sit totũ põt ꝑdicari de sorte ⁊ dicit̃ hñs humanitatẽ.sed q⁹ eẽ indistinctũ est incõpletũ q̃si ens in potẽtia:ideo hõ nõ subsistit.ſz h̃ hõ cui ꝺuenit rõ ꝓsone.est ergo rõ ꝓsone q sit subsistẽs distinctũ ⁊ oĩa cõprehẽdens q̃ in re sunt.natura autẽ eẽntialia tñ cõprehẽdit.in simplicib⁹ aũt nõ differt re natura ⁊ ꝓsona:q⁹ natura nõ recipit̃ in aliq̃ materia p quã indiuidue:ſz est p se subsistẽs. tñ inq̃ntũ ꝺsiderant̃ eẽntialia rei sic dicim⁹ ibi naturã.inq̃ntũ aũt inuenit̃ ibi aliq̃d subsistens:sic dicim⁹ ibi ꝓsonã. patet igit̃ q exquo de rõne ꝓsone est q cõprehẽdit oĩa q̃ in re sunt si aliq̃d est extra illud qõ cõprehẽdit ꝓsona hoc non est vnitũ rei nisi forte fm similitudinẽ in genere vl in specie vl accidẽte.⁊ ideo vt Boe.dicit in li.de du.na.si nõ est vna ꝓsona in xpo:nulla vnio facta est diuinitatis ⁊ humanitatis nisi fm similitudinẽ gre:qõ etiã Nestoriꝰ posuit.⁊ hoc nõ est nouũ:nec xpo ꝓpriũ:neq; p eũ redẽptio fieri potuisset: nec ipse eẽt ver⁹ deus:ſz p pticipationẽ sicut alij scĩ.vñ simplicitẽ est ꝺcedendũ in xpo eẽ vnã ꝓsonã. ℂ Ad primũ ergo dicẽdũ q humana natura in xpo nõ est sine ꝓsonalitate:ſz est in ꝓsona vna verbi cũ natura diuina. ℂ Ad secundũ dicendũ q ex hoc natura xpi maxime nobilit̃ est qõ est in ꝓsona diuina ℂ Ad tertiũ dicẽdũ q de rõne ꝓsone est q cõprehẽdat oĩa eẽntialia ⁊ ꝓprietates indiuiduãtes simul ꝺiũctoꝝ.vñ non sequit̃ q⁹ si sint due nature ⁊ diuerse ꝓprietates q⁹ sint diuerse ꝓsone.Si enĩ eẽnt nature cũ suis ꝓprietatib⁹ seorsum posite:vtrumq; eẽt totalitas quã req̃rit rõ ꝓsone.nõ est autẽ vna totalitas q̃si ꝺiũgunt̃:⁊ ideo est vna ꝓsona. ℂ Ad q̃rtũ dicendũ q ea q̃ differũt genere vel specie differunt numero eẽntie vel nature:nõ autẽ oportet q⁹ differũt numero suppositi vel subiecti:q⁹ ea q̃ fm se ꝺsiderata diuersoꝝ sunt generũ vel specierũ:in vnũ suppositũ vel subiectũ ogregari pñt:sicut caro ⁊ os ad ꝺstituendũ corp⁹.⁊ albedo ⁊ longitudo in eodẽ subiecto sunt.⁊ filr quãuis diuina natura ⁊ humana differãt plus q̃ specie vel genẽ:in vnã tñ ꝓsonã vniri pñt. ℂ Ad q̃ntũ dicẽdũ q sicut dicit Boe.spẽs est totũ esse indiuiduoꝝ.⁊ etiã gen⁹ aliquo mõ vt dicit Auicẽ.fm q⁹ indistincte signat totũ.⁊ q⁹ natura humana nõ cõprehẽdit totũ eẽ xpi:ideo nõ hz in xpo naturã spẽi.⁊ iõ nõ sequit̃ q⁹ in xpo sint diuersi spẽs.vel dicẽdũ q illud phs est intelligẽdũ q̃ nature diuersoꝝ generũ nõ ꝺiũgunt̃.accidẽs enĩ ⁊ subiectũ q⁹ ꝺiũgunt̃ quãuis sint diuersa genere nõ faciũt numerũ. ℂ Ad sextũ dicendũ q forma aduinat̃ materie informãdo eã.⁊ iõ oportet q⁹ ad diuersas formas diuerse sint materie disposite.sed ad rationẽ ꝓsone req̃rit̃ tñ aduinatio q̃ põt esse etiã q̃ntũcunq; diuersoꝝ:⁊ iõ nõ oportet q⁹ diuerse nature habeant diuersas ꝓsonas.

Questio secũda.

Deinde q̃rit̃ de assumẽte.Et circa h̃ q̃runt̃ tria. Primo vtrũ assumere ꝺueniat diuine ꝓsone. Secundo vtrũ nature. Tertio vtrũ nature remota ꝓsona.

Ad primũ sic ꝓcedit̃.videt̃ q ꝓsone nõ ꝺueniat assumere.sicut enĩ dictũ est ꝓsona signat aliq̃d cõpletũ ⁊ totũ.ſz vltima cõpletione cõpleto nõ põt fieri additio:ergo ꝓsona nõ põt ad se aliq̃d assumere. ℂ P̃ qõ assumit̃ ad pticipationẽ alicui⁹ aliquo modo cõicat illud.ſz de

ratione persone est omnimoda incõicabilitas: ergo nõ põt
psona assumere ad se aliq̃d in pticipationẽ sui. ℂ ℙ psona
inq̃ntũ supponit nature habet aliquã silitudinẽ materie si
cut natura habet silitudinẽ forme: ſz mag⁹ elõgat a pfectõe
materia q̃ forma q̃ est pars rei. si ergo natura diuina ꝓpter
sui pfectionẽ nõ põt eẽ forma alicui⁹ rei: multo min⁹ psona
diuina poterit eẽ psona alicui⁹ alteri⁹ nature. ergo nõ põt
psona naturã assumere. ℂ ℙ plus repugnat simplicitati di
uersitas nature ⁊ psone q̃ diuersitas subiecti ⁊ accidentis:
qz in substantijs simplicib⁹ creatis nõ differt fm Auicẽ. p
sona a natura fm rem: quãuis in eis differat accidẽs a sub
stantia. sed persona diuina verbi nõ põt distingui ꝓpter
suã simplicitatẽ ꝓprietate q̃ nõ sit qõ ipsa: nec põt eẽ subie
ctũ alicui⁹ accidentis: ergo multo min⁹ põt eẽ suppositũ ex
tranee nature. ℂ Sed contra Jo. j. Uerbũ caro factũ est. id
est hõ fact⁹ est: sed nõ nisi p assumptionẽ. cũ ergo verbũ sit
nomen personale: oportet dicere q̃ psona assumat. ℂ ℙ as
sumptio terminat ad vnionẽ. vnio aũt in psona est: vt ꝓba
tũ est in solutione articuli precedẽtis: ergo psona assumẽs
est: cũ assumptio vt dictũ est dicat terminũ in quo fit vnio.
ℂ ℟° dicendũ q̃ sicut dictũ est: psona requirit completio
nẽ. in diũctione aũt aliquoz aliq̃ ita est q̃ vtrũq̃ incõple
tũ est sicut patet in vnione materie ⁊ forme: quoz vtrũq̃ nõ
habet esse cõpletũ. ⁊ in mixtione q̃ vtrũq̃ mixtoz partim
corrũpit. vñ in talib⁹ hec cõpletio quã req̃rit psona neutri
debet: ſz cõposito. aliq̃ aũt vnũ preexistit in se completũ: ⁊
aliud addit ei ⁊ cõplet p cõpletionẽ ei⁹ sicut cibus q̃ adiũ
git homini iam cõpleto. vñ cõpletio psonal nõ debet cibo
sed homini. ⁊ hoc ꝓprie dicit assumi qõ sic in psonalitatẽ
alteri⁹ trahit. cũ igit diuina natura ⁊ humana q̃ diungunt
nõ se habeant eq̃liter ad pfectionẽ: sed diuina natura cõple
tionẽ habeat personalẽ in quo differt a forma: ⁊ in ea incoz
rupta pmaneat: in quo differt ab his q̃ miscent: oportet si
debeat fieri diũctio q̃ humana natura trahat ad diuinam
psonã virtute diuina: als eẽnt due psone ⁊ nulla diũctio. et
ita cõcedendũ est q̃ persona assumit. ℂ Ad primũ ergo di
cẽdũ q̃ psona nõ recipit additionẽ distinguentiũ ipsam et
cõplentiũ in eẽ psone fm q̃ cõpleta eẽ dicit. ſz alioz q̃ perso
nalitatem nõ causant nõ est incõueniens vt additionẽ reci
piat. sicut Socrates recipit additionẽ sciẽtie nutrimẽti ⁊ huius
modi: ⁊ tñ hec nõ indiuiduant ipsum: ita etiã natura huma
na q̃ addit diuine psone nõ causat psonalitatẽ in ipsa: ſz ad
psonalitatẽ ei⁹ preexistentẽ trahit. ℂ Ad secundũ dicẽdũ
q̃ triplex incõicabilitas est de rõne psone. ſ. particular fm
q̃ est cõpletũ: ⁊ vniuersal fm q̃ est subsistens: ⁊ assumptibi
lis fm q̃ id qõ assumit trãsit in psonalitatẽ alteri⁹: ⁊ nõ ha
bet psonalitatẽ ꝓpriã. nõ est aũt otra rationẽ psone cõica
bilitas assumẽtis. ℂ Ad tertiũ dicẽdũ q̃ psona diuina nõ
supponit humane nature q̃si sub ea posita sicut forma sub
materia: ſz q̃si subsistẽs in ea inq̃ntũ habet eam sibi vnitam:
vñ nõ habet silitudinẽ materie. ℂ Ad q̃rtũ dicendũ q̃ sub
iectũ subicit accidẽti qõ diuine psone conuenire nõ põt: cum
nõ habeat aliq̃d potẽtialitatis. sed nõ dicit supponi huma
ne nature quasi ei subiciat: vt dictũ est.

Ad secundũ sic ꝓcedit. videt q̃ nature nõ conueniat
assumere. quod enĩ conuenit nature diuine cõe est tri
bus psonis. ſz assumere nõ conuenit patri ⁊ spũi scõ:
ergo nec diuine nature. ℂ ℙ actus psonales nõ dicunt de
natura sicut generare: vt dictũ est. v. di. j. li. ſz assumere ꝓ
prie cõuenit psone: ergo natura nõ assumit. ℂ ℙ verbũ fm
hoc q̃ carnẽ assumpsit dicit caro factũ. ſz natura diuina nõ
dicit caro facta: ergo natura diuina nõ assumpsit. ℂ ℙ ra
tione assumptionis fit cõicatio idiomatũ vt dicit Damas. ſz
ea q̃ sunt nature humane nõ dicunt de diuina. nõ enĩ dicit
passa vel mortua: ergo ei⁹ nõ est assumere. ℂ ℙ assumẽ est
ad se sumere. ſz diuina natura nõ traxit naturã humanã ad
se: qz nõ est vnio facta in nã diuina: ergo diuina nã nõ põt
dici assumere. Sed otra sunt auctoritates q̃ iacẽt in littera.

ℂ ℙ in xp̃o quicq̃d ẽ vnitũ põt dici assumẽs vel assumptũ
ſz diuina natura est vnita humane: ergo cũ nõ sit assumpta
debet dici assumẽs. ℂ ℟° dicendũ q̃ assumere dicitur tri
pliciter. Uno modo cõiter ꝓ sumere: ⁊ sic tota trinitas as
sumpsit humanã naturã filio. Secũdo dicit ꝓprie q̃si ad se
sumere vt sibi quocũq̃ modo vniat: ⁊ hoc modo natura di
uina in psona filij assumpsit humanã naturã. Tertio dicit
ꝓpriissime q̃si ad se ⁊ in se sumẽ: ⁊ sic cõuenit tñ psone in q̃
facta est vnio. ℂ Ad primũ ergo dicendũ q̃ hoc verũ est de
bis q̃ conueniũt nature fm se: ⁊ nõ rõne psone hui⁹ vel illi⁹ si
cut assumere. ℂ Ad secundũ dicẽdũ q̃ assumere tertio mõ
dictũ est ꝓpriũ psone: ⁊ sic nõ conuenit nature. ℂ Ad tertiũ
dicendũ q̃ natura diuina assumit humanã: ⁊ vnit ei: nõ tñ
in noie nature importat suppositũ sicut in hoc noie de⁹ vel
verbũ. ⁊ ideo dicit deus vel verbũ caro. i. hõ factũ: nõ p trãs
mutationẽ nature: ſz p vnionẽ in supposito. nõ aũt põt dici
de natura diuina. ℂ Ad q̃rtũ dicẽdũ q̃ cõicatio idiomatũ
fit rõne vnionis in supposito. ⁊ qz suppositũ non importat
noie nature: sicut hoc noie de⁹ vel fili⁹: ideo non põt dici na
tura passa sicut de⁹ passus. dicit tñ natura incarnata: qz p hẽ
nõ importat aliq̃ ꝓprietas humane nature: ſz sola vnio ad
ipsam. ℂ Ad quintũ dicẽdũ q̃ natura diuina sumit huma
nã ad se. i. vt sibi vniat: nõ tñ vt in se vnio fiat:

Ad tertiũ sic ꝓcedit. videt q̃ natura circũscriptis p
sonis assumere non possit. Natura enĩ sine suppositis est nuda intẽplatione tñ. sed qõ est tñ in otẽplatione nõ hz esse: ⁊ qõ nõ est nõ agit: ergo nã sine psonis assumẽ nõ posset. ℂ ℙ fm phm actiones sunt indiuiduoz si ue suppositoz. ſz assumẽ ẽ actio q̃dã. cũ igit supposita diui
ne nature sint ipse persone: videt q̃ natura sine psonis assu
mere nõ possit. ℂ ℙ fili⁹ ex hoc q̃ assumit dicit mitti. ſz si
nõ eẽnt persone distincte nõ remaneret ratio missionis: qz
mittit q̃ ab alio est fm Aug. ergo sine psonis distinctis nõ
posset esse assumptio. ℂ ℙ assumptio oportet q̃ terminet
ad aliquã vnionẽ. sed circũscriptis psonis nõ remaneret in
quo fieret vnio: qz in natura nõ põt fieri: ergo natura non
potest sine personis assumere. ℂ Sed otra. Angelus Lu. j.
ꝓbauit incarnationẽ p dei omnipotentiã: qz nõ est impos
sibile apud deũ omne verbũ. sed circũscripti psonis adhuc
in essentia remaneret omnipotentia: ergo adhuc in essentia
poterat fieri assumptio. ℂ ℙ Damas. dicit in ꝓncipio tertij
libri q̃ ꝓpter philontrophiã. i. amorẽ hominũ fili⁹ dei na
turã accepit. sed circũscriptis personis adhuc conueniret deo
suam creaturã diligere: ergo adhuc poterit esse assumptio.
ℂ ℟° dicendũ q̃ circũscriptio persone a natura diuina po
test dupliciter intelligi. Uno modo q̃ circũscribat omnis
ratio personalitatis. ⁊ sic ipsa natura nec̃ erit subsistens in
se: nec̃ erit in aliquo subsistente. ⁊ sic nõ habebit esse in re:
sed in intellectu. ⁊ sic nõ cõuenit ei nec̃ assumere nec̃ ali
quid agere. Alio modo potest intelligi q̃ circumscribatur
persone distincte quas fides ponit. eis autẽ circumscriptis
adhuc remaneret diuina natura subsistens: sicut deũ intelli
gunt qui nõ habẽt fidẽ trinitatis sine hoc q̃ intelligant ibi
patrẽ vt filiũ vel spiritũ scũ. vñ adduc remanebit ibi perso
nalitas aliqua. ⁊ fm hoc homo procedit de circũscriptione
personarũ distinctarũ quas fides supponit. ⁊ hoc modo di
cendũ q̃ circumscriptis personis adhuc diuine nature con
ueniet assumere. ℂ Ad primũ ergo secundũ ⁊ quartũ patet
solutio: quia ꝓcedunt fm primũ intellectũ. ℂ Ad tertiũ di
cendũ q̃ missio nõ est de necessitate incarnationis simpli
citer: sed de necessitate incarnatiõis filij. vnde supra distin
ctione prima magister dicit q̃ pater potuit incarnari: qui
tamen non potest mitti.

Questio Tertia.

Deinde queritur de assumpto: Et circa hoc quertun
tur tria. Primo vtrũ natura humana sit assumpta.
Secundo vtrum anima sit persona. Tertio vtrum
persona hominis sit assumpta.

Ad primū sic proceditur. videtur q̄ humana natura nō sit assumpta: quia fm Boe. natura, aut hic loquimur de ea: est vnūquodq̄ informans specifica differētia. sed differētia specifica est naturā nudam significans: nō enī significat eam vt in aliquo. cū ergo fm Damas. nō assumpserit de⁹ naturā que nuda est in cōtēplatione: videtur q̄ nō assumpsit naturā. ℂ P quod assumitur oportet preexistere. sz humana natura nō preexistit vnioni quia simul fuit caro ⁊ dei verbi caro: ergo natura non assumit'. ℂ P natura est idem qđ essentia. sed nō potest dici q̄ eēntiam assumpserit: qz essentia dicit' ab essendo. esse autē persone est quā nō assumpsit: ergo nec naturā assumpsit. ℂ P natura humana est ipsa humanitas. sed humanitas nō potest eē sine homine: cū igit' id quod assumptū est nō fuerit homo: vt dicit' in lra: videt' q̄ nec humanitas: ⁊ ita nec humana natura. ℂ P assumptio terminat' ad vnionē. sed humana natura nō est vnita: quia vniens est vnitū. natura aūt humana nō est fili⁹ dei: ergo natura humana nō est assumpta. ℂ Sed contra Aug. in de fide ad petrū Deus humanā naturā in vnitatē persone accepit. ℂ P deus p assumptionē fit homo. sed nō est homo in quo sit humana natura: ergo de⁹ humanā naturā assumpsit. ℂ P Philip. ij. formaz serui accipiens. i. naturā. ℂ R° dicendū q̄ quicūq̄ ꝛ fitet incarnationē ponit humanā naturam assumptā. ⁊ quāuis fm omnes modos quib⁹ dicit' natura superi⁹ positos possit dici natura assumpta nō oportet discurrere p singula cū naturā oēs intelligūt qui dicūt naturā humanā assumptaz fm q̄ natura significat quidditatē. ℂ Ad primū ergo dicēdū q̄ sicut genus est quedā intentio quā intellect⁹ ponit circa formā intellectā: ita etiam differētia ⁊ oīa que significāt secūdas intentiones. tñ huic intentioni intellecte respōdet natura quedaz que est in particularib⁹ quāuis fm q̄ est in particularibus nō habeat rationē generis vel spēi. fm hoc dico q̄ Boe. nō intēdit dicere q̄ differētia fm q̄ accidit ei intentio differentie sit natura: sed quantū ad id quod est in re ipsa. s. quidditas rei quā differētia complet. ℂ Ad secūdū dicendū q̄ quāuis nō preexistat tempore preexistit tñ fm modū intelligēdi: ⁊ hoc sufficit. ℂ Ad tertiū dicēdū q̄ eēntia nō habet se ad eē sicut consequēs ipsum: sed sicut id p quod est eē sicut ⁊ natura. vñ silr cōcedo q̄ assumpsit eēntiam sicut assumpsit naturā quāuis nō assumpserit suppositū. ℂ Ad quartū dicendū q̄ quāuis humanitas non sit sine boīe: tñ est prius naturaliter q̄ homo: quia p eam dicit' aliquis eē homo: vnde est eadē ratio sicut de eēntia. ℂ Ad quintū dicendū q̄ quāuis natura humana nō sit vnita. i. facta vnū simpliciter cū diuina: est tñ ei vnita in aliquo id est in persona.

Ad secundum sic proceditur. videtur q̄ anima separata sit persona. persona enim fm Boetium est rationalis nature indiuidua substantia. sed hoc conuenit anime non separate: ergo est persona. ℂ P propter quod vnūquodq̄ tale ⁊ illud magis. sed homo dicit' psona propter animā: vnde que carent anima nō dicunt' psone: ergo anima separata est psona. ℂ P obiect' q̄ aīa rōnal' est hoc aliquid: sz hoc aliqđ in natura rōnali est persona: ergo aīa separata est psona. ℂ P angelus ⁊ aīa separata non vident' differre nisi p hoc q̄ aīa est vnibil'. sz vnibilitas nō impedit rationē psone: ergo cū angelus sit psona etiā aīa separata erit persona. probatio medie. id qđ pōt fieri p diuinā virtutē non īmutat aliqđ de rōne rei: sicut q̄ de⁹ possit assumere aliquē hominē vt petrū nō aufert petro rationē psonalitatis. Sz aīa separata nō pōt vniri corpori nisi p resurrectionē q̄ nō erit natural': sed p diuinā virtutē tñ: ergo aīa propter vnibilitatē rationē psone nō amittit. ℂ P sola vnibilitas qua aliqđ potest vniri nobiliori tollit rationē psone: alīs verbū nō haberet ab eterno rationē psone. sz vnibilitas q̄ est in aīa separata nō est respectu alicui⁹ dignioris imo mi⁹ nobilis: ergo propter hoc nō perdit rationē psone. ℂ Sed ctra. nulla forma est psona. sed aīa est forma: ergo nō est psona. ℂ P psona habet rationē completi ⁊ toti⁹. sed aīa est pars: ergo aīa nō habet rationē persone. ℂ R° dicendū q̄ de vnione aīe ad corp⁹ apud antiquos duplex fuit opinio. Una q̄ aīa vnitur corpori sicut ens completū enti cōpleto: vt eēt in corpore sicut nauta in nauī. vñ sicut dicit Hzego. nice. plato posuit q̄ hō nō est aliqđ ꝯstitutū ex corpore ⁊ aīa: sed est aīa corpore induta. ⁊ fm hoc tota psonalitas hois cōsisteret in aīa adeo q̄ aīa separata possz dici hō vere: vt dicit Hu. de san. vi. ⁊ fm hāc opinionē eēt verū quod magister dicit q̄ aīa est psona qñ est separata. sed hec opinio nō potest stare qz sic corpus aīe accidentaliter aduenire. vñ hoc nomē hō de cuius intellectu est aīa ⁊ corpus nō significaret vnū p se sed p accidens: ⁊ ita nō eēt in genere substantie. Alia est opinio Aristotelis quā oēs moderni sequunt': q̄ aīa vnitur corpori sicut forma materie. vñ aīa est pars humane nature: ⁊ nō natura quedā p se. ⁊ qz rō partis ꝯtrariat' rōni psone vt dictū est: ideo aīa separata nō pōt dici psona: qz quāuis separata nō sit pars actu: tñ habet naturā vt sit pars. ℂ Ad primū ergo dicendū q̄ aīa separata ꝓprie loquēdo nō est substātia alicui⁹ nature: sed est pars nature. ℂ Ad secundū dicendū q̄ nō tñ ab aīa habet hō q̄ sit psona: sed ex ea ⁊ corpore: cū ex vtrisq̄ subsistat. ℂ Ad tertiū dicēdū q̄ aīa rōnal' dicit' hoc aliqđ p modū quo eē subsistens est hoc aliqđ etiā si habeat naturā partis. sed ad rationē psone exigit' vlteri⁹ q̄ sit totū ⁊ completū. ℂ Ad quartū dicendum q̄ quāuis vnio aīe se parate ad carnē nō possit fieri nisi p virtutē supnaturalem: tñ in ea est natural' aptitudo ad hoc. ⁊ q̄ nō pōt vnio cōpleri p virtutē naturalez est ex defectu corporis: nō ex defectu aīe. ℂ Ad quintū dicendū q̄ quāuis aīa sit dignior corpore: tñ vnit' ei vt pars toti⁹ hois: qō quodāmodo est dignior aīa inquantū est cōpletius.

Ad tertiū sic ꝓcedit'. videt' q̄ psona hois sit assumpta. Dama. enī dicit q̄ deus assumpsit humanā naturā in athamo. i. in indiuiduo. sed humana natura in indiuiduo est natura in psona: ergo assumpsit naturā in psona. ℂ P xp̄s nō est simil' matri nisi in hoc quod accepit a matre: sed est simil' matri quantū ad personā. vñ dicit Cassianus in libro ctra Nestoriū q̄ xp̄s ꝓpter psonarū diuersitatē reddidit vtriq̄ parenti filitudinē. s. patri ⁊ matri: ergo assumpsit personā. ℂ P ponatur q̄ xp̄s deponat hoc quod assumpsit ꝯstat q̄ iesus erit quidē hō ⁊ psona: sed ex separatione nihil acquisitū est ei quod prius nō haberet: nec habuit aliquid ex parte humanitatis nisi assumptū: ergo assumpsit personā. ℂ P nō ꝯsumit' nisi quod est. sz dicit Innocēti⁹ quart⁹ in decre. q̄ psona ꝯsumpsit psonā: ergo natura humana habuit psonalitatē ꝓpriā: sed nō ante assumptionē: quia nō fuit ante: ergo in ipsa assumptione habuit psonalitatē ꝓpriā: ergo psona fuit assumpta. ℂ Sed contra. Augu. dicit q̄ verbū nō accepit psonā hois sed naturā. ℂ P quod assumit' aliquo modo vnit'. sed psona nō vnit' psone: qz sic essent due persone: quod eē nō potest: vt supra dictū est. vel vna cōposita ex duab⁹: quod etiā est impossibile: cū psona pars eē nō possit: ergo psona nō ē assumpta: ℂ R° dicēdū q̄ sicut supra dictū est: assumēs nō est assumptū. vñ si psona dei assumpsisset psonā hois: psona dei non eēt psona hois: ⁊ sic eēnt due persone: quod est hereticū. vñ nō concedit' q̄ psona fit assumpta: ⁊ etiā quod assumit' trahit' ad aliqō cōpleti⁹ ipm incōpletū existēs: vt p; ex ꝓdict. ⁊ hoc est ctra rationē persone q̄ maximā cōpletionē importat. ℂ Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ humana natura nō preexistit ante vnionē. sz postq̄ vnita est fuit in athomo vel psona verbi. ℂ Ad secundū dicendū q̄ b̄ quod dicit ꝓ psonarū diuersitate nō est referēdū ad xp̄m sed ad parētes: qz diuersa sunt psona p̄ris ⁊ matris ei⁹. ℂ Ad tertiū dicēdū q̄ separatio dat vtriq̄ partiū totalitatē: ⁊ in cōtinuis dat etiā vtriq̄ esse in actu: vñ supposito q̄ hominē deponeret subsistēt hō ille p se in nā rōnali: ⁊ ex hoc ipso acciperet rationē persone.

¶ Ad secundū sic procedit. videt q̄ in xp̄o nō sit tantū vnū esse: omnis enī forma substātialis dat esse: sed anima est forma substātialis: ergo dat esse: sed nō dat esse diuine persone: q2 hoc est eternū: ergo dat aliud eē ergo in xp̄o nō tantū vnū esse. ¶ P̄ vnum est esse filij dei & patris: si ergo vnū est esse hui9 hois & filij dei: vnuz erit esse huius hois & dei patris: sed nulla est maior vnio q̄ ea que est aliquorū fm esse vnū: ergo humanitas est vnita deo patri. ¶ P̄ in diuinis non est esse nisi essentiale: si ergo vnio humane nature ad diuinā facta est in esse filij dei facta est in essentia q̄ est impossibile. ¶ P̄ diffinitio est oratio indicans quid est esse: ſz homo fm eandē diffinitionē predicatur de xp̄o & de petro: ergo est idē esse humanitatis illi9 hois cū esse petri fm speciē: ſz esse filij dei nō ē idez spē cum esse petri: ergo in xp̄o nō est tantū vnū esse. ¶ P̄ de quocūq̄ respōderi pōt ad questionē factā per An est habet p2ozium esse: ſz hec questio fit nō tātū de persona: ſz etiam de natura: ergo esse nō tātū est persone: sed etiā nature: in xp̄o aūt sunt due nature: ergo in xp̄o sunt duo esse. ¶ Sz cōtra omne q̄ habet per se esse est subsistēs: si ergo in xp̄o ē duplex esse: sunt ibi duo subsistētia: ergo due ypostases q̄ supza improbatū est. ¶ P̄ quecūq̄ differūt fm esse: vnū eoz nō predicat de altero: ſz deus est homo & ecōuerso: ergo est esse vnū dei & hois. ¶ P̄ vni9 nō est nisi vnū esse: ſz xp̄s est vnū vt dictū est: ergo habet vnū esse tantū. ¶ R° dicendū q̄ fm philosophū. v. Metha. esse duob9 modis dicit. vno modo fm q̄ significat veritatē ppositionis fm q̄ est copula: & sic vt cōmētatoz ibidē dicit ens est predicatum accidētale & hoc esse nō est in re: ſz in mēte que cōiūgit predicatū cū subiecto: vt dicit phs in. vj. Metha. vnde de hoc non est hic questio. alio modo dicit esse q̄ pertinet ad naturā rei fm q̄ diuidit fm decē genera: & hoc quidez esse est in re et est actus entis resultās ex p̄ncipijs rei: sicut lucere est actus lucentis: aliq̄n tñ sumit esse pro essentia fm quā res est: q2 per act9 cōsueuerūt significari eoz p̄incipia: vt potētie vel habit9. Loquēdo igit de esse fm q̄ est act9 entis: sic dico q̄ fm secūdā opinionē oportz ponere tñ vnū esse. scōm alias aūt duas oportet ponere duo esse: esse enī subsistens est q̄ habet esse tanq̄ eius q̄ est q̄uis sit nature vel forme tāq̄ eius quo est. vnde nec natura rei nec partes ei9 p̄prie dicūtur esse: si esse predicto modo accipiat: simliter aūt nec accidentia: ſz suppositū completū q̄ est fm omnia illa. vnde etiā philosophus dicit in. xi. Metha. q̄ accidēs magis p̄prie est entis q̄ ens. p̄ma ergo opinio que ponit duo subsistentia ponit duo esse substātialia: similiter tertia opinio: q2 ponit q̄ partes humane nature aduenient diue persone accidētaliter ponit duo esse: vnū substātiale & aliud accidētale. secūda vero opinio: q2 ponit vnū subsistēs & ponit humanitatē nō accidētaliter aduenire diue p̄sone: oportet q̄ ponat vnū esse: impossibile ē enī q̄ vnuz aliq̄d habeat duo esse substātialia: q2 vnuz fundat sup ens. vnde si sint plura esse fm q̄ aliq̄d dicit ens simpliciter impossibile ē q̄ dicat vnū: ſz nō est incōueniēs q̄ esse vni9 subsistētis sit per respectū ad plura: sic esse petri ē vnū habēs tñ respectū ad diuersa p̄ncipia cōstituētia ipsiuz: & siliter suo mō vnū esse xp̄i habet duos respect9: vnū ad naturā humanā: alterū ad diuinā. ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ forma facit eē: nō ita q̄ illud eē sit materie aut forme: ſz subsistētis: q̄n ergo cōpositū ex materia & forma est per se subsistēs acq̄rit ex forma illi cōposito esse absolutū per se: q̄n aūt nō est per se subsistēs nō acq̄ritur per formā esse illi cōposito: ſz subsistēti cui hoc aduenit: sed acquirit respect9 fm esse ad hoc q̄ ei addit: sicut si ponam9 hoiez nasci sine manu: & manū per se seperatim fieri: & postea ei miraculose diuīgi cōstat q̄ forma man9 causabat esse man9 per se subsistētis: ſz postq̄ cōiūgit hoi nō acquirit ex forma man9 aliq̄d esse manui: q2 man9 nō habet esse p̄p̄riū: ſz acquirit homini respect9 ad manū fm suum esse: ita etiā dico q̄ aīa in xp̄o nō acquirit p̄p̄riū esse humane nature: ſz filio dei acquirit respectū fm suū esse ad naturā humanā qui tñ respect9 nō est aliq̄d fm rem in diuina persona: ſz aliq̄d fm rōnē: vt dictū est de vnione. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ aliud est de deo & de oib9 alijs reb9: q2 in deo ipsa essentia subsistēs est. vnde sibi fm se debet esse: immo ipsa est suū esse subsistēs. vnde essentia a persona nō differt fm rem: & ideo esse essentie est etiā persone: & tñ persona et essentia rōne differūt: q̄uis ergo vnū sit esse pōt tamē esse cōsiderari vel p̄ut est essentie: & sic non vnit humanitas in esse diuino. vnde nō vnit patri: vel pōt considerari p̄ut est persone: & sic vnitur in esse diuino. Et per hoc patet solutio ad tertiū. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ p̄bus accipit ibi esse pro essentia vel quidditate quā signat diffinitio. ¶ Ad quintū dicendū q̄ illa obiectio procedit de esse fm q̄ signat veritatē ppositionis: sic enī pōt dici nō tantū de his que sunt in re: sed de his que sunt in intellectu de quibus potest locutio formari.

¶ Ad tertiuz sic procedit. videt q̄ persona verbi post incarnationē nō sit cōposita: omne enim cōposituz est meli9 cōponentib9 qui bonū additū bono facit magis bonū: ſz diuinitate nō pōt esse aliq̄d melius: ergo ex diuinitate & humanitate nō pōt fieri vna persona cōposita ¶ P̄ in xp̄o nō est nisi persona eterna: ſz nullū eternū ē cōpositū: ergo persona xp̄i nullo mō est cōposita. ¶ P̄ ad simplicitatē diue essentie ptinet q̄ nō sit cōposita: nec alteri cōponibilis: ſz persona diuina est equalis simplicitatis cū essentia: ergo nec in se pōt dici cōposita nec alteri cōponibilis. ¶ P̄ sicut dicit phs. iij. p̄hicoruz pars habet rōnē materie & imperfecti: ſz oīs imperfectio & materialitas a deitate est aliena: ergo nō pōt esse pars alicui9: ſz oīs cōpositio est ex partib9: ergo persona xp̄i nō pōt esse cōposita ex diuinitate & humanitate. ¶ Sed cōtra est q̄ dicit Damasce. duas naturas vnitas inuicē in vnā cōpositā ypostasim filij dei. ¶ P̄. Leuit. v. super illud decimaz partē Ephi glo. id est xp̄i humanitatē. Ephi enī tres modios capiēs significat trinitatē: ergo humanitas xp̄i est pars alicui9 persone in trinitate. ¶ P̄ Athan̄. in symbolo: sicut aīal rōnalis & caro vn9 est homo: ita deus & homo vn9 est xp̄s: sed anima rōnalis & caro sunt partes hois: ergo deus & homo sunt partes xp̄i ¶ P̄ omne totū est compositū ex partib9: sed Damasce. dicit q̄ xp̄s totus fuit in infirmo: nō tamen totum & similiter vbiq̄ est nō totum: sed totus: q2 nō est vbiq̄ nisi fm alterā naturā: ergo due nature sunt partes persone xp̄i composite ex eis. ¶ R° dicendū q̄ ad rationē toti9 pertinēt duo. vnū scilicet q̄ esse totius cōpositi pertinet ad omnes partes: q2 partes nō habent p2op2iū esse: sed sunt per esse toti9: vt dictum est: aliud est q̄ partes cōponentes causant esse totius scōm autē tertiam & p̄imā opinionē neutrū horū inuenit in xp̄o: q2 opinio p̄ima dicit q̄ hic homo habet esse suum p̄p̄riū. vnde esse diuine persone ad ipsum nō pertinet. Similiter tertia opinio dic̄ q̄ est esse supadditū ad esse diue persone accidētaliter. vnde aīa & corp9 nō dicūt partes persone: sicut nec accidētia subiecti. vnde neutra ponit p̄sonaz vbi cōpositā. Sz secūda ponit vnū esse in xp̄o. vñ esse diue persone pertinet ad vtrāq̄ naturā: nō tñ illud esse causatur ex cōiunctione naturarū: sicut esse cōpositi causat ex cōiunctiōe cōponētiū. vñ fm hāc opinionē p̄sona xp̄i post incarnationē pōt dici aliquo mō cōposita inq̄tū ibi saluat aliq̄ cōditio cōpositi: nō tñ est ibi vera rō cōpositiōis: q2 deficit ibi altera cōditio: vñ etiā nō ē in vsu modernoz hāc opinionē tenētiū q̄ dicāt p̄sonā cōpositā: nec dicēdū ē q̄ dicat cōposita solū fm expōnē nois q̄si cū alio posita: q2 sic p̄ima

opinio ⁊ tertia ponerent personā compositā sicut ⁊ secūda. ¶ Ad primū ergo dicēdū q̄ in persona cōposita q̄uis sint plura bona q̄ in psona simplici: q⁊ est ibi bonū increatū et bonū creatū tñ persona cōposita nō est maior bonum q̄ simplex: q⁊ bonū creatū se habet ad bonū increatū sicut punct⁹ ad lineā cū nulla sit ꝓportio vn⁹ ad alterū. vñ sicut linee additū pūctū nō facit maiorē: ita nec bonū creatū additū in persona bono increato facit melior: vl etiā q⁊ tota rō bonitatis omniū bonor⁊ est in deo. vñ ⁊ ipse dicit oē bonū. vnde non pōt sibi fieri additio alicuius boni q̄ in ipso nō sit. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ persona nō dicit cōposita quasi esse suū sit ex multis cōstitutū: hoc enī est cōtra rōnē eterni: ſz q⁊ ad multa se extēdit que assumūt in illud esse. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ de rōne summe simplicitatis est q̄ nec sit cōpositū ex partib⁹ nec cōponibilis alteri tāq̄ pars: sic aūt psona nō est composita: q⁊ neq⁊ est pars neq⁊ ex partibus constituta. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ q̄uis cōpositio quātū ad aliquid saluet in incarnatiōe vbi: nullo tñ modo ē ibi ratio partis diuinitas enī pars esse nō pōt ꝓpter imperfectionē que est de rōne partis: humana aūt natura filiter nō pōt esse pars: q⁊ cōpartē nō habet vel etiā: q⁊ nō caulat esse persone que dicit cōposita: ⁊ ideo magister dicit in sequēti dis. q̄ inexplicabilis est illa cōpositio que nō ē partiū: ratio aūt dicit a magistris vnio exigitiua: q⁊ tot cōprehendūt in persona quot exigūt ad opus redēptionis: vt sit de⁹ qui posset ⁊ homo qui deberet satisfacere. ¶ Ad quintū dicēdū q̄ Damascen⁹ dicit cōpositā ypostasim ūquātum est ibi aliquid de rōne cōpositionis nō q̄ sit simpliciter cōposita quantū ad perfectā rōnē cōpositionis. ¶ Ad sextū dicendū q̄ allegatio illa sumit quātū ad similitudinē numeri: nō quātuz ad similitudinē totiꝰ ⁊ partis. ¶ Ad septimū dicēdū q̄ similitudo illa est quātū ad aliquid ⁊ nō quātū ad oīa: vt patz ex dictis. ¶ Ad vltimū dicēdū q̄ totū ꝓter hoc q̄ est cōpositū ex partib⁹ habet aliud de rōne sui. ſ. q̄ ei nihil deest eorum que debet habere ⁊ sm hoc sumitur a Damasce.

Questio tertia.

Deinde querit de his que pertinēt ad tertiā opinionē: ⁊ circa hoc queruntur duo. ꝑmū vtrū ex aīa ⁊ corpore xp̄i fuerit aliquid cōpositū. secūdo vtrum aīa ⁊ corp⁹ fuerūt vnita diuine persone accidentaliter.

Ad primū sic ꝓcedit. videt q̄ nō fuerit aliqua compositio aīe ⁊ corporis in xp̄o supra enī dis. ij. probauit magister q̄ noīe humane nature intelligit aīa ⁊ corp⁹: nec ita accipit in xp̄o sicut in aliis: cū ergo in aliis hoīibus accipiat humana natura ꝑ eo q̄ cōpositū est ex aīa ⁊ corpore videt q̄ in xp̄o accipiat ꝑ partib⁹ non compositis. ¶ Damasc. dicit q̄ in dño iesu nō est cōmunē speciē accipere: ſz ex aīa ⁊ corpe vnitis cōsurgit natura speciei: ergo videtur q̄ nō fuerūt ad inuicē vnita in xp̄o. ¶ Post vltimā cōpositionē nō potest esse alia cōpositio: ſz vltima compositio in natura est aīe rōnalis ad corp⁹: ergo si ista vnio esset in xp̄o nō posset sequi vnio ad diuinā personam. ¶ aīa nō cōiūgit carni nisi cor viuificet ipsam: ſz caro poterat viuificari ex vnione ad ipsaz vitā scilicet vbū: ergo non oportuit q̄ carni vniretur. ¶ Sz cōtra homo vniuoce dicit de xp̄o ⁊ aliis hoīb⁹ alias nō esset eiusdē speciei: nec per eum deberet satisfieri ꝑ peccatis: humani generis: ſz de rōne hominis sm q̄ predicat de aliis est cōpositio aīe ⁊ corporis: ergo ⁊ in xp̄o fuit vnio aīe ⁊ carnis. ¶ corp⁹ non est animatū: nisi aīa cōiūgat ei quasi forma: si ergo aīa nō fuisset vnita corpori xp̄i quasi forma fuisset corp⁹ illud inanimatū: ⁊ ita nō fuisset assumptibile. ¶ Ad⁹ dicēdū q̄ vnio anime ad carnē cōstituit rationē hoīs ⁊ oīuz partiū eius. vnde remota aīa nō dicit homo: nec oculus nec caro nec equiuoce sicut homo pict⁹: ⁊ ideo si tollat vnio aīe xp̄i ad carnem ei⁹ sequit q̄ nō sit homo verus: nec caro ei⁹ vera: qō est cōtra articulū fidei: ⁊ ideo hec opinio tertia non solū est falsa sed heretica ⁊ in cōcilio a papa Alexādro cōdēnata tamen ista opinio videt ex eodē fonte ꝓcessisse cuz prima scilicet ex hoc q̄ credebant omne cōpositū ex aīa ⁊ corpore habere rōnē hoīs: ⁊ ideo q⁊ prima opinio posuit aīam ⁊ corp⁹ vnita ad inuicem esse assumpta coacta fuit hoīem esse assumptū ⁊ xp̄m esse duo: hec autez opinio: vt hoc negaret posuit aīam ⁊ corp⁹ esse assumpta nō vnita. secūdo vero vtrūq̄ euitat: vt dictū est. ¶ Ad ꝑmū ergo dicēdū q̄ nō fuit intentio magistri dicere q̄ per humanā naturā in xp̄o significet corpus ⁊ aīa nō vnita: nō enī quantū ad hoc assignat differentiā: ſz quātū ad hoc q̄ humana natura in alijs consurgit ex oīb⁹ que substātialiter in ipsis sunt in xp̄o aūt nō: sed soluz ex corpore ⁊ aīa. ¶ Ad secūdū dicēdum q̄ Damasc. loquit quātū ad vnionē diuinitatis ad humanā naturam ex qua nō cōsurgit tertia natura speciei: nō quantū ad vnionez aīe ad corpus. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ compositio aīe rōnalis ad carnē est vltima in operib⁹ nature: ſz cōpositio hūanitatis ad personā verbi nō fit operatione nature: ſz virtute diuina. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ verbū viuificat carnē christi actiue ⁊ non formaliter: ⁊ ideo requirit anima que forma liter viuificet.

Ad secundū sic ꝓcedit. videt q̄ humana natura accidentaliter verbo vniat. Philip. scdo. habitu inuestus vt homo: ergo cū habit⁹ fit gen⁹ accidētis videtur q̄ deus fuerit homo accidentaliter. ¶ P. omne qō adueniet post esse cōpletū est accidēs: ſz humana natura aduenit filio dei post esse cōpletū ipsi⁹: ergo aduenit ei accidētaliter. ¶ P fm philosophū: in subiecto dicit esse qō est in aliquo nō sicut pars: ſz humanitas in xp̄o nō est sicut pars vt dictū est: ergo est in eo sicut in subiecto: ſz in subiecto eē est ꝓpriū accidētis: ergo vnit verbo accidētaliter. ¶ P accidens est qō adest ⁊ abest ꝓter subiecti corruptionē: ſz humana natura hoc mō se habet ad psonā filij dei: ergo vnit ei accidētaliter. ¶ Sz cōtra est decretalis alexādri pape: cū inquit xp̄s sit perfect⁹ de⁹ ⁊ perfect⁹ homo: qua temeritate audēt quidā dicere q̄ xp̄s fm qō homo nō est aliq̄d: ſz predicatū accidētale nō ꝑdicat aliquid: ſz aliqualiter se habēs ergo homo nō est ꝑdicatū accidētale. ¶ P aristotelis in. j. phisicoꝝ dicit: qō vere est ideſt substātia: fit accidēs nulli: ſz humanitas est substātia: ergo nō pōt dici accidēs alicui. ¶ P si est accidēs oportz q̄ alicui accidat nō homini: q⁊ ꝑ se cōuenit ei humanitas: ergo accidit filio dei qō est cōtra Boe. qui dicit q̄ in deo nō est aliqō accidēs. ¶ R° dicendū q̄ q̄uis hoc qō est accidens in se possit esse aliquo mō substātia alicui vt color albedini. tñ qō est ī se substātia nō pōt eē accidēs alicui⁹ q̄uis cōiūctio vn⁹ substātie ad alterā possit eē accidēs vt si vna substātia alteri accidētaliter aduenire dicat sicut vestis hoī: ſz hoc nō pōt eē nisi dupliciter vel q̄ cōiungat ei sm contactū sicut vestis homini: vel sicut doliū vino aut sicut mobile motori sicut angel⁹ cōiungitur corpori qō assumit: ⁊ cū contactus nō sit nisi corporū oportet dicere q̄ humana natura nō potest aduenire diuine persone: nisi sicut mobile motori: vt dicatur christ⁹ hoc modo assumpsisse naturaz humanā: sicut angelus assumit corpus vt oculis mortalium videat sicut dicitur in litera: ⁊ sicut spiritussanctus visus est in columba: hec autē assumptio nō vere facit predicari assumptū de assumēte: nec proprietates assumpti vere trāsfert in assumētē: nō enī angel⁹ assumēs corp⁹ ad hoīs filitudinē vere est hō: nec vere hz aliq̄s ꝓprietates hoīs: neq⁊ spūssanct⁹ pōt dici minor seipso ꝓpter speciē colūbe in qua apparuit: vt dicit Aug⁹. vñ ptz q̄ hec opinio nō pōt dicere q̄ filius dei vere sit hō ve ⁊ sit passus: ⁊ ideo cū neget veritatē articulorum condemnata est quasi heretica: tamen etiam quantum ad hanc positionem procedit ab eodem fonte: cum prima scilicet ex hoc q̄ humana natura non assumeretur ad esse diuine persone. vnde ꝑma opinio ponebat q̄ assumptū habebat esse per se in quo subsistebat: hec aūt tertia opinio ponit q̄ nō subsistit assumptū neq⁊ ꝑsona in eo: ſz est eē accidētale superadditum.

¶ Ad primū ergo dicendū q̄ humana natura in xp̄o habet aliquā similitudinē cū accidente ꝛ precipue cuz habitu quantū ad tria. ¶ Primo qz aduenit persone diuine post esse completū sicut habitus ꝛ omnia alia accidētia. Secundo quia est in se substantia: ꝛ aduenit alteri sicut vestis homini. Tertio quia meliorat ex vnione ad verbū ꝛ non mutat verbum: sicut vestis formaf̄ fm formā vestientis ꝛ nō mutat vestientem. vnde antiqui dixerunt q̄ vergit in accidens: ꝛ quidē propter hoc addiderunt q̄ degenerat in accidens: quod tamē non ita proprie dicit̄: quia natura humana in xp̄o non degenerat: immo magis nobilitatur. ¶ Ad secundū dicendū q̄ quāuis adueniat post esse completum nō tamen est accidētaliter aduenies: quia trahit̄ ad vnionem in illo esse sicut corpus aduenit anime in resurrectione. ¶ Ad tertiuz dicendū q̄ quāuis nō proprie possit dici pars: tamen aliquid habet de ratione partis: quod non habet accidens: vt patz ex dictis. ¶ Ad quartū dicendū sicut ad secundū. ¶ Querit̄ an his locutionib⁹. Hic ponit tres questiones. prima est vtrū homo aliquid predicet de xp̄o ꝛ fm primā ꝛ secundā opinionē predicat aliquid: qz de eo predicatur in quid: quia est vnio substantialis. scōm vero tertiam opinionez non predicat aliquid: sed aliquo modo se habens. secundā questionem ponit ibi. Et an ita conueniat. vtrū homo factus sit deus: sicut deus factus est homo quod prima opinio cōcedit. secūda ꝛ tertia non proprie loquendo: vt in sequēti dis. patebit. Tertia questio est si per huiusmodi locutiones nō dicit̄ deus factus aliquid: quis erit in his intellectus. ꝛ hanc ponit ibi. Etsi ex his locutionibus. ¶ Alij enim dicūt. Hic ponit positiones prime opinionis nō omnes: sed qui sufficiunt ad intellectum eius. ꝛ prima positio est radix opinionis. scilicet q̄ anima ꝛ corp⁹ assumunt̄ vnita quod est cōtra tertiam nō solum ad cōstituendū humanitatē: sed etiam hominē quod est contra secundā: ꝛ hoc est q̄ dicit: hominē quendā: ꝛ q̄ ista vnio anime ad carnē ex qua constituit̄ homo precedit vnionem ad verbuz fm intellectū ꝛ hoc est q̄ dicit. ꝛ ille homo cepit ꝛc. nō autez tēpore: ꝛ hoc est q̄ dicit. In ipsa verbi incarnatione. secundā positionē ponit ibi. Concedūt etiam: ꝛ hoc est q̄ homo est assumpt⁹ ꝛ q̄ assumens est assumptū quod notatur in hoc q̄ dicit. Tamen esse verbū: ꝛ q̄ per assumptionem de⁹ factus est homo: vnde dicit. Et ea ratiōe. tertia est q̄ homo fact⁹ est deus ꝛ econuerso ibi. Unde vere dicitur. quarta est q̄ homo dicit compositū ex duabus substantijs ibi. Cumq̄ dicant. Sed ne de suo. Hic inducunt̄ auctoritates ad probandū primā opinionē. Et sciendu q̄ quattuor probāt predictas auctoritates. primū est q̄ xp̄s est duo qō probāt per primā auctoritatem que incipit ibi. Cum legit̄ ex illo verbo. Utrūq̄ simul vnā personam. Itē per secūdā que incipit ibi. Jesus xp̄us ex illo verbo. Utraq̄ substantia: scilicet diuina ꝛ humana. ex illo. Aliud propter verbuz Item per quartā que incipit ibi. Agnoscam⁹ geminā substantiā. ex illo verbo. Utrū aut simul. q̄ aūt dicit̄. Utraq̄ xp̄s intelligendū est non proprie dici: sed materialiter sicut paries ꝛ tectuz dicit̄ domū: q̄ vero dicit Aliud ꝛ aliud: intelligendū est alterius ꝛ alterius nature: scōm qō probatū est q̄ homo factus est de⁹ ꝛ hoc probāt per tertiā auctoritatem que incipit ibi. Quid natura humana. ex illo vbo. Quibus meref̄ iste homo. Item ex quinta que incipit ibi. Ille homo aūt a verbo. ex illo verbo. Ex quo ille homo esse cepit. Itē ex sexta que incipit ibi. Homo quicūq̄. ex illo verbo. Homo ille ab initio. Item ex septima q̄ incipit ibi. Gratia dei: ex illo verbo. Una cū illa persona fili⁹ dei fieret: qō qualiter intelligendū sit in sequenti dis. dicet̄. Tertium est q̄ homo sit assumpt⁹ ꝛ hoc probant per auctoritatez quintam que incipit ibi. Ille homo: que exp̄sse hoc dicit: ꝛ hoc in precedenti dis. solutum est: quia homo dicit̄ assumptus id est natura hominis. Quartū quod probant est q̄ homo constat ex duab⁹ substantijs per octauam auctoritatē que incipit ibi: Christū nō ambigimus: que expresse hoc dicit: sed Hyl. loquit̄ quantū ad formam significatā nō quantū ad suppositum. ¶ Sunt autem alij. In hoc capitulo ponit positiones secunde opinionis: ponit ergo duas positiones eius in quib⁹ tota cōsistit. prima est q̄ assumptū est cōpositum ex anima ꝛ corpore per modū nature humane: qō patz ex hoc q̄ humanā naturā ex qua ꝛ diuina dicit xp̄m cōstare statim exponit per animā ꝛ corp⁹ ex quib⁹ nō cōstat natura humana: nisi fm q̄ sunt coniuncta ad inuicē: ꝛ q̄ hoc cōpositū sit homo habet ex vnione ad diuinā personā. vnde dicit q̄ homo ille nō tm̄ cōstat ex anima ꝛ corpore: sed ex his ꝛ diuinitate: q̄ aūt dicit. In parte consentiūt: intēdit quantū ad hoc q̄ vtraq̄ ponit q̄ homo predicat de christo quid: ꝛ q̄ anima ꝛ corp⁹ sint vnita ad inuicem. secūda positio est q̄ persona verbi ante incarnationē fuit simplex: sed post est composita: ꝛ post hoc remouet duo incōuenientia que videnf̄ sequi. primū est q̄ persona verbi sit alia q̄z prima qō remouet ibi. Nō est ideo alia per. scōm q̄ persona sit facta qō remouet ibi: nō tm̄ persona illa. De hoc aug⁹. in libro sentētiarū. prosperi. Hic ponit auctoritates probātes. secūdā opinionē ꝛ probāt duo scilicet q̄ est vna ypostasis ꝛ q̄ persona post incarnationē est cōposita: quod satis patet in littera. Sunt etiā alij. hic ponit positiones tertie opinionis. ꝛ ponit quattuor in quib⁹ tota cōsistit. prima est q̄ ex anima ꝛ corpore nō fit aliquid vnuz. ꝛ hoc ponit̄ statim in principio. secūda q̄ hec duo aduenīūt diuine persone accidentaliter sicut indumentū ꝛ hoc ibi. Sed sicut illa duo: ꝛ deinde remouet duo incōuenientia. vnum quod sequit̄ ex prima positione scilicet q̄ deus nō sit verus homo ꝛ hoc ibi. Qz ideo deus: sed constat q̄ nō potest euitare: qz remota vnione anime ad corp⁹ nō inuenit̄ veritas carnis: ꝛ preterea adhuc si sit vera caro ꝛ vera anima nō erit ver⁹ homo nisi sint vnita. scōm est quod sequit̄ ex secūda positione. s. q̄ si anima ꝛ corpus aduenerint accidētaliter nō pertineāt ad singularitatē diuine persone qō remouet ibi. Que duo etiam: patet etiā q̄ nō potest hoc inconueniens euitare: qz nō sequit̄ si nō addit ad numerū personarū: ergo pertinet ad singularitatē diuine persone sicut etiā columba in qua spiritussanct⁹ nō auget numerū personarū nō tamen pertinet ad singularitatez persone spūssancti. Tertia positio est q̄ persona verbi est simplex post incarnationē sicut ante in quo cōuenit cū prima ꝛ hoc ibi: Et quia ipsa persona vbi. quarta q̄ homo de deo nō predicat quid: sed habitū ꝛ hoc ibi. Qui fm habitū. ꝛ hoc probat ad incōueniens ducendo ibi. Nam si essentialiter: quod tamē patet nō esse inconueniens. ¶ Ne autez illi de suo. Hic ponit auctoritates probantes hanc tertiā opinionem. primū quod probant est q̄ persona ista nō fuit mutata per incarnationē ꝛ q̄ humana natura nō auget numerū personarū ꝛ hoc per primā auctoritatem: sed hoc nō est contra secundā opinionē que q̄uis ponat personā compositā non tamen mutataz: nec sufficit ad probandū q̄ anima ꝛ corpus non pertineant ad singularitatē diuine persone: quia nō est auctus numerus personarum fm quod probatū est q̄ homo dicit̄ de deo fm habitū. ꝛ hoc per secūdā auctoritatē ibi. Multis modis. que exp̄sse dicere hoc videt̄. Itē per tertiā q̄ incipit ibi. Si q̄rit̄ ipsa incarnatio ꝛc. ex illo vbo Indutū. Itē ex quinta sexta ꝛ septima que deū dicūt suscepisse hominē aut humanam naturā vt visibilis esset: sz nō oportet q̄ omne qō suscipit̄ sit accidēs. Itē ex vltima que incipit ibi. Quō fil⁹. ex illo vbo. Nō fuit habit⁹ ille tantū bois. i. puri bois: sed vt bois qz purus homo videbat̄ ꝓpter habitū: sed oīa hec per similitudinē dicūt̄ ꝛ nō per ꝓprietatē sicut ex p̄dictis pz. tertiū est q̄ xp̄us dicat̄ bō: qz habuit corpus ꝛ aīam sibi vnita ex quarta auctoritate que incipit ibi. Dei fil⁹ ex illo vbo. In eo pleni⁹: sed hec auctoritas nō negat vnionē aīe ꝛ corpis: imo magis ponit per hoc q̄ dicit veram naturam: nō enī est natura humana nisi ex cōpositione anime ꝛ corporis.

DISTINCTIO SEPTIMA.

¶ Positis sentētijs probatisq; testimonijs intelligētias propositaruz locutionū exequit ſm singulas sententias: z prius ſm primam.

SEcundū vero primo dicit de⁹ fact⁹ homo: z homo fact⁹ deus Quia de⁹ cepit esse quedā substantia rōnalis: que ante nō fuerat: z illa substātia cepit esse de⁹ z hec gratia nō natura uel meritis habuit. Vnde recte dicit xp̄s inquātū hō predestinat⁹ esse fili⁹ dei: huic autē sentētie opponit si illa substātia cepit esse de⁹ z de⁹ illa. Quedā igit substātia ē deus: que nō semp fuit de⁹: z quedā substantia ē deus que nō est dīna substantia: z de⁹ est aliq̄d qđ nō semp fuit: qđ z illi concedūt origenis testimonio innitētes qui ait: Fact⁹ est sine dubio id qđ prius nō erat: sed addidit ſm carnē: ſm deū vero erat prius: z nō erat quādo nō erat. Alijs quoq; plurib⁹ modis illi sententie pōt opponi q̄b⁹ supersedem⁹ exercitationis studiū lectori relinquentes: z ad aliam properantes.

¶ Nic explanat secundā sententiam: z eozundem locutionum sensus.

IN secūda vero sentētia hui⁹ distinctionis talis videt ratio: ut cū dicit: deus fact⁹ est homo: intelligatur cepisse esse subsistēs ex duabus naturis uel tribus substātijs. z econuerso homo factus est de⁹: quia subsistēs in duab⁹ naturis cepit esse deus: uel potius homo fact⁹ est deus: z ecōuerso dicit: quia de⁹ assumpsit hominē: z homo assumpt⁹ est a deo. Vnde Augu. dicit in libro de trinitate: talis fuit illa susceptio que homnē faceret deū: z deū hominē. Variatur aūt intelligentia: cum dicit. deus est homo: z homo est de⁹. Dicitur enim de⁹ esse persona subsistens in duab⁹: z ex duabus naturis: z persona subsistēs in duab⁹ z ex duabus naturis dicit esse deus. id est verbū vel natura diuina. Potest enim predicari persona simplex ut natura de persona composita. Non est autem ut ait Johānes Damascenus idem dicere naturam uel personam.

¶ Qđ est idem dicere naturam uel personam.

ISti dicunt christū predestinatum esse scilicet personam illaz inquantū est homo. i. inquantū est subsistens ex duabus substātijs: scilicet anima z carne: nam quantū ad naturā diuinitatis nō est ipse predestinat⁹: nō ergo inquātum in ea uel ea subsistit predestinat⁹ est: ſz inquantū subsistit in alijs duab⁹ substantijs. id est in anima z carne: hoc est inquātū est homo.

¶ Qualiter exponūt auctozitates prime que huic videntur obuiare sententie.

DEterminat etiā auctozitates q̄ pme conueniūt sentētie: z huic videt cōtradicere: ut cū legit hō ille assumpt⁹ a v̄bo in singularitate pſone vel fact⁹ vna pſona cū v̄bo: de natura hūana intelligat q̄ v̄bo vnita ē in singularitate pſone. i. ita q⁹ eadē pſona q̄ prius erat z simplex erat sine incremēto numeri: z imutata pmāsit: ſz cōpositā. Cōpositiōis vero hui⁹ aliā dicūt eē rōnē q̄z sit in alijs hoīb⁹: q⁹ hui⁹ ex trib⁹ alioz ex duab⁹ substantijs ē cōpositio. Negant quoq; hūanā naturā esse pſonā uel dei filiū: z sicut vnū eūdēq; dicūt esse hominē z deū z filiū hois z filiū dei: ita vnuz z idē nō aliud z aliud sicut nec alium z alium.

¶ Quedā ponit que premissis vident aduersari.

SEd his vident aduersari que subditis cōtinent capitulis. Ait enī augu. super Jo. aliud est v̄bū dei: aliud hō: ſz verbuz caro factū est. i. hō. Nō ita q̄z alia verbi: alia ē hois persona: qm̄ vtrūq; est xp̄s z vna pſona. Idē ad Felicianū. Aliud dei fili⁹ est: aliud hois fili⁹: ſz non ali⁹ Itē dei filius: aliud de patre: aliud de matre. Idē in li. p̄mo de trinitate. Cū filius sit z deus z homo alia substantia deus: alia homo.

¶ Qualiter his respondeant.

HEc autē in hūc modū determinant: quia cū dicit: aliud verbum dei: aliud hō: siue alia substātia de⁹: alia hō: alteri⁹ nature significatur xp̄s esse inquātū ē homo: z alteri⁹ inquantuz de⁹ z aliud natura qua est hō: z aliud natura qua est de⁹. Vt enī ait Jo. Damasce. Incōuerse z inalterabiliter vnite sunt ad inuicē nature: neq; diuina distante a propria simplicitate neq; hūana: aut cōuersa in deitatis naturā: aut in nō existētiā diuisa: neq; ex duab⁹ vna facta cōposita natura. Cōposita enī natura neutri earū ex quib⁹ cōponit naturis homousia. i. consubstātialis esse pōt: ex alteris perficiēs alterū: vt corp⁹ ex quattuor elemētis cōpositū: nec ignis noiat: nec terra: nec aer: nec aqua nec horū alicui homousion dicit. Si igitur ſm hereticos christus vni⁹ cōposite nature post vnionē extitit ex simplici natura cōuersus est in compositā z neq; patri simplicis nature existenti: neq; matri est homousios: neq; deus: neq; homo denominabit: sed christus solum: z erit hoc nomen scilicz christus non persone ipsius nomen: sed vnius ſm ipsos composite nature. Nos autē christum non vnius composite nature dogmatizam⁹: z hoc nomen scilicet christus nomen persone dicimus: nō monotropos. i. vno modo dictū: sed duarum naturaruz esse significatiuū. scilicet deitatis z humanitatis: ex deitate autē z humanitate deū perfectū z hominē perfectum eundem z esse z dici ex duabus: z in duabus naturis confitemur. Si ergo dicitur aliud esse filius dei: aliud filius hominis: q⁹ alterius est substantie uel nature inquantum est filius dei: alterius inquantū est filius hominis: nō q⁹ ipse filius dei z hominis sit illa duo diuersa. id est due diuerse nature.

¶ Auctozitate confirmat determinationem.

APerte enī Hylarius in. ix. lib. de trinitate ait: Cum non aliud sit filius hominis: neqz aliud fili⁹ dei: v̄bū enī caro factū ē: z cū ille qui fili⁹ dei est ipse z hois sit fili⁹: requiro quis

in hoc filio hois sit glorificat⁹: Euidēter dicit non aliud esse filiū dei: ⁊ aliud filiū hois. Ex quo p̄missa roborat⁹ ⁊ approbatur determinatio.

¶Alia etiā v̄ba auctoritatū ānotat vt determinet

QVod etiā dictū ē vtrūqz est x̄p̄s ⁊ vna persona: mouere p̄ot lectorez: sicut ⁊ illud qđ augu. dicit in libro p̄mo de tri. Quia forma dei formā serui accepit: vtrūqz de⁹ vtrūqz homo: sed vtrūqz de⁹ ꝑpter accipientē deum: ⁊ vtrūqz homo ꝑpter acceptū hoiem. Et illud quod ait idem in libro de bono perseuerātie. Qui fidelis ē in eo veram humanā naturā credit suscipiēte deo verbo ita sublimatā: ut qui suscepit: ⁊ quod suscepit vna esset in trinitate persona: assumptiōe illa ineffabiliter faciēte persone vni⁹ in deo: ⁊ hoie vnitatem. Si aūt qui suscepit ⁊ qđ suscepit vna est persona: ergo natura humana cū verbo vna est persona. Sed hec omnia ex tali sensu dicta forte tradūt: ut vtrūqz dicatur esse x̄p̄us ⁊ vna persona: quia in vtroqz vnus x̄p̄s vna persona subsistit. Ita etiam susceptū cum suscipiēte vna persona dicit: quia susceptū suscipiēti est sociatū in vnitate p̄sone. id est ita ꝙ vnitas persone permānsit: nō ita ut caro ⁊ anima sint deus: qui ut ait Jeronymus: verbū est de⁹ nō caro assumpta. ⁊ Ambrosius in libro. iij. de spiritusancto ait: Aliud est quod assumpsit: ⁊ aliud quod assumptum est.

¶Hic quandam ponit auctoritatem que multuz videtur huic sententie obuiare.

ESt aūt ⁊ aliud qđ huic sentētie plurimuz videtur obuiare. Ait enī Aug⁹. in li. contra maximū: X̄p̄s vna persona est gemine substantie: quia ⁊ de⁹ ⁊ homo est: nec tū homo uel de⁹ pars huius persone dici p̄ot. Alioquin fili⁹ dei deus anteqz susciperet formā serui non erat tot⁹: ⁊ creuit cū homo diuinitati ei⁹ accessit. Ecce deū dicit nō esse partē illi⁹ persone. vnde videt illa persona nō cōstare ex deo ⁊ hoie. Ad qđ etiam illi dicūt illā personā nō ita cōstare ex deo ⁊ hoie quasi totū ex partib⁹. Ita enī partes alicui⁹ totius cōueniūt: ut ex illis qđ nō erat constituat: nō aūtē sic diuina ⁊ humana natura in x̄p̄o vniunt. Inexplicabilis enī est isti⁹ vnionis que nō est partiū ratio. Quidaz tū hoiē dei ibi personā significari putant: qz de tribus agebāt personis: quarū nullum trinitatis esse partē dicebāt: sicut pars isti⁹ p̄sone nō est de⁹. Qđ si de persona intelligit: manifestū ē: qz persona nō est pars p̄sone. Posita ē diligēter sentētia secūda: ⁊ ei⁹ explanatio: cui in nullo vel in modico obuiāt auctoritates in ēt̄ia sn̄ia inducte: q̄ iā cōsiderāda ē.

¶In tertia sentētia que sit p̄missarū propositionum intelligentia.

IN hac igit sentētia sic dicit deus fact⁹ hō qz hoiez accepit: ⁊ sic dicit esse hō: qz hoiez habet: uel qz est habēs hoiez. ⁊ homo fact⁹ est de⁹: qz assumpt⁹ ē a deo: ⁊ homo esse de⁹: qz habens hoiez est de⁹. Cū ergo dicit de⁹ homo est: uel habit⁹ predicat uel p̄sona: sz humanata ⁊ ꝙ p̄sona humanata predicet: Cassiodorus ostendere videt dicēs: fact⁹ est: ut ita dixerim: humanat⁹ de⁹: q̄ etiā in assumptiōe carnis de⁹ esse nō destitit. Qđ tamē varie accipi p̄ot: ut dicat de⁹ factus humanat⁹: uel x̄p̄us factus est de⁹ humanat⁹. vtrūqz enī sane dici p̄ot. Cuz ergo dicit factus est de⁹ homo: multiplex ꝑm istos sit intelligētia: ut hūanā naturā accepisse uel humanū verbū esse incepisse intelligat: nec tñ si incepit esse humanatū verbū: ideo sequit ꝙ inceperit esse verbū: nec si de⁹ factus est humanatū verbū: sequit ꝙ factus sit verbū: sicut de aliquo dicit: hodie iste cepit esse bon⁹ homo: uel fact⁹ est bonus homo: nec tamē hodie cepit esse homo uel factus est homo.

¶Quo sensu ꝑm istos dicatur x̄p̄s predestinatus.

SEcundū istos dicit x̄p̄s ꝑm ꝙ homo p̄destinatus esse fili⁹ dei: quia ē predestinatū. a deo ab eterno: ⁊ in tēpore collatuz ei per gratiā: ut ipse ens homo sit fili⁹ dei. Hoc enim non semper habuit: sed in tēpore per gratiam accepit qđ videt Augu. notasse in libro ad p̄sperū ⁊ Hyl. dicens: predestinat⁹ est iesus: nt q̄ futurus erat ꝑm carnē fili⁹ Dauid esset in virtute fili⁹ dei. Hi etiam cū dicit x̄p̄s minor patre ꝑm ꝙ homo: ꝑm habituz hoc intelligūt dictū. id ē inquātū habet hoiem sibi vnitū. Vnde Aug⁹. in li. i. de tri. De⁹ fili⁹ deo patri natura ē equalis: habitu minor. In forma enī serui minor est patre. In forma dei equalis est patri. Et q̄ ꝑm habitū accipiēda ē incarnationis ratio: ideo deū humanatū: nō hoiem deificatum dici tradunt. vnde Jo. Damasce. nō hoiem deificatū dicimus: sed deum hominē factum.

¶Qđ non debet dici homo dominicus.

ET licet dicat homo de⁹: nō tamē congrue dicit hō dn̄icus. Vnde augu. in lib. retractionū. Nō ideo vtrū recte dicat hō dn̄i/cus qui ē mediator dei ⁊ hominū x̄p̄s iesus: cuz sit vtiqz dn̄s. Et hoc quidē ut dicerē apud quosdā legi tractatores catholicos. Sed vbicunqz hoc dixi dixisse me nollē. Postea quippe vidi nō esse dicendū: q̄uis nōnulla possit rōne defendi ꝑm istos: et dicit persona filij in duab⁹ ⁊ ex duabus existere naturis ꝑm adherentiā ⁊ inherentiam: altera enim adheret ei: altera inest.

¶Qđ predicta non sufficiunt ad cognoscendam hanc questionem.

SAtis diligēter iuxta diuersoruz sentētias suprapositā absqz assertione ⁊ preiudicio tractaui questionē. Verūtamen nolo in re tanta tāqz ad ignoscendū difficili putare lectorez istam sibi nostrā debere sufficere disputationē: sed legat ⁊ alia forte meli⁹ cōsiderata atqz tractata: et ea que hic mouere possunt vigilātiori atqz intelligentiori si p̄ot mēte discutiat: hoc firmiter tenens: ꝙ deus hoiem assumpsit: homo in deū trāsiuit: nō nature versibilitate: sed dei dignatiōe: ut nec deus mutaret⁹ in humanā substātiā assumēdo hominez nec homo in diuinā glorificatus in deum: q̄ mutatio uel versibilitas nature diminutionē ⁊ abolitionem substantie facit.

¶ Postq̃ distinxit Magister tres opiniones per moduz vnionis. Nic fm eas ostẽdit qualiter locutiones q̃b⁹ vnio significat̃ sunt intelligende: z diuiditur in duas partes.in p̃ma exponit eas fm singulas opiniones.in secunda relinquit auditoꝛi iudiciũ de dictis opinionib⁹ ibi: Satis diligenter. Prima diuidit̃ in tres partes.in prima exponit dictas locutiones fm primã opinionẽ.in secũda fm secundã ibi: In secũda vero sententia.in tertia fm tertiã ibi: In hac igit̃ sentẽtia.circa primũ duo facit.primo exponit propositiones dictas fm primã opinionẽ.secũdo obijcit cõtra ibi: Huic aũt sentẽtie.exponit aũt illas ꝓpositiões in p̃ma parte in quib⁹ fit mutua p̃dicatio dei z hois mediãte hoc participio fact⁹ q̃s p̃mo exponit: z illas in q̃b⁹ fit p̃dicatio mediãte hoc participio predestinat⁹ quas secũdo exponit ibi: Et hoc gratia non natura: obiectionis aũt solutionẽ ponit ibi: Quod z illi cõcedũt. ¶ In secũda vero sentẽtia Nic exponit eas que sunt fm secũdã opinionẽ. z p̃mo exponit ꝓpositiones.secũdo soluit que videnť esse cõtra hãc opinionẽ ibi: Determinat enĩ.circa p̃mũ tria facit.p̃mo exponit illas in quib⁹ fit p̃dicatio mediãte hoc participio fact⁹.scõo illas in quib⁹ fit mediãte hoc verbo est ibi. Variať aũt intelligẽtia.tertio illas in quib⁹ fit p̃dicatio mediãte hoc participio p̃destinat⁹ ibi Isti dicũt xp̃m. ¶ Determinant enĩ auctoꝛitates. Nic soluit tria que videntur esse contra hanc secũdã opinionẽ. z tria facit circa hoc. p̃mo soluit auctoꝛitates que videnť ꝓbare q̃ hõ sit assumpt⁹.secũdo illas que videnť ꝓbare q̃ xp̃s sit duo ibi. Sed his videnť aduersari tertio illas que ꝓbãt q̃ persona nõ sit cõposita ibi. Est aũt z aliud.secũda pars diuidit̃ in duas ptes.in p̃ma soluit auctoꝛitates que dicunt xp̃m esse aliud z aliud ex quo sequit̃ ipsum esse duo.in secũda soluit illas q̃ dicũt xp̃m eẽ duo vl̃ vtrũq̃ duoꝛum esse xp̃m ibi. Q⁹ etiã dictũ est vtrũq̃ xp̃us Circa p̃mũ tria facit.p̃mo obijcit.scõo soluit ibi. Dec autez in hũc modũ.tertio solutionẽ cõfirmat ibi. Aperteq̃ Pyll. Et simiter diuidit̃ pars secũda:q̃ p̃mo obijcit.scõo soluit ibi. ¶ Sz hec oĩa ex tali sensu. tertio solutionem cõfirmat ibi: Quia vt ait. ¶ Est aũt z aliud. Nic obijcit otra positionẽ persone. z p̃mo obijcit.secũdo soluit ibi: Ad q̃ etiã illi. ¶ In hac igit̃ sentẽtia. Nic exponit dictas ꝓpositiões fm tertiũ opinionẽ. z diuidit̃ in duas partes.in p̃mo exponit ꝓpositiones in secũda infert coꝛolariũ ex dictis ibi: Et q̃ fm habitũ. Circa p̃mũ tria facit. p̃mo exponit qualiter dicatur de⁹ factus homo.secũdo q̃ dicat̃ xp̃s predestinat⁹ ibi: Scõm istos xp̃s.tertio q̃ dicat̃ minoꝛ seipso ibi: Di etiã cũ dicit̃. ¶ Et q̃ fm habitũ. Nic cõcludit ex dictis q̃ homo p̃t denoiatiue predicari de deo vt dicat̃ de⁹ buma natus nõ aũt deus de hoĩe. z circa hoc duo facit. p̃mo ostẽdit q̃ nõ potest dici homo deificat⁹.secundo q̃ nõ p̃t dici homo dñicus ibi: Licet dicat̃ homo. ¶ Nic est q̃stio de locutionib⁹ exprimentib⁹ vnionẽ. Et p̃mo queriť de locutionib⁹ exprimẽtib⁹ vnionẽ per hoc verbuz est simpliciter.secũdo de his que exprimũt vnionẽ cũ hoc participio factus tertio de illis que exprimunt vnionẽ cũ hoc participio predestinatus.

Questio prima

Circa primũ querũť duo. primo de hac deus est homo z econuerso. secũdo de hac. christus est homo dominicus.

Ad primũ sic procedit̃. videť q̃ hec sit falsa deus est homo. magis enim cõueniunt que vniunť in personam z naturã vnã q̃ ea que vniunť in personaz z nõ in naturã vnã: sed anima z coꝛp⁹ vniũť in naturam z personã vnã: deus aũt z homo in personã z nõ in naturaz. Cũ ergo aĩa nõ possit p̃dicari de coꝛpoze nec econuerso: videtur q̃ de⁹ nõ possit predicari de hoĩe nec ecõuerso. ¶ Pmaioꝛ est vnitas triũ personarũ in natura dĩna: quã vnitas duarũ naturarũ in persona xp̃i: sz vna ꝓsona nõ predicat̃ de alia: ergo nec homo p̃dicat̃ de deo nec econuerso. ¶ Pnihil predicat̃ vniuoce de creatoꝛe z creatura: sz homo vniuoce predicat̃ in xp̃o z in nobis: ergo nõ p̃dicat̃ de deo. ¶ Pq̃cq̃d predicat̃ de deo aut est absolutũ aut relatiuũ: sz homo nõ est relatiuũ: quia nõ dicit̃ ad aliq̃d. Et p̃terea. predicat aliq̃d fm duas opiniones q̃ nõ cõuenit relatiuis q̃ fm Augu. nõ p̃dicant aliq̃d: sz ad aliquid. Nec p̃t predicari de deo tãq̃ absolutũ: quia absoluta que venũt in diuinã predicationẽ dicunť de trib⁹ personis q̃ nõ est de hoc noie homo: ergo non possum⁹ dicere q̃ de⁹ sit homo. ¶ Pquod predicat̃ aut predicat̃ per se: aut per accidẽs: sed homo nõ predicat̃ per se de deo: q̃ sic cõueniret omni supposito dĩne nature: nec iterũ predicat̃ per accidens: q̃ deo nihil accidit: ergo homo nullo mõ predicat̃ de deo. ¶ Pois predicatio vel est per essentiaz sicut hõ est aĩal: vel per inherentiã sicut homo est albus: vl̃ per causalitatẽ sicut dies est sol lucens super terrã: sz cum dicit̃ de⁹ est homo nõ est predicatio per causam vt sit sensus: de⁹ est causa hois: quia sic posset dici deus est leo vel stella: nec est p̃dicatio per inherentiã: q̃ humanitas nõ accidẽtaliter inheret deo: vt supra dictũ est: nec per essentiã: q̃ alia ẽ essentia hois z dei: ergo ꝓpositio est falsa. ¶ Pfm artem philosophi in p̃mo Thopi. quattuoꝛ sunt genera predicatoꝛ. s. essentiale nõ conuersum vt gen⁹: z essentiale cõuersum vt diffinitio: accidentale nõ cõuersum vt accidẽs: accidẽtale cõuersum vt ꝓpriũ sed nullo istoꝛũ modoꝛũ se habet homo ad deũ: vt patz per se: ergo nullo modo p̃t predicari de ipso. ¶ Ppropositio dicitur esse in materia remota q̃n forme significate sunt diuerse: sz forme significate per hoc nomẽ deus z per hoc nomen homo sunt diuerse maxima diuersitate: ergo hec propositio deus est homo est in materia remota: ergo est falsa q̃ in remota materia: oẽs affirmatiue sunt false. ¶ Sz cõtra Ro. ix. quoꝛũ patres ex quib⁹ xp̃s fm carnẽ qui est benedict⁹ in secula: sz xp̃s fm carnẽ nat⁹ est homo quidẽ: ergo homo est de⁹. ¶ Pber. dicit in li. de cõsi. tantã z tam expressam vim vnionis pfert illa persona qua deus z homo vn⁹ est xp̃s vt si alterũ de altero predices nõ erres: ergo de⁹ est homo z ecõuerso. ¶ Pquecũq̃ vni z eidẽ sunt eadem sibi inuicẽ sunt eadẽ: sz xp̃us est de⁹ z ipsemet est homo: ergo de⁹ est homo. ¶ Pquecũq̃ sunt vnũ fm suppositũ vnũ de altero predicat̃: sz idẽ est suppositũ dei z hois: vt dictuz est supra: ergo de⁹ est homo. ¶ R⁹ dicenduz q̃ hec ꝓpositio de⁹ est homo ab oĩb⁹ cõcedit̃: sz diuersimode a diuersis fm enĩ tertiã opinionẽ est predicatio per inherẽtiam: sicut cũ dicit̃ homo est alb⁹: q̃ ponit q̃ humana natura accidẽtaliter aduenit diuine: z adhuc est valde impꝛopꝛia ex duabus partib⁹. p̃mo q̃ partes humane nature vocat hominẽ scilicet coꝛpus z aĩam: q̃ impꝛopꝛie dicit̃: nõ enĩ ꝓpꝛie dicitur q̃ partes sunt totũ: sz q̃ totũ est ex partib⁹. vnde non ꝓpꝛie pt̃ dici q̃ aĩa z coꝛp⁹ sint homo secũdo: q̃ si etiam ꝓpꝛie hoc diceret̃: tñ cũ hec duo fm hanc opinionez aduenient filio dei quasi habit⁹ non p̃t homo ꝓpꝛie predicari de eo nisi denoiatiue: sicut nec vestis de hoĩe: sz dicitur homo vestit⁹: ita etiã hec opinio dicit q̃ dicit̃ homo: quia habet hoĩem z partes humane nature. vnde nõ ꝓpꝛie diceret̃ homo: sz humat⁹ sicut homo vestitus nõ vestis dicit̃. vnde est cõtra veritatẽ sacre scripture z ſymboli que deũ hoĩem factũ dicit z ꝓpter hoc est heretica. Scõm vero primã opinionẽ est predicatio per idẽtitatẽ nõ per informationem: deus enĩ supponit suppositũ eternũ: q̃ quidẽ nõ informatur per formã significatã per hoc nomẽ homo: sz informat̃ per ipsum suppositũ humane nature q̃ est aliud a supposito dĩne nature: z q̃ illa suppositа sunt eadẽ persona: rõne huius idẽtitatis potest fieri predicatio de se inuicẽ vt sit sensus deus est homo. id est ille scilicet xp̃s qui est homo: z ẽ similis modus p̃dicandi sicut cũ dicit̃: essentia est pater: q̃ essentia diuina est eadẽ fm rem cũ suppposito q̃ informat̃ paternitate: q̃uis ipsa paternitate nõ informet̃. ¶ Sz hoc nõ p̃t stare: q̃ hoc q̃ dicit duo suppositа esse eadẽ personã nõ potest intelligi nisi duob⁹ modis. p̃mo q̃ ex duobus

suppositis ꝺstituat vna persona: ⁊ sic neutrum illorum suppositoꝝ eēt illa psona: qz qꝺ ꝺstituit ex aliquib⁹ nō p̄dicat de illis vt dictū est. vñ expositiua ipsi⁹ de⁹ est hō. ſ. ille q̄ est de⁹ est hō: erit falsa q̄ntū ad vtrāq; partē: qz neq; de⁹ eēt illa psona: nec illa psona eēt de⁹. sed h̄ nō est intellect⁹ ei⁹: qz nō ponit psonā cōpositā sed simplicē. Alio mō pōt intelligi vt suppositū diuine nature sit illa psona simplex ſm rem. ⁊ illa psona simplex sit illud suppositus humane nature qꝺ ei aduenit p assumptionē. sed h̄ est oīno impossibile: cū implicet ꝺtradictiōez. ſ. qꝺ illud qꝺ aduenit sit distinctū in sua singularitate: ⁊ sit idē illi existēti cui aduenit. idē est enī qꝺ est ſm substantiā vnū: vnū aūt est in se indiuisum: ⁊ ab alijs diuisus. vñ suppositū humane nature qꝺ aduenit diuine psone eēt distinctū a diuina psona inq̄ntū est singulare per se ⁊ esset nō distinctū inq̄ntū est idē ei. vñ psona illa inuenit habere identitatē cū vno suppositoꝝ. ſ. cū supposito diuine nature: nō aūt cū supposito humane nature. ⁊ ꝓpter hoc expositiua hui⁹ locutiōis De⁹ est hō. ſ. ille q̄ est de⁹ est hō: est falsa q̄ntū ad alterā partē: qz illa psona nō est hō quāuis deus sit illa psona. vñ nō pōt eā verificare. ⁊ iō sola opinio secunda vera est q̄ verificat eā. pōt enī poni qꝺ cū dicit⁹ de⁹ ē hō: est p̄dicatio p̄ informationē eēntialē: qz ly de⁹ supponit suppositū psone filij: ⁊ hoc idē est suppositū humane nature p̄ illā naturā informatū ſm modū intelligēdi inq̄ntū subsistit in ea. vñ sicut hec est vera ⁊ ꝓpria Petr⁹ est hō: ita ⁊ ista De⁹ ē hō. est tū in h̄ differētia: qz in ista Petr⁹ ē hō: hō p̄dicat in eē subiecto rōne suppositi ⁊ rōne formе importate p̄ subiectū. sed in hac De⁹ est hō: p̄dicatū nō inest subiecto rōne formе significate p̄ subiectū. nō enī conuenit ei rōne diuinitatis: ſz rōne suppositi. hoc aūt sufficit ad h̄ qꝺ sit vera: qz ꝓpositio nō verificat rōne formе significate in supposito: ſz rōne suppositi: sicut p̄z infra. ¶ Ad primū ergo dicēdū qꝺ sicut aīa ⁊ coꝝp⁹ nō p̄dicant⁹ de se inuicē: sic nec diuina nā ⁊ humana. ſz de⁹ ⁊ hō nō tñ naturā: ſz etiā suppositū nature designāt. ⁊ iō possunt p̄dicari de se inuicē: sicut ex illa pte h̄is aīam ⁊ h̄is coꝝp⁹ p̄dicant⁹ de inuicē. ¶ Ad secundū dicēdū qꝺ ſm h̄ qꝺ psone diuine sunt vnū p̄dicant⁹ de se inuicē. dicit⁹ enī qꝺ nā p̄ris est nā filij. ſz qz nō sunt vnū in psona: iō nō ꝺa psona alia de se inuicē nō p̄dicant⁹. ⁊ silr h̄: qz nature sunt diuerse ⁊ psona eadē. ꝺa q̄ significāt vel supponūt psonas p̄dicant⁹ de se inuicē: nō aūt ꝺa q̄ significāt naturas tñ. ¶ Ad tertiū dicēdū qꝺ hō vniuoce p̄dicat⁹ de deo ⁊ alijs hoīb⁹. qꝺ aūt dicit⁹ qꝺ nihil dicit⁹ vniuoce de deo ⁊ creaturis: intelligēdū est de illis q̄ p̄dicant⁹ de ipso inq̄ntū est de⁹. ¶ Ad q̄rtū dicēdū qꝺ cū dicit⁹ de⁹ est hō ly hō q̄ntū ad formā significataz est absolutū. ſz q̄ntū ad suppositū habz relationē implicitā: supponit enī ꝓ psona filij dei. ¶ Ad q̄ntū dicendū qꝺ cū dr de⁹ est hō: de⁹ supponit psonā filij: ⁊ significat diuinitatē. ꝓpositio aūt nō verificat rōne significati: ſz rōne suppositi. ⁊ cū hoc suppositū sit subsistēs in humana nā: h̄ nomē hō ꝓ se p̄dicat⁹ de ipsa. vñ ſm qꝺ vera ē est ꝓ se p̄dicatio: sicut ista petr⁹ est hō. vñ nō sequit⁹ qꝺ possit predicari de oīb⁹ quib⁹ ineſt forma significata p̄ hoc nomē de⁹: qz nō est ꝓ se ex pte formе significate: ſz ex pte suppositi. ⁊ h̄ est singulare in ista materia: qz nunq̄z alibi inuenit⁹ qꝺ sit suppositū vnū eēntialiter in duab⁹ naturis subsistēs. ⁊ iō nō pōt dici qꝺ sit p̄ accīs sicut h̄ albū est hō. id enī qꝺ est p̄ se suppositū hoīs nō ē ps significationis hui⁹ noīs albū. Albū enī solā q̄litatē significat: cū nomen significet vnū. ex albedine aūt ⁊ subiecto nō fit vnū simpliciter: vñ h̄ nomē albū copulat suū subiectū q̄si extrīsecū. de⁹ aūt importat suppositū diuine nature: qꝺ etiā idē est humane nō q̄si extrinsecū: ſz sicut clausula in significatione hui⁹ noīs hō. ⁊ iō hec nō est ꝓ accidēs De⁹ ē hō: ſz hz aliq̄d simile cū illis q̄ sunt p̄ accīs inq̄ntuz p̄dicatū nō ineſt subiecto rōne formе importate p̄ subiectū. ¶ Ad sextū dicēdū qꝺ est p̄dicatio p̄ eēntiā: nō qꝺ diuinitas sit humanitas ſz qz suppositū diuine nature eēntialiter ē suppositū humane nature: ⁊ hoc significat locutio. ¶ Ad septimū dicendū qꝺ reducit⁹ ad p̄dicatū de genē: sicut ista Petr⁹ ē hō: qz eadē est rō veritatis in vtraq;. ¶ Ad octauū dicēdū qꝺ nō est in materia remota: ſz in materia naturali: quia ꝓpositio verificat⁹ non rōne nature: ſz rōne suppositi humane nature. nec ē simile in hoc ⁊ in alijs: qz in alijs ad diuersitatē naturarū sequit⁹ diuersitas in suppositis. vñ si forme sunt diuerse q̄ significant⁹ p̄ subiectū ⁊ p̄dicatū: suppositа nō p̄nt eē eadē. in xp̄o aūt sunt due nature ⁊ vnū suppositū.

Sed ad hoc opponiſ sic:xp̃s filiꝰ hois est.i. virginis:aut gratia: aut natura: vel vtro/ q; modo. Si vero natura:aut dina aut hu mana. Sed diuina nõ: ergo aut hũana natura aut nõ natura est filiꝰ hois.si nõ natura:ergo grã tm̃. ꝛ si natura humana:nõ ideo minꝰ per gratiã. Si er/ go gratia filiꝰ virginis ẽ adoptiuꝰ filius esse videſ ut idẽ sit naturalis filiꝰ patris ꝛ adoptiuꝰ filiꝰ vir/ ginis. Ad qõ dici põt xp̃m filiũ virginis esse ꝛ na/ tura uel naturaliter ꝛ grã: nec tñ adoptiuus filius ⁊ginis est:q; nõ per adoptionẽ:ſz per vnionẽ filiꝰ virginis esse diceſ. Filiꝰ enĩ virginis dicit eo q̃ in virgine accepit hoiem in vnitatem persone: ꝛ hoc fuit gratie:nõ nature. vnde Augustinꝰ sup Joãnẽ Qõ vnigenitꝰ est equalis patri nõ ẽ gratie: ſz natu re. Qõ aũt in vnitatẽ persone vnigeniti assumptꝰ est hõ:gr̃e ẽ: nõ nature. Xp̃s ergo nec dei nec hois est adoptiuꝰ filiꝰ:ſz dei naturaliter ꝛ hois naturali ter ꝛ gratia filiꝰ. Qõ vero naturaliter sit hois filiꝰ: Augꝰ. ostẽdit in li. de fide ad Petrũ. ille. ſ. deus fa ctus est naturaliter hois filiꝰ qui est naturaliter fi/ lius vnigenitꝰ patris dei. Qõ aũt nõ sit adoptiuꝰ filiꝰ:ꝛ tamẽ gratia sit filius ex subditis ꝓbaſ te/ stimonijs. Jeronymꝰ super epistolam ad ephesios ait:De xp̃o iesu scriptũ est: q; semper cũ patre fuit: ꝛ nũq; eum ut esset volũtas paterna preceſſit ꝛ ille quidẽ natura filiꝰ est:nos vero adoptione. ille nun q; filius non fuit nos anteq; essemus predestinati sumꝰ. ꝛ tũc ſpiritũ adoptionis accepimus quãdo credimꝰ in filiũ dei Hylarius quoq; in libro. iii. de tri. ait:Dominꝰ dicens:clarifica filiũ tuũ: non solo nomine conteſtatꝰ est ſe esse filiũ:ſed ꝛ ꝓprietate. Nos filij dei sumꝰ: sed non talis hic filiꝰ. Nic enĩ verus ꝛ ꝓprius est filius origine:nõ adoptione ve ritate non nũcupatione:natiuitate:non creatione. Augu. etiã super Joannẽ ait: Nos sumꝰ filij gra/ tia ꝛ non natura: vnigenitus aũt natura:nõ gratia An hoc etam in ipso filio ad hominẽ referendum est: Ita sane Ambrosius quoq; in lib. i. de tri. ait: Christus filiꝰ est nõ per adoptionẽ:sed per naturã per adoptionem nos filij dicimur:ille vero per ve ritatem nature est. Ex his euidenter ostenditur q̃ christus nõ sit filius gratia adoptionis Illa enim gratia intelligiſ cum Augu. eum nõ esse filiũ gra/ tia asserit. Gratia enim sed nõ adoptionis: immo vnionis filius dei est filius hominis:ꝛ econuerso.

¶Vtrum persona vel natura predestinata sit.

Dolinde si queritur vtrum predestinatio il/ la quã cõmemorat apostolus sit de perso/ na:an de natura. Sane dici potest ꝛ perso nam filij que semper fuit esse predestinatam scõm hominẽ assumptuz: ut ipsa scilicet ens homo esset dei filius:ꝛ naturam humanam esse predestinatã: ut verbo patris personaliter vniretur.

¶Postq; determinauit Magiſter. quid cõueniat vel nõ conueniat vni nature ex hoc q̃ est alteri sociata in persona christi. Nic determinat quid cõueniat ipſi persone christi ratione humane nature. Quid enim sibi conueniat ratione diuine nature dictũ est in primo libro diuiditur autem hec pars in duas. primo querit vtrũ conueniant christo ratio/ ne humane nature ea que ad dignitatẽ humane nature per tinere videẽt. in secunda de illis querit que pertinent ad de fectum diſ. xi. ibi: Solet etiam queri. prima in du. primo in quirit de illis que pertinent ad dignitatem naturalem hu/ mane nature: sicut est personalitas. secũdo de his que perti nent ad dignitatem gratie ibi: Si vero queriſ an christus sit adoptiuus filius: circa primum duo facit. primo monet questionem. secundo obiicit ad vtrãq; partem ꝛ soluit ibi: Q; enim persona sit: ꝛ hec pars diuiditur in d. scõm duas vias in quibꝰ ad propositã questionem argumentat. secũ/ da incipit ibi: Sed aliter nituntur. Circa primũ duo facit. primo ponit obiectionem. secũdo soluit ibi: Propter hec incõuenientia. Circa primũ duo facit. primo obiicit ad par tem affirmatiuã. secundo ad partẽ negatiuam ibi: Sed cõ tra si scõm q̃ homo. ¶Propter hec inconuenientia. Nic soluit: et circa hoc duo facit. primo respondet ad questio/ nem. secundo ad obiectionem ibi: Illud tamẽ non sequiſ.

¶Sed aliter nituntꝫ Dic ponit aliam obiectionẽ. ꝛ primo obiicit. scdo soluit ibi: Ad qd dici pōt. Si vero queritꝫ Dic inquirit de illis que pertinẽt ad dignitatẽ gratie. ꝛ pmo de filiatione ſm adoptionẽ. scdo de predestinatiõe ibi: Deinde ſi queritꝫ Circa primũ duo facit. pmo ostendit qꝫ xps nõ ſit filiꝰ adoptiuus. scdo obiicit in contrariũ ibi: Sed adhuc opponitꝫ: Et circa hoc tria facit. pmo ponit obiectionez. secũdo soluit ibi: Ad hoc dici pōt. tertio solutionis cõfirmationẽ quantũ ad duo. pmo quãtũ ad hoc qꝫ xps est naturalis filiꝰ virginis ibi: Quod vero naturaliter. scdo quãtũ ad hoc qꝫ nõ ſit filiꝰ per adoptionẽ ibi: Q; aũt nõ ſit filiꝰ adoptiuus. Dic est triplex qstio. pma qꝫ cõueniat xpo ſm qꝫ bõ scda de adoptione. tertia de predestinatiõe. Circa pmũ queruntꝫ duo. pmo vtrũ xps ſm qꝫ homo ſit deꝰ. scdo vtrũ xps ſm qꝫ homo ſit persona.

Ad pmũ sic procedit. videtꝫ qꝫ xps ſm qꝫ homo ſit deꝰ Phil. ij. dedit illi nomẽ qꝫ. gloſa inquantũ homo assumpſit nomẽ dei nõ vſurpatiue: ſz vere: ſz nomẽ qd habet vere: vere dicitꝫ de eo: ergo vere dicitꝫ qꝫ xpus ſm qꝫ homo est deꝰ. ¶P̃ xps est deꝰ per gratiã vnionis: ſz gratia vnionis nõ cõuenit ei: niſi ſm qꝫ est homo: ergo est deꝰ ſm qꝫ homo. ¶P̃ xps ſm qꝫ homo dimittit peccata: vt patet Math. ix. Ut aũt sciatis qꝫ filiꝰ hominis habet potestatem in terra dimittẽdi peccata. Sed hoc est tantũ dei: vt dicitur Isaie. xxxiij. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me: ergo ſm qꝫ homo est deꝰ. ¶Sed cõtra xps ſm qꝫ deus fuit ab eterno: ſi igitꝫ ſm qꝫ homo est deꝰ: ſm qꝫ homo fuit ab eterno qd falſum est. ¶P̃ deꝰ ꝛ homo ſignificãt naturas diſparatas: ſz in talibꝰ nõ potest vnũ eoꝝ ſm alterum alicui cõuenire: ergo xpus nõ est deus ſm qꝫ hõ. ¶Vlterius videtꝫ qꝫ nõ ſit deus ſm qꝫ iſte homo: omne enī quod ꝑdicatꝫ de altero ſm qꝫ aliquid: oportet qꝫ ſit diffinitio vel pars diffinitionis aut per ſe accidẽs illiꝰ ſm qꝫ ꝑdicatꝫ ſicut cũ dicitꝫ petrus ſm qꝫ homo est animal rõnale mortale vel ſm qꝫ homo est riſibile: ſz deus nullo dictoꝝ modoꝝ ſe habet ad iſtũ hominẽ: ergo hec est falſa xps ſm qꝫ iſte homo est deus. ¶P̃ xps ſm qꝫ deꝰ caret matre: ſi ergo xps ſm qꝫ iſte homo est deꝰ: ſm qꝫ iſte homo caret matre quod falſuz est. ¶P̃ remoto eo ſm qꝫ aliquid alicui cõuenit. vlteriꝰ nõ cõuenit ei: ſz remoto a xpo qꝫ ſit hic homo: adhuc conuenit ſibi eſſe deũ: qz ab eterno fuit deꝰ: nõ aũt ab eterno fuit hic homo: ergo xps ſm qꝫ hic homo nõ est deꝰ. ¶Sed contra ſicut ſupra dictũ est: iſta ꝓpoſitio iſte homo est deus nõ est ꝑdicatio accidẽtalis: ſz eſſentialis: ſz ꝑdicatũ eſſentiale pōt ꝑdicari de ſubiecto quocũqꝫ cũ reduplicatione: ſicut ſortes inquãtũ est homo est aĩal: qz aĩal per ſe de hoĩe predicatur ergo hec est vera xpus ſm qꝫ est hic homo est deꝰ. ¶P̃ hic homo demõſtrat ſuppoſitũ eternũ: ſz hec est vera xps ſm qꝫ est ſuppoſitũ eternũ est deus: ergo ꝛ hec est vera xps ſm qꝫ hic homo est deꝰ. ¶Vlteriꝰ videtꝫ qꝫ xps nõ ſit ꝑdeſtinatus ſm qꝫ homo: qd enī cõuenit petro ſm qꝫ homo oportz cuilibet hoĩ cõueniat: ſz eſſe ꝑdeſtinatũ nõ cõuenit cuilibet hoĩ: ergo nec cõuenit xpo ſm qꝫ homo. ¶P̃ effectꝰ predeſtinationis cõformiter reſpondet ꝑdeſtinationi: alias eſſet ꝑdeſtinatio falſa: ſz cum xps ſit predeſtinatꝰ eſſe filius dei: effectus huiꝰ predeſtinatiõis est eſſe filiũ dei: ſi ergo xpus ſm qꝫ homo nõ ē filiꝰ dei: nec ſm qꝫ homo est predeſtinatꝰ ¶Sed cõtra. xps est ꝑdeſtinatꝰ: vt dicit aplꝰ Ro. j. ſz non ſm qꝫ deus: vt patet ex dictis in. vij. diſ. ergo ſm qꝫ homo. ¶R° dicendũ qꝫ id qd in aliqua ꝓpoſitione reduplicatꝫ: cũ hoc qd dico ſm qꝫ est illud per quod predicatũ cõuenit ſubiecto: vnde oportet qꝫ aliquo modo ſit idẽ cũ ſubiecto ꝛ aliquo modo idẽ cũ ꝑdicato: ſicut medꝰ terminꝰ in ſilogiſmo affirmatiuo ad predicatũ quidẽ habet cõparationẽ: ſic ad id quod per ſe conſequitꝫ ipſum: nihil enī cõuenit alicui ſm qꝫ est animal niſi illud aĩali per ſe cõueniat: ſm quẽcũqꝫ modũ dicendi per ſe: ad ſubiectuz aũt cõparatꝫ: ſicut ad id quod aliquo modo includitꝫ in ſubiecto includitꝫ: autez in ſubiecto ipſa ſubſtãtia ſubiecti: ꝛ accidentia ſicut cauſe: ꝛ cõuenientia ſicut accidentia: ſubſtãtia autẽ ſubiecti est ꝛ ipſum ſubiectũ ꝛ natura eius: ꝛ rõne omnũ iſtoꝝ pōt aliquid attribui xpo ꝛ cuilibet homini: ſi enī aliqd attribuitꝫ homini ratione principioꝝ precedentiũ ſic dicimꝰ quantũ ad cauſam materialẽ qꝫ homo ſm qꝫ est cõpoſitũ ex contrariis est corruptibilis: quantũ ad cauſam formalẽ dicimꝰ qꝫ homo ſm qꝫ habet animam rationalẽ est ad imaginẽ dei: quantũ vero ad cauſam efficientẽ dicimꝰ qꝫ petrus ſcdm qꝫ natus de tali patre ē heres eius quãtũ aũt ad cauſam finalem dicimꝰ qꝫ homo ſm qꝫ ē ad beatitudinẽ ordinatꝰ oportet qꝫ ſit imortalis quãtũ ad aĩam: ſi aũt attribuatꝫ alicui homini aliquid rõne accidẽtiũ ſic dicimꝰ qꝫ homo ſm qꝫ ē colꝛatus est viſibilis: ſi aũt attribuatꝫ ſibi aliquid rõne ſuppoſiti ſic dicimꝰ qꝫ ſortes ſcdm qꝫ ſortes est indiuiduuz: ſi autẽ ratione nature ſic dicimꝰ qꝫ homo ſcdm qꝫ homo est animal. ¶Scdm hoc ergo dicenduz ad primã questionẽ qꝫ cum dicitꝫ: xps ſcdm qꝫ homo est deꝰ: ly homo potest replicari ratione nature: ꝛ ſic ē falſa: qz nature humane nõ ꝑ ſe cõuenit inquãtũ talis natura vt diuine vniatꝫ: ſi autẽ replicatꝫ ratione ſuppoſiti: cũ ſuppoſitũ hũane nature in xpo ſit ſuppoſitũ eternũ cui per ſe cõuenit eſſe deũ: erit vera: qz tũ hoc nomẽ homo nõ importat aliqd ſuppoſitũ determinatũ humane nature niſi per demõſtrationẽ adiunctã: ꝛ ſolum cuidã determinato ſuppoſito hũane nature conueniat per ſe eſſe deũ: ideo niſi aliquid aliud addatꝫ vel intelligatꝫ ſimpliciter nõ est cõcedendũ qꝫ xps ſcdm qꝫ homo est deꝰ. ¶Ad primũ ergo dicendũ qꝫ aſſumptio: vt ſupra diſ. v. dictũ est ſignificatꝫ per modũ motꝰ: cui aũt cõuenit per ſe moueri ad aliqd nõ cõuenit eſſe illud: ſicut nigro cõuenit per ſe moueri ad albedinẽ: nõ tñ cõuenit ei per ſe eſſe albũ: ſimiliter aſſumere nomẽ dei pōt conuenire xpo ſm qꝫ homo: et tñ eſſe deũ nõ cõuenit ei ſcdm qꝫ homo. ¶Ad ſecũdũ dicẽdũ qꝫ hoc nomẽ xps ſignificat perſonã in duabus naturis. vnde nõ cõuenit ei per gratiã qꝫ ſit deꝰ: ſz ab eterno: ſz qꝫ ſit filꝰ deꝰ ꝛ homo hoc ē per gratiã vnionis. Vel dicẽdũ qꝫ ꝗ̃ vnionis gra vnionis facit hoĩez deũ: non tñ ad idem referẽ gra vnionis ꝛ eſſe deũ: qz eſſe deũ cõuenit huic hoĩ rõne ꝑſone grã aũt ſit ei rõne nature: vñ ſm qꝫ hõ habet grãm vnionis ſi fiat reduplicatio rõne hũane nature: nõ aũt ſm qꝫ hõ est deꝰ: ſz ſm qꝫ talis ꝑſona. ¶Ad tertiũ dicẽduz qꝫ dimittere pctã ē dupliciter: vel ꝑ auctoritatẽ: ꝛ ſic cuz ſit ſoliꝰ dei: nõ ē xpi inq̃tũ est hõ ſi fiat replicatio rõne nature: vl ꝑ miniſteriũ: ꝛ ſic cõuenit xpo etiã rõne hũane nature. ¶Ad ſecũdã questionẽ dicẽdũ qꝫ ad hoc qꝫ aliqua ꝑdicatio ſit per ſe: nõ oportet qꝫ ꝑdicatũ per ſe cõueniat ſubiecto ſm oẽ quod in noĩe ſubiecti implicatꝫ: ſz ſufficit ſi ſm aliqd eoꝝ per ſe ſibi cõueniat: ſicut rõcinari per ſe cõuenit hoĩ nõ inquãtũ habz coꝛpꝰ: ſz inquãtũ aĩam habet. vñ hec ē per ſe: hõ rõcinatꝫ: cũ aũt dicitꝫ iſte hõ demõſtrato xpo includitꝫ ex vi demonſtrationis ſuppoſitũ determinatũ hũane nature qd ē ſuppoſitũ eternũ ſcdm ſecũdã opinionẽ cui ſuppoſito per ſe conuenit eſſe deũ. vñ hec est per ſe ſcdm ſecũdã opinionẽ: iſte hõ est deꝰ: ꝛ qz ad veritatẽ huiuſmodi locutionũ nõ exigitꝫ niſi qꝫ ꝑdicatũ per ſe ꝺueniat ei qd̃ replicatꝫ: iõ hec ē vera: xps ſm qꝫ iſte hõ est deꝰ. ¶Ad pmũ ergo dicẽdũ qꝫ ſicut aliqd est de diuiſione ſpeciei qd nõ est de diuiſione generis: ita aliqd eſſet de diuiſiõe indiuidui ſi diffiniretꝫ qd nõ ē de diuiſione ſpẽi: ſic̃ pars materie: vt dicit phꝰ in. vij. Metha. vnde licet deꝰ nõ ſit pars diffinitiõis hoĩs: eſſet tñ pars diuiſionis huiꝰ hoĩs xpi ſi diffiniri poſſit rõne ꝑſone vbi. vñ ꝑz qꝫ est ꝑ ſe. ¶Ad ſcdm dicẽdũ qꝫ cũ dr̃ iſte hõ demõſtratꝫ ſuppoſitũ duarũ nãrũ quaꝝ vtraqꝫ caderet in diffinitiõe eiꝰ ſi diffiniri poſſet: ꝛ ideo ea ꝙ̃ ſunt vtriuſqꝫ nature ꝑ ſe ei cõueniũt: ꝛ ideo xps ſm qꝫ iſte hõ ē deꝰ ꝛ ſm qꝫ iſte hõ est hõ: et filꝰ rõ est de illis que cõſequũtꝫ ad alterã naturã. vñ ſcdm qꝫ iſte homo est habens matrẽ ꝛ carens matre: nec vnũ excludit aliud cũ nõ ſint oppoſita: qz nõ cõueniunt ſcdm idẽ.

¶ Ad tertiū dicēdū q remoto a xp̄o toto hoc q̄ importatur cū dicit iste homo: nō cōueniet ei esse deus: q̄ includit ibi natura dīna ⁊ humana: vt dictū est: ſz remota altera. ſcz humana natura: ſequit q fili⁹ dei nō possit dici iste homo rōne tū illius. ſ. humane nature nō verificat p̄dicta locutio ⁊ est sic̄le sicut si dicat: petr⁹ inquantū homo sentit: q̄ remoto rōnali per intellectū nō erit homo ⁊ remanebit senticns: vt dicit in li. de causis. ¶ Ad tertiam questionē dicēdū q q̄ p̄destinatio importat āntecessionē: ideo per cōsequēs includit factionē: q̄ oē q est posteā nō fuit dicit factus. vnde dicit aliq̄s p̄destinat⁹ inquātū huius est fieri btūs: omnia aūt que factionē importāt ⁊ motū: cōueniūt per se ei q̄ō accidit ad terminū: cui tū per se nō cōuenit esse in termino sic̄ moueri ad albedinē per se cōuenit nō albo cui nō cōuenit esse albū: predestinatio aūt que de xp̄o dicitur est respectu gratie vnionis fm quā factū est vt homo esset de⁹ cuius factionis termin⁹ est esse deū. Accedēs aūt ad terminū est q̄ assumit ad vnionē. ſ. humana natura: ⁊ ideo rōne humane nature cōuenit xp̄o esse p̄destinatū: non aūt esse deū. vñ hec est vera: xp̄s fm q homo est predestinat⁹: hec aūt est falsa: xp̄s fm q homo est de⁹. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q ratio illa ꝓcedit de illis que cōueniūt alicui rōne humane nature fm rationē speciei: ſz predestinari conuenit xp̄o rōne humane nature particulate in ipso. vnde obiectio nō est ad ꝓpositū. ¶ Ad secūdū dicēdū q effect⁹ p̄destinationis respōdet p̄destinationi cōformiter q̄tū ad id de quo est predestinatio nō aūt q̄tū ad cōditiones p̄destinationis: q̄ p̄destinatio est eterna: effect⁹ aūt est tēporalis: ⁊ sic est in ꝓposito q̄ xp̄us nō est p̄destinat⁹ vt sit fm q homo fili⁹ dei: ſz ipsa p̄destinatio cōuenit ei fm q homo. vnde patz q huiusmodi locutiōes sunt vtplices ex hoc q implicatio pōt ferri ad hoc quod est predestinatū vel ad hoc quod est esse filiū dei de quo est predestinatio.

Ad secundū sic ꝓcedit. videt q xp̄s fm q homo sit persona: persona enī vt dicit Boeti⁹ est rōnalis nature indiuidua substantia: ſz xp̄us fm q homo est huiusmodi: ergo fm q homo ē persona. ¶ P̄ q̄ō cōuenit alicui fm q homo cōuenit omni hoī fm q est homo: ſz petrus fm q est homo est persona: ergo ⁊ xp̄s. ¶ P̄ dicimus q xp̄us fm q homo aliq̄d operat⁹ est: sicut q Lomedit. Et similiter fm q de⁹ sicut q mortuū suscitauit: nec sequit ꝓpter hoc q xp̄us sit duo: ergo videt siliter q si dicam⁹ xp̄m fm q hoiem esse personā: ⁊ siliter fm q deū q non sequit ipsum esse duo: ⁊ ita nullū aliud incōueniens. ¶ Sed contra quicquid cōuenit xp̄o fm q homo: hoc est assumptuz: ſz persona nō est assumpta: vt ex quinta distinctione patet: ergo xp̄s nō est persona fm q homo. ¶ P̄ impossibile est q idē numero cōueniat alicui fm duas diuersas naturas: ſz in xp̄o est tantū vna persona: ergo cū fm naturā diuinaz cōueniat ei esse personā: fm naturā humanā non cōueniet ei: ⁊ sic nō erit persona inquātū est homo. ¶ Ulterius videt q sit fm q homo indiuiduū: xp̄s enī fm q homo ē aliquid: ſz nō est aliquid vniuersale: ergo est aliq̄d particulare: ergo fm q homo est indiuiduuz. ¶ P̄ in indiuiduo nihil est nisi natura speciei ⁊ accidētia indiuiduātia ipsam: ſz xp̄s fm q homo habet naturā humanā ⁊ accidētia indiuiduātia ipsum: ergo fm q homo est indiuiduū. ¶ P̄ q̄cq̄d cōuenit nature humane: cōuenit xp̄o inquātū est homo: fic̄ esse passibile ⁊ mortale: ſz humana natura in xp̄o est q̄dā indiuiduū: ergo xp̄s inquātū homo est indiuiduū. ¶ Sed cōtra. indiuiduū in genere rōnalis nature nihil aliud est q̄ persona: ſz xp̄s fm q homo nō est persona: ergo nec indiuiduū. ¶ Ulteri⁹ videt q xp̄s fm q homo est suppositum: vel res nature: suppositū enim vel res nature dicit aliq̄s ex hoc q habet naturā hūanā: ſz xp̄us fm q homo habet humanā naturā: ergo fm q homo est suppositū vel res nature. ¶ P̄ humana natura: ita vere est in xp̄o: sicut accidētia humane nature: ſz xp̄s fm q homo est subiectū accidentiū humane nature: ergo ⁊ fm q homo est suppositum vel res nature. ¶ P̄ xp̄s fm q homo est res quedam: ſz nō est res nullius nature: ergo est fm q homo res nature. ¶ Sz contra suppositū humane nature est idē q ypostasis vel p̄sona sed xp̄s fm q hō nō ē ypostasis vel p̄sona: g̃ nec suppositū vl̄ res nāe. ¶ P̄ in xp̄o est tātū vnū suppositū: ſz xp̄s fm q de⁹ ē suppositū g̃ nō fm q hō ē suppositū ¶ B⁹ dicēdū ad p̄mā q̄stionē q in xp̄o nō est nisi vna persona q̄ est ab eterno: nullū aūt eternū cōuenit xp̄o fm q homo ꝓprie loquēdo: vt patz ex p̄dictis. vnde hec nō est vera xp̄s fm q homo est persona nisi repliceť suppositū hois vt dicat xp̄s fm q iste homo est persona: hoc enī verū est. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q xp̄s fm q homo est substātia rōnalis nature: sed fm q iste homo est indiuidua substantia rōnalis nature. vnde fm q iste homo est persona: sicut fm q iste homo est deus. ¶ Ad secūdū dicēdū q etiā nec petr⁹ inquātū homo est persona. ſz fm q iste homo: q̄ hec nō est per se homo ē persona: ſz hec iste homo est persona. ¶ Ad tertiū dicēdū q ex hoc q xp̄s operat⁹ est fm q homo ⁊ fm q de⁹. sequitur q in xp̄o sint due operatiōes: ita etiam si xp̄us esset persona fm q homo ⁊ fm q de⁹ sequeret q in ipso essent due persone. ¶ Ad secūdā questionē dicēdū q sicut supra dis. vj. dictū ē indiuiduū inuenit in substātijs ⁊ accidētib⁹: fm aūt q in substātijs est: habet de rōne sui q sit subsistēs: nō aūt fm q in accidētib⁹ inuenit ⁊ vtroq̄z modo inuenit in xp̄o: tamē alterū tantūmodo p̄dicat: humana enī natura in xp̄o est quoddā indiuiduū: ſz xp̄s nō est illud indiuiduum ſz est indiuiduū subsistens: ⁊ hoc modo accipiendo indiuiduum fm q de xp̄o predicat: est in xp̄o vnuz tantū indiuiduū sicut ⁊ vna persona. vnde sicut xp̄us nō est persona fm q homo: ita nec indiuiduū. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q xp̄s fm q homo ē aliquid: nō tū sequit: ergo fm q homo est aliquid vniuersale vel particulare: quia homini accidit esse vniuersale vel particulare. vnde hec ē per accidens: homo est aliquid particulare hec aūt per se: iste homo ē aliq̄d particulare. vnde xp̄s nō est aliq̄ō particulare fm q homo ſz fm q iste homo. ¶ Ad secundū dicendū q de rōne indiuidui fm q de xp̄o p̄dicat est q sit per se subsistens: ⁊ hoc nō cōuenit xp̄o fm q homo: ſz fm q hic homo. vnde non oportet q sit indiuiduū fm q homo. ¶ Ad tertiū dicēdū q ea que cōueniūt humane nature nō oportet q eodē modo quo de natura predicant de xp̄o predicēť: q̄ ipsa natura de eo nō predicat in recto ⁊ in abstracto: ſz oblique vel cōcretiue. vnde nō sequit: ſi hūana nā ē indiuiduū: q xp̄s fm q homo sit indiuiduū: ſz q habeat indiuiduā naturaz. ¶ Ad secundā questionē dicendū q in ꝓpositionib⁹ per se aliter est ex parte subiecti ⁊ ex parte p̄dicati: q̄ ex parte subiecti sufficit q fm vnū tantū coz que in subiecto continent: p̄dicatū per se subiecto cōueniat: ex parte aūt p̄dicati oportet q quicq̄d est in p̄dicato: per se conueniat subiecto. vnde hec nō est per se: homo est aīal albū. hec aūt est per se albus homo est aīal scōm hoc dico q in hoc q dico suppositū vel res nature duo important. ſ. respect⁹ ad naturā cōmunē: ⁊ aliud subsistēs cui ineſt respect⁹ ille: quozū vnum ineſt xp̄o fm q homo. ſ. respectus ad naturā cōmunē: non aūt alterū: vt patet ex p̄dictis: ⁊ ideo hec est falsa: xp̄s fm q homo est suppositū vel res nature: tū magis accedit ad veritatē q̃ aliqua p̄dictarū inquātū ista noīa imponunt per respectū ad naturā cōmunē. vnde si suppositū sumat adiectiue: est vera: xp̄s enī fm q homo supponit humane nature: vel est aliq̄ō suppositū humane nature: ⁊ hoc etiā valet ad ea que dicta sunt de p̄sona ⁊ indiuiduo: ⁊ per hoc etiam patet solutio ad p̄mū. ¶ Ad secūdū dicendū q q̄ accidētia nō pertinēt ad esse rei sicut natura cōis: ideo in noīe subiecti nō includit nisi respect⁹ ad accidēs: non aūt ratio per se existētis vt significatū ei⁹: sed sicut p̄suppositū: ⁊ ideo nō est similis ratio de subiecto ⁊ supposito. ¶ Ad tertiū dicēdū q xp̄s fm q homo est quedā res ⁊ etiā fm q homo est

alicuius nature: non tamen sequitur q̄ sit res nature ſm q̄ bō: q̄ plus est in significatione cōpositi q̄ in significationibus componētiū: quod ⁊ in istis accidit: sicut nō oīs arma gerens est armiger. ¶ Questio secunda.

Deinde queritᵉ de filiatione per adoptionē. Et circa hoc queruntur duo. Primo queritᵉ de ea ex parte adoptantis. Secūdo ex parte adoptati.

Ad primū sic ꝓcedit. videtᵉ q̄ deo nō competat aliquē in filiū adoptare. adoptio enī est alicuⁱ extranee psone in filiū vel nepotē vl deinceps legittima assumptio. sed deo non est aliq̄ psona extranea: q̄ oēs ipse condidit: ergo ei nō cōpetit adoptare. ¶ Ꝑ apud nos adoptans nō est principiū essendi adoptato: sed deus est oībus principiū essendi: ergo nō cōpetit ei aliquē adoptare. ¶ Ꝑ ille qui filios naturales habet nō adoptat aliquē nisi vt cōdiuidat hereditatē cū filijs naturalibᵍ. sed hereditas dei patris indiuisibilᵉ est: quia est ipsemet: ergo cū ipse habeat naturalem filiū nō competit ei aliquē adoptare. ¶ Sed ⁊tra. Adoptio ⁊tingit ex benignitate adoptantis ad adoptatū: sz deus maxime benignⁱ ⁊ amatoꝛ est hominū: ergo ipsi maxime cōpetit adoptare. ¶ Ꝑ quodcūq̄ facit aliquos filios ꝓ gratiā adoptat. sed hoc deo competit Jo.j. Dedit eis potestatē filios dei fieri. ergo ipse adoptat. ¶ Ulteriⁱ videtᵉ q̄ adoptare sit tñ dei patrⁱ: q̄ ſm leges illiⁱ est adoptare cuiⁱ est filios generare. sed soliⁱ patris in trinitate est filiū generare naturalem: ergo eiⁱ solius est filios adoptare. ¶ Ꝑ ꝓ adoptionē efficimur frēs xp̄i Hebꝛe.ij. vt sit ipse primogenitus in multis fratribᵍ. sed xp̄s non est filiⁱ nisi dei patris: vt supꝛa di.iiij. dictū est: ergo ⁊ nos p adoptionē soliⁱ p̄ris filij sumⁱ. ¶ Ꝑ sicut supꝛa di.j. dictū est: ideo solus filiⁱ incarnatus est ne nomen filij transiret ad alterū. sed nō est magis inconueniēs nomē filij transire ad aliā psonā q̄ nomē patris: ergo non debet dici adoptare nisi deus pater: ne nomen patris ad aliā psonā trāseat. ¶ Sed ⁊tra. omne nomē effectū significans in creatura dictū de deo est cōmune toti trinitati. sed adoptare importat effectū in creatura: ergo toti trinitati cōpetit. ¶ Ꝑ ſm hoc q̄ adoptamur in filios dei deus pater noster dicitᵉ. sed tota trinitas dicitᵉ pater noster sicut in.j.li.di.xviij. dictū est: ergo totiⁱ trinitatis est adoptare. ¶ Ulteriⁱ videtᵉ q̄ p filiū tñ fiat adoptio ꝓ hoc q̄ dicitᵉ ad Gala.iij. Misit deⁱ filiū suū factū ex muliere vt adoptionē filioꝝ reciperemⁱ. ¶ Ꝑ ſm pḥm.ij.metha. illud q̄ est primū in quolibet genere est causa eoꝝ que sunt post. sz filiatio primo inuenitᵉ in filio: ergo p ipm oēs efficimur filij: sicut p bonitatē filij dei oēs efficimur boni. ⁊ sic ex patre celesti oīs paternitas in celo ⁊ in terra noīatᵉ ad Ephes.iij. Sed videtᵉ q̄ fiat p spiritū sanctū ꝓ hoc quod dicitᵉ Ro.viij. Accepistis spiritū adoptiōis filij in quo clā.abba pr̄. ¶ Ꝑ ꝓ charitatē efficimur filij dei.j. Jo.iij. Videte eq̄lē charitatē dedit nobis deⁱ vt filij dei nominemur ⁊ simus. sz charitas est spūssanctⁱ: ergo p ipm adoptamur. ¶ &ᵒ dicēdū ad primā questionē q̄ adoptatio transfertᵉ ad diuina ex similitudine humanoꝝ. hō enī dicitᵉ aliq̄d in filiuz adoptare ſm q̄ ex grā dat ei ius pcipiende hereditatis sue: cui p naturā nō cōpetit. hereditas aūt hois dicitᵉ illa q̄ hō diues est. id autē quo deⁱ diues est est pfruitio suiipsiⁱ: q̄ ex hoc beatⁱ est: ⁊ ita hec est hereditas eiⁱ. vñ inq̄ntū hoīⁱ q̄ ex naturalibᵍ ad illam fruitionē puenire nō pñt dat gratiā p quā hō illā bti tudinē meretᵉ vt sic ei cōpetat ius in hereditate illa ſm h̄ dicitᵉ aliquē in filiū adoptare. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ quāuis nulla psona sit sibi extranea q̄ntū ad eē q̄ ab ea pticipat: est tñ sibi extranea aliq̄ psona q̄ntū ad ius percipiēde hēditatⁱ. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ ex hocipso q̄ aliqs hō ex alio nasciᵉ habet ius in hereditate paterna: vnde nō est extraneⁱ vt adoptari possit: sed nō ex hoc q̄ aliqs hz eē a deo cōpetit sibi ius in hereditate celesti. ⁊ iō pōt q̄ hz esse a deo p creationē ab eo p gratiā in filiū adoptari. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ accedit adoptioni q̄ est apud nos vt p eā diuidatᵉ hereditas inquantum a multis simul tota haberi nō potest sed hereditas celestis tota simul habeᵉ a patre adoptāte: ⁊ ab oībᵍ filijs adoptatis: vnde nō ē ibi diuisio nec successio. ¶ Ad secūdā q̄nē dicēdū q̄ adoptare conuenit toti trinitati: q̄ vna est optio totius trinitatis: sicut ⁊ vna eēntia. sz tñ pōt appꝛopꝛiari patri inq̄ntū habet filiⁱtudinē cū ꝓpꝛio eiⁱ. ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ quāuis sit soliⁱ patris generare filiū q̄ sit deus: tñ totiⁱ trinitatis est ꝓducere filios p creationē. ⁊ ideo est etiā totiⁱ trinitatis p gratiā filios adoptare. ¶ Ad secundū dicendū q̄ ex adoptione q̄ est p gratiā efficimur frēs xp̄i inq̄ntū p hoc efficimur filij dei patris: non aūt inq̄ntū efficimur filij xp̄i vel spūssancti. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ filiatio est relatio eiⁱ quod est a principio. paternitas aūt est relatio principij: tota autē trinitas est principiuz creature: vnde magis pōt trahi nomē paternitatis ad alias psonas respectu creature q̄ filiationis nomē. ¶ Ad tertiaz questionē dicēdū q̄ hec prepositio p pōt denotare duplicē cām. s. agentē mediā: ⁊ sic sumⁱ adoptati a deo patre p filiū vt a ꝓpꝛietate loq̄mur: q̄ p eū deus pater multos filios in gloriā adduxit: vt dicitᵉ ad Hebꝛe.ij. ſm q̄ eum misit in mūdū saluatoꝛē. pōt etiā notare formalem cām: ⁊ hoc dupliciter vel inherentē vel exemplarē. si inherentē: sic adoptati sumⁱ per spiritū sanctū cui appꝛopꝛiatᵉ charitas ſm quā formaliter meremur. Ideo dicitᵉ Ephesⁱ.j. Signati estis spū ꝓmissionis sancto qui est pignⁱ hereditatis vestre. si vo designat cām exēplarē formalē: sic sumⁱ adoptati p filiū. vñ Ro.viij. Quos prescisit ⁊ formes fieri imaginis filij sui ⁊c. Et p hoc patet responsio ad obiecta.

Ad secundū sic procedit. videtᵉ q̄ oībᵍ creaturis conueniat adoptari. deⁱ enī dicitᵉ pater noster qui creauit nos: sicut dicitᵉ Deu.xxxij. Nūquid nō ipse est pr̄ tuus ⁊c. sed nō est pater creaturarū p naturā: q̄ sic soliⁱ xp̄i pater est: ergo est pater p adoptionē: ergo oībᵍ creaturis cōuenit adoptari. ¶ Ꝑ ex hoc q̄ deⁱ aliq̄d creat assumit illud in cōicationem suoꝝ bonoꝝ ex mera sua bonitate. sed nihil aliud videtᵉ eē adoptio: ergo cuilibet creature conuenit adoptari. ¶ Ꝑ ex ipsa creatione deⁱ imꝑimit rōnali creature imaginē suā ſm quā dicitᵉ filiⁱ dei. sed nō adoptat nos nisi inq̄ntū nos filios suos facit: ergo ex ipsa creatione ad minⁱ hoīes adoptat. ¶ Sed ⁊tra. sicut ex dictis patet adoptio filioꝝ fit p spiritū sanctū. sz nō datᵉ spūssanctⁱ rōne creationis ergo nec adoptio est rōne creationis tñ. ¶ Ulteriⁱ videtᵉ q̄ nec angelⁱ conueniat adoptari: q̄ illi conuenit adoptari q̄ nō est in domo pr̄ifamilias ⁊ in ipsam inducitᵉ. sz angeli semp fuerūt in domo dei: q̄ in celo empireo creati sunt: ergo eis nō conuenit adoptari. ¶ Ꝑ sicut in lr̄a dicitᵉ: nos ideo filij dei adoptiui dicimur: q̄ cū nati fuerimⁱ filij ire p gratiā facti sumⁱ filij dei. sz angeli nunq̄ fuerūt filij ire: ergo nunq̄ fuerūt nō filij ad minⁱ ſm illos q̄ dicūt q̄ angeli fuerūt creati in gr̄a: ergo angelⁱ nō conuenit adoptari. ¶ Ꝑ Gala.iiij. dr̄ Misit deⁱ filiū suū vt adoptionē filioꝝ recipemⁱ. sz ad angelos nō fuit missus filiⁱ dei: q̄ nō est factⁱ angelus sicut ē factus hō: ſm quē modū ad hoīes missus dicitᵉ: ergo angelⁱ nō conuenit adoptari. ¶ Sz cōtra. p̄spū sanctū q̄ hoībᵍ datᵉ dicuntᵉ hoīes adoptari: vt patet ex dictis. sed spūssanctⁱ habitat in angelⁱ sicut etiā in hoībus: ergo angelis sicut ⁊ hoīes dicūtᵉ adoptari. ¶ Ꝑ angeli dicuntᵉ frēs ⁊ cohortes nr̄i. sz h̄ nō ē nisi ſm q̄ ab eodē pr̄e ⁊ ad eādē hēditatē nobiscū sunt adoptati: q̄ eis conuenit adoptari. ¶ Ulteriⁱ videtᵉ ēt q̄ xp̄s sit filiⁱ adoptiuⁱ: q̄ Hyl. dicitᵉ ꝓtāt dignitas nō amittitᵉ dū carnis humanitas adoptatᵉ. ⁊ loquitᵉ de humanitate xp̄i: ergo xp̄s ſm q̄ hō est filiⁱ adoptiuⁱ. ¶ Ꝑ nō videtᵉ seq̄ aliq̄ inconueniēs si dicamⁱ xp̄m filiū adoptiuū. neq̄ enī sequitᵉ fuerit filiⁱ ire: neq̄ q̄ aliūde fuerit nō filiⁱ: q̄ angeli nunq̄ filij ire fuerūt: ⁊ tñ dicuntᵉ filij adoptiui; ergo nihil ꝓhibet xp̄m dicere filium adoptiuuz. ¶ Ꝑ maioꝛ est dignitas filij adoptiui q̄ serui. sz xp̄s ſm q̄ hō dicitᵉ seruⁱ: vt pz Phil.ij. ergo multo fortiⁱ pōt dici filiⁱ adoptiuus. ¶ Ꝑ inbabita

tionem spiritussancti homo efficitur filius adoptiuus. sed sup xpm reqeuit spūssanct⁹: vt dicit Isa. xj. ergo ipse debet dici fili⁹ adoptiu⁹. ¶ Aug. in li. de vocatiōe scōr: Ea gra fit ab initio fidei hō q̄cūq; xpian⁹: q̄ gra ille hō fact⁹ ē xps. sz quicūq; hō fit ab initio xpian⁹ fit p gratiā adoptionis: ergo z ille hō fact⁹ est xps p gratiā adoptionis: z ita est filius adoptiu⁹. Sed otra. sup illo Ro. j. Qui pdestinat⁹ est filius dei in virtute dic Ambro. Uolui z reuolui scripturas: xpm nunq; filiū adoptiuū inueni: ergo nō est dicēd⁹ fili⁹ adoptiuus. ¶ Ad hoc dicendū q; adoptare toti⁹ trinitatis est. si ergo xps eet filius adoptiu⁹ eet fili⁹ trinitatis: qō ee nō pōt: vt supra di. iiij. octū est. ¶ R° dicēdū ad primā questionē q; sicut supra di. viij. dictū est. de rōne filiationis est vt fili⁹ ,producat in filitudinē spēi ipsi⁹ generātis. hō aūt inq̄ntū p creationē ,producit in pticipationē intellect⁹ ,producit q̄si in filitudinē spēi ipsi⁹ dei: qz vltimū eoz fm q̄ natura creata pticipat filitudinē nature increate est intellectualitas: z ideo sola rōnal creatura dicit ad imaginē: vt in. ij. li. di. xvj. dictū est. vñ sola rōnalis creatura p creationē filiatiōis nomē adipiscit. sed adoptio vt dictū est reqrit vt adoptato ius acqrat in hereditatē adoptantis. hereditas aūt ipsi⁹ dei est ipsa sua btitudo: cui⁹ nō est capax nisi ipsa rōnal creatura: nec ipsi acqrit ex ipsa creatione: sz ex dono spūscī: vt dictū est. z ideo patet q; creatio irrōnabilib⁹ creatur| nec adoptionē nec filiationē dat. creature aūt rōnali dat quidē filiationē sz nō adoptionē. ¶ Ad pmū ergo dicendū q; filiatio p adoptionē addit supra filiationē p creationē sicut pfectū supra diminutū: z sic gra sup naturā. vñ p creationē hō nō efficit fili⁹ natural nec; adoptiuus: sz tñ dicit fili⁹ creatione: creature aūt irrōnales nullo modo. ¶ Ad secundū dicendū q; cōicatio quozūcūq; bonoz nō sufficit ad adoptionē: sz cōicatio hereditatis. vñ nec aliq̄ creatura dicit adoptari ex hoc q; sibi aliq̄ bona cōicantur a deo nisi cōicet ei hēditas q̄ est diuina btitudo. ¶ Ad tertiū dicendū sicut ad primū. ¶ Ad secundā questionē dicendū q; btā fruitio sicut excedit naturā humanā: ita z naturā angelicā. vñ sicut hoc hoī dat ex gra: z non ex debito sue nature: ita angelo. z propter hoc sicut cōpetit hoī adoptari: ita z angelo. ¶ Ad pmū g̃ dicendū q; dom⁹ dei inq̄ntū filij adoptiui inducunt nō dicit celū empireū: sed ipsa btitudo diuina fm quā de⁹ in semetipso quiescit: z facit alios in se quiescere: z in hac domo nō semp fuerūt: qz nō fuerūt creati beati. ¶ Ad secūdū dicendū q; accidit adoptioni q; adoptat⁹ fuerit fili⁹ ire: vel q; fuerit pri⁹ tpe nō fili⁹. vñ ponit in lra magis ad euidentiā adoptionis q̄s ad necessitatē. sz hoc est de necessitate adoptionis vt pri⁹ natura sit nō fili⁹ q̄s filius vt filiatio sibi ex nā sua nō cōpetat: sz ex gra q̄ncūq; collata. z hoc bene inuenit in angelo. ¶ Ad tertiū dicendū q; quātus missio filij in carnez nō fuerit facta ad angelos: fuit tñ facta ad eos missio q̄ est in mentē vt in. j. li. di. iij. dictū ē. ¶ Ad tertiā questionē dicendū q; xps nullo mō dicēd⁹ est fili⁹ adoptionis: qz ei cōpetit ex sua natura fm quā eternaliter a pre nascit habere ius in hereditate paterna: qz oīa q̄ habet pater sua sunt: vt dicit Jo. xvj. vñ hoc ius non acqrit ei p gratiā aduenientē vt possit dici fili⁹ adoptiuus. ¶ Ad primū ergo dicendū q; humanitas adoptat nō in ipso capite sz in membris ei⁹. z sic intelligēdū est verbū Dyl. vel dicēdū q; etsi adoptio aliquo modo possit dici de natura creata q̄ p gratiā trahit in pticipationē diuine bonitatis in vnitatē diuine psone: nō tñ oportet q; supposito cōueniat cui naturaliter ouenit ee beatū. ¶ Ad secundū dicendū q; sequit hoc inconueniēs q; xps ad min⁹ natura vl intellectu eet pri⁹ nō filio q̄s fili⁹: sicut est de angel: qō nullo mō stare pōt q̄ntū ad secundā opinionē q̄ ponit q; nullū supposītū preintelligit vnioni nec filiatio cōuenire pōt nisi supposito pfecto. ¶ Ad tertiū dicendū q; xps cū dicit seru⁹ importat subiectionē tñ. vñ xps fm q; hō dicit seru⁹ sicut z minoz pre. nō aūt importat acqsitionē p gratiā ei⁹: qō ei ouenit p naturaz sicut fili⁹ adoptiu⁹. z ideo nomē seruitutis aliquo mō cōcedit in xpo: nō aūt nomē adoptionis. ¶ Ad q̄rtū dicendū q; alijs hoīb⁹ p spiritū sanctū inhabitantē acqrit ius in hereditate celesti de nouo q̄ eis non competit p naturā sicut filio dei cōpetit. vñ p spūm sanctū inhabitantē nō dicit adoptari. ¶ Ad quintū dicendum q; est silitudo q̄ntū ad rationē gre: qz vtraq; est sine meritis pcedētib⁹. nō aūt q̄ntū ad effectū: qz illa ē gra vnionis fm quā efficit natural fili⁹. sz gra q̄ homo fit xpian⁹ nō facit filiū naturalē: sed tñ adoptiuū.

¶ Questio Tertia.

Deinde queritur de predestinatiōe xpi: Et videt q; nō sit de natura sz de psona. pdestinatio enī xpi est ad filiationē: qz pdestinat⁹ est fili⁹ dei in virtute Ro. j sz filiatio nō cōpetit nature: ergo pdestinatio nō est de natura. ¶ Pr ei⁹ videt pdestinari cui⁹ est agere: qz ei⁹ est etiā felicitari. sz agere est suppositi z nō nature: ergo pdestinatio nō ē de natura. ¶ Pr humana natura est vni⁹ rōnis in xpo z in alijs hoīb⁹: sz in alijs hoīb⁹ pdestinatio nō est de natura: ergo nec in xpo. ¶ Sz otra Ro. j. dicit glo. q; pdestinatio est vno modo de eo qō nō semp fuit. sed nihil est in ipso xpo qō nō semp fuerit nisi humana natura: ergo pdestinatio ē de natura. ¶ Pr ex hoc aliqs pdestinat q; ,puideat deo vniēdus per gratiam. sz humana natura ab eterno est previsa deo vniēda p gratiā vnionis: ergo humana natura ē pdestinata in xpo. ¶ Ulteri⁹ videt q; pdestinatio xpi non sit ofōrmis pdestinationi nostre: qz fm Augu. pdestinatio q̄ nos pdestinamur ē ,ppositū miserēdi. sz h̄ nō cōpetit pdestinationi xpi: qz ipe nunq; fuit miser: ergo pdestinatio sua z nostra nō sunt vni⁹ rōnis. ¶ Pr effect⁹ pdestinationis est gra. sz gra xpi est alteri⁹ rōnis q̄s gra nra: qz nra gra nō est vnionis in psona sicut sua: ergo nec pdestinatio ei⁹ z nostra sunt eiusdē rōnis. ¶ Pr opatiōes differūt penes terminos. sz filiatio natural ad quā terminat predestinatio xpi nō est vni⁹ rōnis cū filiatiōe adoptionis ad quā terminat nra pdestinatio: ergo nō sunt vni⁹ rōnis pdestinatiōes. ¶ Sed otra est q; vtriq; pdestinationi cōpetit vna diffinitio. s. pdestinatio ē preparatio gre in psīti: z glie in futuro: ergo sunt vni⁹ rōnis. ¶ Pr Ro. j. dicit glo. q; pclarissimū exēplar nre pdestinatiōis pcessit in xpo: ergo est vni⁹ rōnis: qz exēplar z exēplatū sunt vni⁹ rōnis. ¶ Ulteri⁹ videt q; pdestinatio ei⁹ sit cā efficiēs nre pdestinatiōis Ephe. j. dicit Previdestinauit nos in adoptionē filioz p iesum xpm. sz p denotat cām efficientē q̄n dicit pr opari p filiū: ergo ei⁹ predestinatio est cā efficiēs nre pdestinationis. Itē videt q; sit cā exēplaris p illud qō dicit Ro. viij. Quos destinauit ofōrmes fieri imaginis filij sui. sz imago ad exēplaritatē ptinet: ergo est cā exēplaris nre pdestinatiōis: sicut etiā sua resurrectio nre resurrectiōis. Itē videt q; final: qz nra pdestinatio videt ee ordinata ad impletionē corpis xpi: vt pz Ephes. iiij. vñ ipse videt ee finis nre salutis: ergo z ei⁹ pdestinatio nre pdestinatōis. ¶ Sz ō. eternū nō hz cāz. sz pdestinatio nra ē eterna: ergo nō hz cām xpi pdestinationē. ¶ Pr xps nō ē predestinat⁹ nisi fm q; hō: sed ipse fm q; hō nō est cā nri. sz fm q; de⁹: g̃ pdestinatio ei⁹ nō est cā pdestinatiōis nre. ¶ R° dicendū ad primā q̄stionē q; predestinatio accipit cōiter z ,ppzie. cōiter ,p psciētia z pordinatōe cuiuscūq;. z sic pz q; pdestinatio pōt esse de nā. fm aūt q; ,ppzie accipit importat ordinē pdestinati ad graz. gra aūt creature facit vnionē ad deū: q̄ quidē duplex est. s. p opationē fm quā nos vnimur deo cognoscēdo z amādo ipm: z in psona: z fm h̄ humana natura fuit vnita deo. z ideo cū pdestinatio xpi ordinet ad gratiā vnionis in psona pōt dici q; natura est pdestinata: vt psone rōne nature. ¶ Ad pmū ergo dicēdū q; pdestinatio xpi pmū effectū hz ipsam vnionē. vñ cū vnio sit nature: pōt etiā dici pdestinata quātus sibi filiatio nō ōueniat qz filiatio nō est pri⁹ effect⁹ pdestinatiōis: sz osequit ad vnionē. ¶ Ad secūdū dicēdū q; rō illa ,procedit de felicitate creature ex hoc q; deo vnit p opationē. sed ipsa natura btificat ex h̄ q; deo vnit in psona. Et p h̄ etiā pz rūsio ad tertiū: qz pdesti

natio alioꝝ hominū nō est ad vnionē in psona: ſz ad vnionē
p opationē. ¶ Ad secundā questionē dicēdū q multa recꝛ
runt in p̄destinatione: ꝛ ex pte p̄destinationis: ꝛ ex pte p̄de
stinati: ꝛ fm terminū a quo: ꝛ fm terminū ad quē: fm q po
test attēdi diuersitas inter p̄destinationē xp̄i ꝛ nostrā. ex pte
aūt p̄destināti q̄ de⁹ ē: nō ē diuersitas inter p̄destinatōez xp̄i
ꝛ nostrā. est aūt differētia ex pte p̄destinati: qz in nobis est
de psona: in xp̄o aūt de natura: vt dictū est. Silr est differē
tia ex pte termini a quo: qz in nobis est vt liberemur a pctō
ſic dicit glo. sup illud Ro. viij. Quos p̄destinauit hos voca
uit. in xp̄o aūt nō: qz neqꝫ ⁊traxit neqꝫ fecit pctm̄. sed neutrū
istarū differētiarū diuersificat rationē p̄destinatōis: ſz solū
illa q̄ est essential' ꝛ specifica. specifica aūt differētia cuiusli
bet mot⁹ vel opationis accipit penes terminū ad quē. illud
autē qō est p̄destinatio nō est vni⁹ rōnis in xp̄o ꝛ in nobis:
qz p̄destinatio xp̄i est ad vnionē in psona. p̄destinatio autē
nostra ad vnionē p opationē aut p habitū assimilantē. ꝛ be
ne vniones nō sunt vni⁹ rōnis: ſz se hñt fm pri⁹ ꝛ posteri⁹
ꝛ pfectū ꝛ diminutū. ꝛ iō p̄destinatio xp̄i ꝛ nr̄a nō est vnius
rōnis fm vniuocationē: ſz fm analogiaz. Et p hoc facile est
respondē ad obiecta. ¶ Ad tertiā q̄stionē dicēdū q in ipsa
p̄destinatiōe duo sunt. vnū eternū. ſ. ipsa dei opatio. ꝛ aliud
tpale. ſ. p̄destinatiōis effect⁹. p̄destinatio ergo nostra q̄ntuz
ad illud qō est eternū in ipsa cām nō hz: ſz q̄ntū ad effectum
pōt habē cām inq̄ntū. ſ. ei⁹ effect⁹ pducit mediātib⁹ aliqui
bus causis creatis. ꝛ fm hoc p̄destinationis nostre causa
efficiēs est p̄destinatio xp̄i inq̄ntū ipse ē mediator nostre
salutis. ꝛ formal' inquantū in filios dei ad imaginē ei⁹ p̄de
stinamur. ꝛ final' inquantū nostra salus in ei⁹ gloriā redun
dat. Et p hoc patet solutio ad obiecta. ¶ Christū fm homi
nē nō esse personā nec aliud. Primū horꝝ cōcedit ab omni
opinione. Secundū aūt nō: sed tertia tñ: qz prime due opi
niones dicūt q fm q xp̄s est hō est aliquid. hoc aūt negare
est errorꝛ. ¶ Scōm enī multiplicē. Ista diuisio accipit ex cō
paratiōe replicatiōis ad subiectū ꝓpōnis: qz pōt fieri repli
catio vel ei⁹ qō antecedit subiectū: ꝛ sic notat cām. vel ei⁹ qō
sequit ꝛ sic notat habitū aut quodcūqꝫ aliud accīs. ſz spāliť
notat habitū ꝓpter rationē tertie opinionis. vel ipsi⁹ subie
cti: ꝛ hꝫ vel q̄ntū ad naturā: ꝛ sic exp̄mit additionē nature. vel
q̄ntū ad suppositū: ꝛ sic notat vnitā psone in xp̄o. Illa tñ p
sone descriptio. Cōtra est q direcꝫte ponit eā Boe. in mate
ria ista in li. de du. na. Dicēdū q magister verum dicit si ca
piant stricte ea q̄ in diuisione ponūt. ſz Boe. large accipit.
ꝛ hꝫ pz in. j. li. dis. xxv. Nō aūt sic dicit filius natura. Dicit enī
de⁹ natura q̄si formaliter. ſz dicit filius natura nō formaliter
sed q̄ntū ad modū originis: qz p modū nature ꝓcedit. Xp̄s
nunqꝫ fuit nō filius: nec prius tpe sicut nos: nec prius natura
aut intellectu sicut angeli: si in gratia creati sunt. Xp̄m filiū
virginis eē natura ꝛ gratia. Contra. Natura ꝛ gratia ex op
posito diuidunt: ergo quod est per gratiā nō est per natu
ram. ¶ P̄ xp̄s est filius matris sicut ꝛ quilibet alius homo.
sed alij homines nō sunt filij matrū suarū per gratiaz: ergo
nec xp̄s. ¶ Dicendū ad primū q gratia vnionis nō opponi
tur cōtra naturā: quia per eā vna persona fit duarū natura
rū. ꝛ sic quod ineſt p gratiā vnionis ineſt per alterutraz na
turarū naturaliter. ¶ Ad secūdū dicēdū q xp̄m inq̄ntū ho
minē nasci ex matre nō fuit gr̄e: sed nasci simul deū ꝛ homi
nē hoc fuit p gratiā vnionis. Non talis hic filius. ergo videt
q filiatio dicit equiuoce. Dicendū q nō vniuoce nec equo
ce: ſz analogice: sicut ꝛ alia q̄ dicunt de deo ꝛ creaturis. Ori
gine nō adoptione. Hoc dicit ⁊tra Nestoriū: qui cū pone
ret in xp̄o duas personas: nō potuit ponere vnionē nisi per
gratiā: ꝛ sic sequeret q psona hominis nō sit filius dei nisi
per gratiam habitualem adoptionis: sicut ꝛ nos. Veritate
nō nūcupatione. Hoc dicitur cōtra Sabellium qui posuit
distingui personas tñ nominaliter. Natiuitate non crea
tione. Et hoc dicitur contra Arrium, qui dicebat filium dei
esse creaturam.

¶ DISTINCTIO VNDECIMA.

¶ Vtrū xp̄s sit creatura siue creatus uel factus.

Solet etiam queri vtruz debeat simpliciter dici atqꝫ ꝓcedi christum esse factum uel creatum. Ad quod dici potest q hoc simpliciter ꝛ absqꝫ determinatione minus congruenter dicitur etsi quandoqꝫ breuitatis causa simpliciter denuncietur: nunqꝫ tamen simpliciter debet intelligi: quia ut Augnstin⁹ in primo libro de trinitate ait: Cum de christo loquimur quid fm quid ꝛ propter quid dicatur prudens ꝛ diligēs ac pius lector intelligere debet. Qui christum uel dei filium non esse factum uel creatum in libro primo de trinitate ostēdit ita inquiēs: In principio erat verbū: ꝛ verbū caro factum est: ꝛ omnia per ipsum facta sunt. Neqꝫ dicit omnia nisi que facta sunt. ſ. cōmunē creaturam. Vnde liquido apparet ipsuz factum non esse per quem facta sunt omnia. ꝛ si factus non est creatura non est. Si aūt creatura nō est eiusdem cum patre substantie est. Omnis enim substantia que deus nō est creatura est. ꝛ que creatura non est deus est. Sed si filius nō eiusdem substantie est cum patre: ergo facta substantia est. ꝛ si facta substantia est: non omnia per ip̄m facta sunt. at omnia per ipsum facta sunt. facta igitur substātia non est: sed vna cum patre infecta substātia est. Item in eodem si uel filium fecit pater quem non fecit ipse filius: non omnia per filium facta sunt. At omnia per filium facta sunt. Ipse igitur fact⁹ non est ut cum patre faceret omnia que facta sunt. Idem in libro. lxxxiij. questionum: Dicitur creatura quicquid fecit pater deus per filium: qui nō potest appellari creatura: quoniam per ipsum facta sunt omnia. Ambrosi⁹ in libro de trinita. ait Probemus inquit creaturam non esse dei filium. Audiuimus enim in euangelio dominū mandasse discipulis predicare euangelium vniuersi creature. Qui vniuersam creaturam dicit nullam excipit: ꝛ vbi sunt qui creaturam deum appellant. Nam si creatura esset sibi mandaret euangelium predicari ꝛ subiectus esset vanitati: quia testāte Apostolo omnis creatura vanitati subiecta est. Non igitur xp̄s creatura est: ſz creator qui docēde creature discipulis mandat officium.

¶ De perfidia ꝛ pena Arrij.

Arrij hec fuisse perfidia legitur ut christuz creaturam fateretur: ideo effusa sunt Arrij viscera atqꝫ crepuit medius prostratus in faciem ea quibus christum negauerat feda ora pollutus. His alijsqꝫ pluribus testimonijs instrui mur non debere fateri simpliciter christum esse factum uel creaturam: sed addita determinatione recte dici potest: ut si dicatur factus fm carnem vl fm hominē: ut factura humanitati non deo attri/

buatur. Vt enim ait Ambrosius in libro primo de trinita. non deus factus est: sed deus dei filius natus est: postea vo fm carnem homo factus ex maria est. Misit enim deus filium suum ex muliere factum sub lege factum. filium inquit suū. s. non vnū de multis: cum dicit suum generationis eterne proprietatē signauit. Postea factū ex muliere asseruit: ut factura nō diuinitati sed assumptioni corporis asscriberetur. Factum igitur ex muliere dicit propter carnis susceptionem. sub lege propter observantiam legis. Generatio generationi non preiudicat: nec caro diuinitati. Deus enim eternus incarnationis sacramentum suscepit: non diuiduus sed vnus. & in vtroq; vnus. s. diuinitate & corpore. Non enim alter ex patre alter ex virgine: sed idez aliter ex patre: aliter ex virgine. qui fact⁹ est fm nostre susceptionem nature: non fm eterne substantiam vite. quem legimus primogenitum & vnigenitum. primogenitū quia nemo ante ipsum. vnigenitum quia nemo post ipsum. Ex his euidenter traditur qua intelligentia accipiendum sit cum dicitur christus factus: uel simpliciter: uel cum additamento: ut factura. s. uel creatura: nō ad assumentem deum: sed ad assumptum hominez referatur. In deo autem creatura esse non potest ut ait Ambrosius in primo libro de trinita. Nunquid dicto factus est christus. Nunquid mādato creatus est christus. Quomodo autez creatura in deo esse potest. Etenim deus nature simplicis est: non coniuncte atq; composite: cui nihil accidat: sed solū quod diuinū est in natura sua habeat. Etsi ergo christus fm hominem dicitur creatura: non tamē christus simpliciter predicādus est creatura. Nec ex eo q̄ christus fm hominem dicitur esse creatura potest quis progredi sic argumentando Si fm q̄ homo christus est creatura uel rationalis uel irrationalis: uel que est deus uel non: nitens p hoc probare christum esse aliquid non diuinum: quia quod ipse est fm hominē ipse est. Et iō si fm hoiez est substantia aliq̄ non diuina: est vtiq; aliquid non diuinuz. sed ex tropicis locutionibus non est recta argumentationis pcessio. Illa autem locutio tropica est qua christus dicitur creatura uel simpliciter: uel cum adiunctione.

¶ Postq̄z determinauit magister qualiter ea que sunt dignitatis in humana natura de christo possunt vel non possunt dici: hic determinat quomō de eo dici possunt ea que ad defectum nature humane pertinēt. Et diuiditur in duas partes. In prima inquirit vtrum nomen creature quod de humana natura dicit de christo dici possit. In secūda vtrū illi defectus qui consequunt ipsam inquantū creatura: vel alio modo ipsi conuenire possunt. di. xij. ibi: Post predicta. Prima in tres. In prima monet questionē. In secunda determinat eā ibi: Ad quod potest dici. In tertia excludit obiectiones que cōtra solutionem fieri possunt ibi: Si igitur christus fm hominē. Circa primū duo facit. Primo determinat propositam questionem. Secundo confirmat determinationem. Et primo quantum ad hoc q̄ christus nō possit simpliciter dici creatura ibi: Qui christum vl dei filium. Secundo quantum ad hoc q̄ possit dici creatura cum determinatiōe. s. inquantum est homo ibi: Sed addita determinatione.

¶ Questio Prima

Hic queruntur quattuor. Primo vtrum filius dei sit creatura. Secūdo vtrum christus vel iste homo possit dici creatura. Tertio vtruz sit creatura fm q̄ homo. Quarto vtrū omnia que humane nature conueniūt de xp̄o possunt predicari.

Ad primū sic proceditur. videtur q̄ filius dei sit creatura Eccl'. xxiiij. Ab initio & ante secula creata sum. & loquitur de diuina sapiētia. sed filius dei est dei sapientia: ergo ipse est creatura. ¶ P̄ omne quod est subiectum deo vel minus eo est creatura. sed filius dei est huiusmodi: vt patet Jo. xiij. Pater maior me est. & ille Lozin. xv. dicit q̄ filius erit subiectus patri qui subiecit ei omnia: ergo filiꝰ dei est creatura. ¶ P̄ hoc modo se habent actiones ad inuicem sicut termini actionum. sed esse quod est terminus creationis est prius quacunq; alia forma ad quam terminantur alie actiones: ergo creatio est prior omnibꝰ aliis actionibus vel productionibus. sed posteriꝰ semper presupponit prius: cū ergo generatio conueniat filio dei fm quā dicitur natus: videtur q̄ etiam creatio cōueniat ei vt dicatur creatus. ¶ P̄ vt probat Auicenna in sua metha. Id cuius essentia est suum esse est per se necesse esse. sed quod est huiusmodi nō habet eē ab alio: quia hoc est quod est necesse esse absolute non est propter aliquid aliud: vt etiam dicit philosophus in. v. metha. ergo id cuius essentia est suum esse non habet esse ab alio. sed filius habet esse ab alio: ergo non est necesse esse: nec sua essentia est suū esse: ergo est creatura. ¶ P̄ omne quod habet causam sui eē est creatura. sed filius habet causam sui esse: quia pater est causa filij: vt dicit Aris. & omnes greci doctores concedunt: ergo filius est creatura. ¶ P̄ omne quod gignitur ad hoc gignitur vt sit. sed quod est non gignit ad hoc q̄ sit: q; iam est: ergo omne quod gignitur anteq̄z gignatur non est. sed omne quod nō fuit & postq̄z est creatum est: ergo filius cū genitus sit creatus est. ¶ P̄ omne quod habet aliquid ab alio in se cōsideratum non habet illud: & caret illo si sibi relinquatur. sed filius habet esse ab alio: ergo in se consideratꝰ non habet esse etsi sibi relinquat nō esset. sed hec est conditio creature fm quam dicitur vertibilis in nihilum: quia omnia in nihilū reuerterentur nisi ea manus conditoris teneret: ergo filius est creatura. ¶ Sed contra. Nulla creatura est consubstantialis creatori: sed filius est consubstantialis patri: vt dicitur Jo. x. Ego & pater vnū sumus: ergo filius non est creatura. ¶ P̄ omnis creatura portatur per potentiam creatoris. sed id quod omnia portat non portat: ergo id quod omnia portat nō est creatura. sed hoc est filius Hebre. i. portās oīa vba virtutis sue: ergo filiꝰ nō est creatura. ¶ P̄ nihil est in deo quod sit creatura. sed filius est in deo patre cū sit verbū eius: & omne verbum est in dicente: ergo filius non est creatura. ¶ P̄ omne quod dicitur per similitudinē reducit ad id quod proprie dicitur. sed homines dicuntur filij dei per assimilationem ad vnicum filium Roma. viij. Conformes fieri imaginis &c. ergo ipse proprie filiꝰ dicitur. sed nullus dicitur proprie filius alicuius nisi habeat eandem naturaz pecie quā habet pater: & vere: ergo filiꝰ ei⁹ est vere deus. Sz nulla creatura est huiusmodi: ergo filius non est creatura.

¶ R⁹ dicendū q̄ filiꝰ naturaliter a patre procedit. hoc enī ipm nomen filiationis demonstrat si vera filiatio sit: quod oportet maxime esse in illa filiatione & paternitate ex q̄ ois paternitas & filiatio in celo & in terra nominat ad Ephe. iij. Maxime enī vera sunt que sunt causa eē veritatis. in alijs vt dicitur. ij. metha. Omne autez quod naturaliter procedit ab altero duo habet. vnum est q̄ equatur ei a quo procedit quia natura non postponit facere opus suum nisi sit ex defectu agētis. qui quidem defectus est in eo quod agens naturaliter non habet perfectam virtutem ad agendum sicut pueri ad generandum. vl in eo q̄ō agit per transmutationē exteriozis materie. vñ effect⁹ nō sequit nisi in fine trāsmu-

tationis. ꝛ sic oportet ꝙ duratione sequatur suam causam agentē que longe sunt a deo: cuius virtus nō augetur: neq; materiam ex qua operetur requirit. restat ergo ꝙ omne qō naturaliter a deo procedit coeternū sit ei: ꝛ ita filius est ab eterno. Aliud est quod oportet eē in eo qō naturaliter procedit ab altero ꝙ sit simile ei a quo procedit: quia natura intendit sibi simile producere inquantum potest. vnde ꝙ aliquid naturaliter procedens non habeat perfectam similitudinem eius a quo procedit contingit vl ex defectu virtutis agentis: sicut in semine in quo debilitatur calor naturalis. vnde non sufficit ad generandum masculum sed femineam. vel ex defectu materie que non potest recipere totam virtutem agentis: sicut accidit in partubus monstruosis. hec autem duo a deo lōge sunt: vt dictum est. vnde oportet ꝙ hoc quod naturaliter a deo procedit perfectam similitudinē ad eum habeat. perfecta autē similitudo esse non potest vbi nō est eadem natura ſm speciem. natura autem diuina nō potest eē eadem specie nisi sit eadem numero cum omnino sit īmaterialis. vnde oportet ꝙ filius qui naturaliter a deo patre procedit habeat eandem numero naturam cum ipso: et per consequens idem esse: ꝛ ita omnib⁹ modis ei erit equalis. ꝛ quia natura ꝛ esse dei patris nullo modo dependet ad nihil vel ad nō esse: vt. ſ. non esse precedat eam tempore vel natura: ideo nec natura nec eē filij ad nihil aliquo modo dependet. ex quo patet ꝙ filius nullo modo potest esse creatura: neq; ſm ꝙ fides de creatione loquitur: ſm quam ponimus ꝙ nō eē duratione creaturā precessit: nec ſm ꝙ quidā philosophi posuerūt creationē dicētes illud creari qō esse habet post nō esse nō tempore sed natura. ꝛ hoc est cui⁹ esse dependens est ad nō esse: quia in se considerandū ꝛ sibi relictum nō est cū solū ab altero esse habeat. sed de hoc in. j. di. ij. li. dictū est plenius. ¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ istud verbū vel intelligit de sapientia creata. ſ. angelica natura q̄ est ante temporalia secula: etsi nō duratione: tñ ordine nature. vel intelligit de filio dei quantū ad naturā assumptā q̄ etsi ante secula creata nō fuerit: fuit tñ ab eterno diuisa creari. ¶ Ad secūdū dicēdū ꝙ sicut Augu. docet in ꝓmo de tri. omnia que minorationē aut subiectionē circa filiū dei ponere vident vel referēda sunt ad naturā assumptā: ſm quaz minor est patre in forma dei manēs equalis patri: vt dicit ad Phil. ij. vel referēdū est ad cōmendationē principij ſm ꝙ pater dicit principiū filij. ꝛ ſm hoc dicit maior: quāuis filius non sit minor: vt dicit Hyla. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ ſm Basi. accipere a patre filius habet cōmune cū omni creatura. ſz habere p naturā est sibi proprium: vnde processio filij a patre in aliquo conuenit cū processione que est in creaturis cōmunitate analogie: ꝛ in aliquo differt. conuenit quidem in respectu originis q̄ est eē ab aliquo. differt aut in hoc ꝙ processio filij a patre est p naturā: alior aut p volūtatē. ex hoc sequitur triplex differētia: vt ex dictis patet. Prima ꝙ filius est cōsubstantial patri. Secūda ꝙ est coeternus. Tertia ꝙ esse suū nullo modo dependet ad nihil. ꝛ hec sequit ex prima. vñ considerandū est ꝙ omnia nomina vel verba que important respectū originis absolute recipiūt in processione diuina sicut procedit: exit: est ab alio. illa aut que important aliquid contrariū tribus predictis nullo modo dicunt: sicut factus: qō repugnat consubstantialitati: q̄ facere dicunt proprie ſm operationē quā agēs exercet in id quod est extra. ꝛ silr verbū incipiēdi repugnat coeternitati. ꝛ silr verbū creandi importat dependentiā ad nō esse. sed natiuitas ad respectū originis absolute addit aliq̄d magis ptinēs ad consubstantialitatē q̄z ad differentiā substantie: quia sicut supra di. vij. dictū est nascit proprie quod procedit coniunctū ei a quo procedit. ꝛ ideo oīa illa que pertinēt ad generationē viuor quor est nasci: dicunt in processione filij: sicut oriri ꝛ nasci: gigni ꝛ generari. ꝛ hec est causa quare processio filij potuit habere nomen proprium nō aut processio spūssancti qui nō procedit per modū nascētis. vnde generatio vel natiuitas nō transsumitur ad diuina ſm ꝙ presupponit creationem: sed ſm ꝙ importat ꝛ substantialitatē. ¶ Ad q̄rtū dicendū ꝙ rō illa sequitur de eo qō est ab alio hīs aliā naturā ab ipso: q̄ sit naturae ei⁹ qō ab alio: nō debet eē ex seipsa: vñ ipsa nō est suū eē vt habeat necessitatē eēndi ex se. ſz filius est a pre hīs eādē numero naturā. vñ sicut nā pris est suū esse ac p hoc necesse eē: ita ꝛ natura filij: nec ei⁹ eē est aliquo modo dependēs ad nihil: sicut nec eē pris. ¶ Ad quintū dicendū ꝙ eē filiū nō est creatū: vnde fili⁹ nō habet cām sui esse: nec suū eē habet principiū. quāuis enī ſm nos ipse filius habeat principiū a quo est: nō tñ cām: q̄ ſm nos nomē principij importat relationē originis absolute. nomē aūt cause importat respectuz originis p compationē ad eē rei qō a causa procedit. vñ terminus a quo dicit principiū mot⁹: non tñ cā. ſz ſm grecos nomen cause importat simplicē fōrme originē: sicut nomē principij ſm nos. ꝛ quāuis dicam⁹ patrē principiū filij: nō tñ dicim⁹ filiū principiatū a patre: q̄ noīe p̄ncipiati nō vtimur nisi in his q̄ sunt ostituta in eē p principiū. vñ linea nō dicit eē principiatū puncti: sicut nec mot⁹ termini a quo: ſz tñ dicit eē a p̄incipio. ¶ Ad sextū dicēdū ꝙ fili⁹ nō habuit eē anteq̄z generaret. ſz q̄ generatio ei⁹ ē eterna ꝛ eē ei⁹ eternū est. ¶ Ad septimū dicendū ꝙ sicut creatura nō habet eē nisi a deo: ita nec fili⁹ habet eē nisi a pre. sed in hoc est differētia ꝙ creatura nō est illa relatio ſm quā dicit eē a deo p quā habet eē. ꝛ ideo pōt ꝛsiderari in se sine respectu ei⁹ ad deū: ꝛ sic inuenit nō hīs eē. sed fili⁹ dei est ipsa relatio ſm quā habet eē a pre: ꝛ ipsa relatio est ipm eē. ꝛ ideo nō pōt filius ꝛsiderari sine respectu ad patrē vt ueniat in se nō hīs esse vel potens in nihilū decidere.

Ad secūdū sic ꝓcedit. videt ꝙ xp̄s sit creatura. Leo papa. Noua ꝛ inaudita quēdo⁹ qui erat ꝛ q̄ est fit creatura. sed illud qō de⁹ fit pōt de xp̄o p̄dicari: ergo xp̄s est creatura. Dama. etiā dicit de xp̄o ꝙ nō scādalizabit ad nomen creature. ¶ p̄ de quocūq̄z p̄dicat inferi⁹ ꝛ superi⁹. sed creatura est superi⁹ ad hominē: ergo cū homo predicet de xp̄o: creatura de ipso p̄dicabit. ¶ p̄ omne qō est vel est creatuz vel increatū. si ergo xp̄s est hō: vel erit hō creat⁹ vel increat⁹. sed nō est hō increat⁹ sicut nec hō eter⁹ q̄ omne increatū eternū est: ergo est hō creat⁹: ergo est creatura. ¶ p̄ id qō conuenit parti trāssumit ad predicationē totius: sicut hō dicit crispus propter capillos. sed humana natura est q̄si pars p̄sone cōposite pro q̄ supponit hoc nomen xp̄s: ergo cū humana natura sit creatura xp̄s pōt dici creatura. ¶ p̄ principalior pars hois xpi est aīa q̄z corp⁹. ſz rone corporis qō de virgine traxit simpliciter dicit natus de virgine: ergo rone aīe que creata est a deo debet dici creatura. ¶ p̄ sicut repugnat nomē creature filio increato: ita repugnat tpaliter nasci eternaliter nato. sed tñ dicim⁹ xp̄m tpaliter natū: ergo ꝛ simpliciter possum⁹ ipm dicere creaturā. ¶ Sed ꝛtra. creatura nō pōt predicari de aliquo eterno. ſz xp̄s supponit suppositū eternū: ergo non pōt dici creatura. ¶ p̄ in xp̄o nihil creatū est nisi humana natura. sed humana natura nō predicat de xp̄o: ergo xp̄s nō pōt dici creatura. ¶ p̄ ois creatura rōnal est fili⁹ trinitatis p creationē. ſz xp̄s est rōnal creatura: ergo est fili⁹ trinitatis p creationem qō supra improbatū ē di. iiij. ¶ R⁹ dicēdū ꝙ creatio propprie respicit esse rei. vñ dicit in li. de causis ꝙ esse est p creationē: alia vo p informationē. esse aut simpliciter ꝛ p se est suppositi subsistētis. Alia vo dicunt eē inq̄ntū suppositū in eis subsistit vel eēntialiter sicut materia ꝛ forma: ꝛ sic natura ipsa dicit eē. vel accidētaliter sicut accidentia dicunt eē. eē ergo dictū simpliciter de supposito significat eē p̄sonale ipsi⁹. eē vo ſm ꝙ conuenit parti vel accidēti nō dicit simpliciter de supposito: ſz suppositū dicit eē in eo. vñ cū dico xp̄s ē significat eē ipsi⁹: nō aūt eē ipsi⁹ nature vel accidētis vl partis. cū aūt fiat vnio naturarū in eē suppositi ſm secundā opinionē: eē ſm ꝙ xp̄s simpliciter eē dicit est eē increatū: vñ nō pōt dici creatura. nō tñ ad euitandū errorē Arrij: vt qui

dam dicunt: sed etiam ad vitandum falsitatem. potest tamē dici q̄ aliq̄d creatū est in xp̄o. s. humana natura: q̄r eē q̄uis sit vnū: tñ respectū habet ad naturā humanā & ad partes ei⁹ fm q̄s humana natura dicit eē in xp̄o: vl̄ partes aut accidē tia eius: vt supra di. vj. dictū est. vnde sicut eē aliquo modo ad naturā ptinet: & ad partes & accidentia ei⁹: ita & creatio. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ verba illa intelligēda sunt cū determinatione: vt dicit magister in lra: quātus illa determinatio cā brevitatis intermittat. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ creatura nō est superius ad hominē q̄r creatio magis respicit esse q̄ naturā. eē aūt nō est gen⁹: nec inducit in significatione alicui⁹ generis: vt dicit Anicen. cū ea q̄ sunt in vno genere nō oueniant in vno eē: sed in natura cōi: vel dicendum q̄ creatura nō est superi⁹ ad hominē significans q̄d est hō: q̄r creatio nō respicit naturā vel essentiā nisi mediante actu essendi q̄ est prim⁹ termin⁹ creationis. humana aūt natura in xp̄o nō habet aliq̄d eē pfectū q̄ō est eē ypostasis q̄s eē divine psone. & ideo simpliciter loquēdo creatura dici nō pōt q̄r intelligeret q̄ eē pfectū ypostasis xp̄i p creationē eēt acquisitū. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ cū dicit Xp̄s est hō creat⁹ locutio ē duplex ex eo q̄ hoc pticipiū creatus pōt determinare predicatū in compatione ad subiectū: & sic pōt eē vera: sicut & ista Xp̄s est fact⁹ hō. si aūt determinat absolute predicatū: tūc est falsa: q̄r in hoīe nō intelligit tñ natura: ſz suppositū eternū cui nō ouenit eē creatū. quod enī determinat predicatū in ordine ad subiectū est determinatio ipsi⁹ inq̄ntū est predicatū. Unde oportet q̄ respiciat predicatū formaliter: q̄r termini in predicato ponuntur formaliter. determinatio aūt q̄ determinat absolute ponit circa predicatū sicut circa subiectū quoddam. vnde magis respicit suppositū q̄s formā. silr etiā hec ē falsa Xp̄s est hō increat⁹: q̄r priuatio creatiōis ponit circa predicatū rōne vtriusq̄. & ideo vtraq̄ falsa est: nec sibi ꝺtradicūt. sed hec est vera Xp̄s est hō q̄ nō est creat⁹ sed etern⁹ ex parte deitatis. nō tñ etern⁹ hō vt eternitas determinet predicatū in ordine ad subiectū. ¶ Ad q̄rtū dicendū q̄ totū denoīat a proprietate partis q̄ illa proprietas nullo modo nata est cōuenire nisi parti illi: sicut crispitudo capillis: & claudicatio pedi. sed creatio nō tñ nature sed etiā psone nata est cōuenire: & etiā psone & supposito magis proprie: & ideo nō pōt dici de supposito q̄ sit creatū: q̄r natura est creata. ¶ Et p hoc patet solutio ad quintū: q̄r nasci de matre nō est natū cōuenire supposito hois nisi p⁹ q̄ corp⁹ traducat a matre. vnde nō habet repugnantiā tpaliter nasci ad eternaliter nasci: q̄r vnū naturā humanā respicit: & alterū diuinā. quarū habz vnā xp̄s a patre eternaliter: alterā a matre tpaliter. sed creatū & increatum vtriq̄ pōt respicere suppositū ratione esse quod est suppositi. ¶ Ūñ patet solutio ad sextum.

Ad tertiū sic ꝓcedit. videt q̄ xp̄s nō possit dici creatura fm q̄ hō. quicq̄d enī predicat de altero fm q̄ ipsum est predicat de eo simpliciter. sed q̄ō predicat de xp̄o fm q̄ hō: p̄dicat de eo fm q̄ ipsum est: q̄r ipse ē essentialiter hō: ergo cū esse creaturā non predicet simpliciter: nō pōt predicari de eo fm q̄ hō. ¶ Ꝑ magis est eē filiū adoptiuū q̄s eē creaturā. sed nō pōt dici q̄ xp̄s fm q̄ hō sit fili⁹ adoptiu⁹: ergo multo min⁹ pōt dici q̄ fm q̄ hō sit creatu. ¶ Ꝑ fm q̄ magister dicit in littera hec est tropica locutio Xp̄s est creatura: ergo si xp̄s fm q̄ hō sit creatura: & hec etiā erit improprie Xp̄s est homo: q̄ō est falsum. ¶ Ꝑ nihil est creatū in xp̄o nisi humana natura. sed hec est falsa Xp̄s fm q̄ hō est humana natura: ergo & hec Xp̄s fm q̄ hō est creatura. ¶ Ꝑ ista se cōpatiunt vt xp̄s sit hō & sit de⁹ ergo q̄ō nō cōpatit sectim hoc q̄ō est eē deū nō pōt p̄dicari de xp̄o fm q̄ hō: sicut hoc q̄ō ē carere diuinitate. ſz eē creaturā nō cōpatit secū hoc q̄ō est eē deū: ergo xp̄s nō est creatura fm q̄ hō. Sed ꝺtra. omne q̄ō nō est eternū est creatū. sed xp̄s fm q̄ hō nō est etern⁹: sicut nec deus: ergo fm q̄ hō est creatura. ¶ Ꝑ omne q̄ō est factū est creatuz. sed xp̄s fm q̄ hō est fact⁹: ergo est creat⁹ fm q̄ hō. ¶ Ꝑ omnis ꝺditio alicui⁹ nature pōt predicari de aliquo fm nomē significās naturā illā. sed hō significat naturā humanā: cui⁹ conditio est q̄ sit creatura: ergo xp̄s pōt dici creatura fm q̄ homo. ¶ R⁹ dicendū q̄ humana natura se habet ad cōpositā psonam xp̄i sicut pars: quātus proprie pars dici nō possit: nec proprie persona cōposita: vt supra di. vj. dictū est. pars autē aliq̄ habet aliquā dispositionē q̄ nata est ꝺuenire toti. aliq̄ vō aliā q̄ nō est nata ꝺuenire toti: sicut albedo q̄ ineſt capillis: pōt etiā toti ꝺuenire. crispitudo autē ita ꝺuenit capillis q̄ nullo modo toti vel alicui alteri parti. ergo fm dispositiones illas q̄ insunt tñ parti denominat totū simpliciter & ꝓprie per dispositionē partis nullo addito sicut hō dicit crispus. sed quantū ad illas dispositiones q̄ nate sunt parti & toti ꝺuenire nō denoīat totū a parte simpliciter: sed addita parte: vt cū dicit hō alb⁹ fm capillos. nec hoc proprie sed figuratiue p̄ synodochen. vnde patet q̄ cuz creatio nature & psone nata sit ꝺuenire sicut & eē vtriq̄ aliquo modo ꝺuenit nō tñ pōt dici de xp̄o q̄ sit creatura: q̄r humana natura creata est nisi fiat additio: vt si dicat fm hominē vel fm q̄ hō: & tunc etiam tropica est & figuratiua: vt dicit magister. sicut & hec Ethiops est albus fm dentē. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q̄ illa ratio ꝓcedit in his q̄ predicant proprie & p se. sed hec nō est proprie predicatio: vt dictū est. ¶ Ad secundū dicendum q̄ eē filiū adoptiuū nullo modo natū est ꝺuenire nisi persone: & ideo nō pōt dici fili⁹ adoptiu⁹ fm humanā naturā sicut dicit creatura: q̄r creature nomen & psone & nature aptat. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ q̄n cū reduplicatione est propria predicatio: tunc predicatū p se ꝺuenit ei q̄ō replicat. sicut xp̄s fm q̄ hō est aīal. hec enī est per se & proprie hō est aīal. & ideo simili modo predicatū & reduplicatio de subiecto predicat. hec aūt reduplicatio non est nota p se predicationis. hec enī nō est propria Dic hō. s. xp̄s est creatura. nec etiā est p se: q̄r creatura nō est superi⁹ ad hominē significās quid ē hō: vt dictū est. & ideo nō oportet q̄ creatura improprie dicat de xp̄o: q̄ etiam ipse improprie dicat hō. ¶ Ad quartū dicendū q̄ natura humana in abstracto nō predicatur de xp̄o fm q̄ hō: sed cōditiones ei⁹ & in cōcreto possunt de xp̄o predicari fm q̄ hō vel proprie vel improprie. creatura aūt in ꝺcretiōe dicit: q̄r omne creatū est creatura. ¶ Ad quintū dicendū q̄ quātus illud quod ꝺuenit parti aliquo modo possit dici de toto: nō tñ oportet vt quod remouet a parte remoueat a toto. vnde quātus ethiops fm dentē habeat albedinē: nō potest tñ dici q̄ sit carēs nigredine: q̄r q̄ō nō ꝺuenit sibi fm vnā partē potest sibi ꝺuenire fm aliā. & similiter quātus xp̄s sit creatura fm q̄ hō: non tñ pōt dici q̄ fm q̄ hō careat diuinitate q̄ sibi cōpetit p aliam naturā.

Ad q̄rtū sic ꝓcedit. videt q̄ ea que sunt humane nature nō possunt dici de filio dei. omnis enī proprietas vel accidens nature humane est quid creatum: sed fili⁹ dei nō informat aliquo creato: ergo non potest predicari de filio dei aliquod accidens humane nature. ¶ Ꝑ q̄ proprietates diuine nature dicunt de filio dei ꝺtingit ex hoc q̄ filius dei est natura diuina. sed fili⁹ dei nō est natura humana: ergo proprietates humane nature nō p̄dicant de filio dei. ¶ Ꝑ humane nature ꝺuenit assumi a filio dei: & homini ꝺuenit eē vnitū. sed hoc nō ꝺuenit filio dei: ergo non oportet q̄ ea que ꝺueniūt nature humane dicant de filio dei. ¶ Ꝑ hec est vera Iste hō est predestinat⁹. ſz hec est falsa Filius dei est predestinatus: ergo idem quod prius. ¶ Ꝑ omnis proprietas humane nature est quid creatū. ſz creatura nō predicat de filio dei: ergo nec ꝓprietas humane nature. ¶ Ꝑ ea que predicant de xp̄o fm q̄ hō nō predicant de ipso fm q̄ filius dei. ergo videt eadē ratione q̄ ea que predicant de homine nō predicant de filio dei. ¶ Sz contra. De quocūq̄ predicat aliquid: predicant de eo oīa consequentia ad ipsum: etiam si sit predicatio accidentalis: sicut si hō est albus sequit q̄ sit colorat⁹. sed hō predicat

de deo:ergo quicqd predicat de hoīe predicat de filio dei. ¶ Ꝑ quecūqꝫ consequunt naturā predicant de suppositis nature illi⁹.ſꝫ fili⁹ dei est supositū humane nature:ergo ois quētia naturā humanā pñt predicari de filio dei. ¶ Ꝑ xp̄s est ꝓsona subsistēs in duab⁹ naturis diuina ⁊ humana.sed oīa q̄ ꝯueniūt diuine nature pñt predicari de xp̄o:ergo pari rōne oīa ea q̄ ꝯueniūt nature humane. ¶ Ꝑ nihil magis repugnat diuine nature q̄ꝫ mori.sed dicit ꝙ fili⁹ dei est mortuus:ergo ⁊ oīa alia pñt dici de filio dei q̄ ꝯueniūt humane nature. ¶ Ad⁹ dicendū ꝙ natura ⁊ suppositū nature in quibusdā differūt re ⁊ rōne: sicut in cōpositis.in quibusdā aūt rōne ⁊ nō re:sicut in diuinis.sed differētia q̄ est ſm rationē est differētia oppositionis:q⁹ natura ⁊ suppositū hñt intentiones oppositas.⁊ ideo ea q̄ ptinēt ad rationē nature nullo modo predicant de supposito:neq; in abstracto: neq; in cōcreto:neq; in diuinis:neq; in humanis.sicut pater nō dicit cōmune trib⁹:nec petr⁹ dicit forma toti⁹.differētia aūt q̄ est ſm rem nō est oppositionis: sed est sicut principij formal ad formatū.⁊ ideo q̄ ſm rem ad naturā ptinēt pñt p̄dicari de supposito:sicut natura predicat.ſ.in cōcreto.q⁹ autē vnio facta est in supposito: vt.ſ.sit vnū ⁊ idem suppositū diuine ⁊ humane nature:ideo de illo supposito pñt predicari ea q̄ ꝯsequunt ſm rem vtrāqꝫ naturā:sicut ⁊ ipse nature de ipso p̄dicant.q⁹ enī diuina natura predicat de filio dei in cōcreto ⁊ in abstracto: ideo ꝓprietates ei⁹ pñt vtroqꝫ mō predicari de ipso.q⁹ vo humana natura predicat in ꝯcreto tm̄:ideo humane nature ꝓprietates in cōcreto tm̄ predicātur.nec differt vtrū fiat predicatio de supposito ſm nomen q̄ significat diuinā naturā:vt verbū.vel humanā:vt iesus. vel vtrūqꝫ sicut xp̄s:q⁹ p oīa supponit idē suppositū.sed tm̄ hoc suppositū nō ꝯstituit ꝑ naturā humanā.ſꝫ humana natura aduenit ei iam ab eterno preexistēti in alia natura.vñ duo singulariter inueniunt in cōpositione humane nature ad istud suppositū.ſ.q⁹ vnit ei:⁊ q⁹ se habet ad ip̄m p modū partis ſm q⁹ istud suppositū in duab⁹ naturis subsistit.⁊ iō a p̄dicta generalitate excludunt ea que vnionē importāt.⁊ iterū ea q̄ nata sunt de se ⁊ ꝓsone ⁊ nature ꝯuenire q̄ nō pñt predicari de supposito nisi cū additione: sicut ea q̄ sunt partis de toto. ¶ Ad ꝓmū ergo dicēdū ꝙ ꝓprietates create dicunt de filio dei: nō q̄ſi ipsa ꝓsona eterna his informet: sed q⁹ natura assumpta informat eis: sicut ꝓprietates quibus informant partes predicant de toto. ¶ Ad secūdū dicendū ꝙ illa ratio cōcludit ꝙ ꝓprietates humane nature nō p̄dicant in abstracto de xp̄o:q̄ꝫ ⁊ verū est. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ assumi est de illis q̄ vnionē importāt.⁊ ideo nō oportet ꝙ dicat de filio dei. ¶ Ad q̄rtū dicēdū ꝙ predestinatio xp̄i est respectu vnionis.vnde predestinatus includit vnionē sicut terminū predestinatiōis.⁊ ideo sicut hō vnit⁹ dicit:ita ⁊ predestinat⁹ vniri:nō aūt filius dei. ¶ Et ꝓterea predestinat⁹ includit factionē:vt patet ex predictis.vñ sicut eē factū nō dicit de filio dei absolute:ita nec eē predestinatū. ¶ Ad quintū dicēdū ꝙ sicut humana natura est creatura:⁊ tm̄ cū predicet de xp̄o in concreto non sequit ꝙ xp̄s sit creatura:ita etiā nō sequit ꝓpter hoc ꝙ ꝓprietates nature humane in cōcreto de xp̄o predicent ꝙ xp̄s sit creatura. ¶ Ad sextū dicēdū ꝙ ad veritatē ꝓpōnis sufficit ꝙ predicatū cōueniat subiecto quocūqꝫ modo.sed ad hoc ꝙ ꝓpositio fit p se oportet ꝙ ꝯueniat sibi rōne forme importate per subiectū.vnde hec est vera De⁹ est passus:nō tm̄ est p se.⁊ q⁹ reduplicatio exigit locutionē p se verā:ideo nō est simil rō de reduplicationib⁹ ⁊ ꝓpōnib⁹ q̄ sunt sine reduplicatione. ¶ Ad septimū ꝙ alij ꝯsequunt humanā naturā:nō ſm ꝙ predicat de filio dei: ⁊ illa nō oportet ꝙ de xp̄o predicent. Et ex dictis patet solutio ad ꝯsequētia. ¶ Oīa p ipsum facta sunt. Uidet hoc nō eē ad propositū: q⁹ Augu. intēdit de filio dei inquantū est fili⁹ dei. Et dicendū ꝙ q⁹ nō est in xp̄o aliud suppositū nisi ꝓsona filij dei:ideo sicut de filio dei dici nō pōt ꝙ sit creatura: ita nec de xp̄o. ¶ Nā si creatura eēt sibi mandaret predicari euangelium. videtur ꝙ hoc non sequit q⁹ angeli ⁊ lapides sunt creature quib⁹ nō est euangeliū predicandū. Dicendū ꝙ intelligit ue creaturis que sunt hoīes quib⁹ est predicandū euāgeliū: vel vt emundent: vel vt pficiant: vel vt ꝺseruent. Xp̄s aūt hō est. Uanitati subiecta.intelligit de illa vanitate ſm quā oīa in nihil tenderēt nisi manu omnipotētis ꝺtinerent. ¶ Nō vnū de multis. Lōtra vt sit ipse primogenit⁹ in multis fratribus.⁊ dicendū ꝙ vnus est de multis quantū ad filiationē filiationis ſm qō etiā dicit primogenit⁹:ſꝫ nō vnū de multis ꝓprietate naturalitatis ſm ꝙ dicit vnigenit⁹. ¶ In deo creatura eē nō potest. Lōtra Ro.xj. In ipso sunt oīa:dicendū ꝙ sunt in ipso creature non p essentiā:sed sicut in causa p filiationes ideales q̄ ſm ꝙ in deo sunt creature nō sunt. ¶ Sed ex tropicis locutionib⁹. Cui⁹ ratio est q⁹ nō sunt simpliciter vere:ſꝫ ſm q̄d. vñ etiā Dio. dicit in epistola ad Titū ꝙ simbolica theologia nō est argumētatiua.

¶ DISTINCTIO .XII.

¶ An homo ille semp fuerit:uel ceperit esse.

POst predicta querit vtrum hō ille ceperit eē:uel semp fuerit:sicut simpliciter enūciam⁹ xp̄m uel dei filiū semp fuisse: nec cepisse. De hoc Augusti. dicit ita sup Jo. Habuit aliqñ dei fili⁹ quod nondū habuit idem ipse hō fili⁹: quia nōdū erat hō. Jtē in eodē: Prius q̄ꝫ mūdus eēt nec nos eramus:nec ipse mediator dei ⁊ hominū hō xp̄s iesus. Jtē super psal. Xp̄s noster etsi forte hō recens est: tm̄ est eter⁹ deus. Alibi vo legitur ꝙ puer ille creauit stellas:⁊ xp̄s dicit se esse principiū:⁊ esse ante abraam. His ergo auctoritatibus in nullo resultātes dicim⁹ hominē illū inquātū hō est eē cepisse:⁊ inquātū verbū est semp fuisse. Hic eni absq; distinctione nō est referēda respōsio: Nā ipse Aug. huiusmodi vtik distinctione in pluribus locis dicēs p xp̄m oīa esse facta inquantū est verbū. Scōm id vo qō hō est ipsum eē factū ⁊ glorificatū. Si igit ad ꝓsonā respicis ꝓfideter dic hominē illū semper fuisse. Si vo ad naturā hominis concede eum cepisse.

¶ Si de⁹ aliū hominē assumere potuerit:uel aliunde q̄ꝫ de genere ade.

SOlet etiā queri vtrum alium hominē: uel aliunde hominē q̄ꝫ de genere illi⁹ ade de⁹ assumere potuerit. Ad qō sane dici potest ip̄m ⁊ aliā animā ⁊ aliā carnē potuisse assumere:q⁹ gr̄a tm̄ assumpta est aia illa ⁊ caro a verbo dei. Ut eni ait Aug.in reb⁹ p tps ortis illa summa ⁊ gr̄a q⁹ hō in vnitate ꝓsone ꝓiūct⁹ est deo. Potuit igit de⁹ aliā aiaꝫ ⁊ aliā carnē assumere:⁊ carnē vtiqꝫ aliunde q̄ꝫ de genere ade. vñ aug. in li.iij. de tri. Poterat vtiqꝫ de⁹ hominē aliūde suscipe:in quo etiā mediator dei ⁊ hominū: nō de genere illi⁹ ade q̄ pctō suo gen⁹ obligauit humanū:sicut ip̄m quē primo creauit:non de genere alicui⁹ creauit. Poterat ergo vl sic uel alio quo vellet modo creare vnū hominē de quo vinceret victor priorīs.sed melius iudicauit

et de ipso quod victum fuerat genere assumere hominem per quem hominis vinceret inimicū: ⁊ tñ ex virgine cuius conceptū spūs nō caro: fides non libido prevenit. nec interfuit carnis concupiscētia qua ceteri concipiuntur qui originale trahunt peccatū: sed credendo non concubēdo sancta est fecūdata virginitas. Ex his aperte ostendit ⁊ alium et aliunde hominē deū assumere potuisse.

¶ Si homo ille potuit peccare: uel non esse deus.

IDeo non imerito queriť vtrum homo ille potuerit peccare: uel non esse deus. Si enī potuerit peccare ⁊ potuit damnari. Si potuit dānari potuit nō esse deus. Ergo si potuit peccare potuit nō esse deus: quia esse deū ⁊ posse ⁊ velle iniquitatē simul nequeunt. Hic distinctiōe opus est vtrū de psona an de natura agať. Si enī de persona agitur: manifestū est quia peccare nō potuit: nec deus non esse potuit. Si vō de natura: discutiēdum est vtrū agatur de ea ut verbo vnita: an de ea tanq̄ nō vnita verbo: ⁊ tñ enti. i. an de ea ſm q̄ fuit vnita verbo: an de ea ſm q̄ esse potuit: ⁊ non vnita verbo. Non est enim ambiguum animam illam entem vnitam verbo peccare non posse: ⁊ est sine ambiguo verum eandem etsi esset nō vnita verbo posse peccare.

¶ Quorundam oppositio q̄ potuit etiā vnita deo peccare.

QVidam tñ pbare conanť eam etiā vnitaz verbo posse peccare: quia liberū arbitriuz habet: ⁊ ita potest flecti in vtrāq̄z partem. Quod friuolū est: cum ⁊ angeli liberū arbitriū habeant: ⁊ tñ gr̄a a deo sunt cōfirmati ut peccare nequeant. quanto magis ergo ille hō cui spiritussanctus est datus sine mensura. Inducunt quoq̄ auctoritatem ad probādū idem. Scriptum est enim in libro sapientie: Qui potuit transgredi ⁊ non est transgressus: facere mala ⁊ non fecit. sed hoc accipiendū est ſm membra: uel partim de capite: partim de membris. de capite non est transgressus: et non fecit malum. de membris potuit transgredi ⁊ facere malum.

¶ Si deus potuit assumere hominem in sexu muliebri.

SOlet etiam queri quāuis curiose a nōnullis si deus humanā naturam potuit assumere ſm muliebrem sexum. Quidam arbitrantur eum potuisse assumere hominē in femineo sexu ut assumpsit in virili. Sed oportuno atq̄z conuenientius factum est ut de femina nasceretur ⁊ virū assumeret: ut ita vtriusq̄z sexus liberatio ostēderetur. Vnde augustinus in libro. lxxxiij. questionū Dominis liberatio in vtroq̄z sexu debuit apparere. ergo quia virū oportebat suscipere qui sexus honorabilior est: consequens erat ut feminei sexus liberatio hinc appareret: q̄ ille vir de femina natus est. Sapientia ergo dei que dicitur vnigenitus filio homine suscepto in vtero: ⁊ de vtero virginis liberationē hominis indicauit.

¶ Postq̄ ostendit magister q̄ nomen creature non predicatur de xpo simpliciter: sed cū determinatione: Hic inquirit de defectibus qui sequunť naturā humanā ſm q̄ creatura est. Et diuidiť in duas partes. Primo inquirit de defectu qui cōmuniter consequiť omnē creaturā. s. incipe eē. Secūdo de defectib⁹ qui sequunť specialiter humanā naturā ibi: Solet etiā queri vtrū alium hominē. Circa primū tria facit. Primo mouet q̄stionē. Secūdo obicit ad vtrāq̄z partē ibi: De hoc Augustin⁹ inquit ita. Tertio determinat eam ibi: His aūt auctoritatib⁹? ¶ Solet etiā queri. Hic ꝑse quiť de defectib⁹ qui pertinēt ad humanā naturā tñ. Et diuiditur in duas partes. Primo inq̄rit de defectu culpe. Secundo de defectu nature qui est sexus femineus ibi: Solet etiā queri quāuis curiose. Circa primuz duo facit. Primo querit de defectu culpe quantū ad originē. s. vtrū aliūde q̄z de peccatorib⁹ carnē assumere potuisset. Secundo de defectu culpe quantū ad actū: vtrū. s. peccare potuisset: ibi Ideo nō imerito q̄riť. Et circa hoc tria facit. Primo mouet questionē. Secūdo determinat ibi: Hic distinctione opus est. Tertio obicit contra determinationē ibi: Quidā tñ. Et primo obicit p rationē. Secūdo p auctoritatē ibi: Inducūt auctoritates. ⁊ vtrūq̄z soluit: vt patet in lr̄a ¶ Solet etiā queri. Hic inquirit de defectu nature qui est sexus femineus. Et primo mouet questionem. Secūdo soluit ibi: Quidam arbitrantur. ¶ Questio Prima.

HIc querunť tria. Primo de conceptione. Secūdo de potētia peccādi. Tertio de cōgruitate assumptiōis respectu sexus⁹ feminei. de cōgruitate tñ assumptiōis respectu generis ade dis. ij. dictū est. Circa primū querunť duo. Primo vtrū iste homo demonstrato xpo incepit esse. Secūdo vtrū incepit esse deus.

AD primū sic proceditur. videtur q̄ hec sit vera Iste hō incepit esse. omne enī q̄ nō semp fuit ⁊ est: incepit eē. sed sicut dicit Aug. in lr̄a: mediator dei ⁊ hominū hō xp̄s nō fuit priusq̄ mūdus eēt: ergo incepit esse. ¶ P̄ iste hō demōstrat suppositū vtriusq̄ nature diuine. s. ⁊ humane. ſz rōne diuine nature pōt dici Iste hō semp fuit: ergo cū incipe ꝺueniat humane nature: sicut etiā ab eterno diuine: rōne humane nature potest dici iste hō incepit esse. ¶ P̄ anteq̄ mūdus fieret erat verū dicere nullus hō est: ergo hec erat falsa aliquis hō est: vel iste hō est: nūc aūt est vera: ergo iste hō incepit eē. ¶ P̄ q̄ incepit eē in aliq̄ specie: incepit eē simpliciter. sed iste hō incepit eē in specie humana: ergo incepit esse simpliciter. ¶ P̄ nasci tempoaliter est mutari de nō esse in esse. sed iste homo est natus in tempore: ergo est mutatus de nō esse in esse. sed omne tale incepit esse: ergo iste homo incepit esse. ¶ P̄ iste homo supponit personā compositā. sed persona composita non fuit ab eterno: quia q̄ non est compositio nō potest esse aliquod compositū: ergo iste hō nō fuit semper: ergo incepit eē. ¶ Sed contra. nullū eternū incipit esse. sed iste homo supponit suppositum eternū: ergo non incepit esse. ¶ P̄ omne quod incepit esse est creatura. sed iste homo non est creatura: vt dictum est supra: ergo iste homo nō incepit esse. ¶ P̄ Jo. viij dicit ille homo de quo loquimur Anteq̄ abraaz fieret ego sum. ⁊ simili rōne potuisset vere dicē Anteq̄ mūdus fieret ego sum. sed nullū tale incepit esse: ergo iste homo non incepit esse. ¶ R⁹ dicendū q̄ quidam distinguūt istam Iste homo incepit esse: ex hoc q̄ hoc ꝓnomē iste potest demonstrare personā verbi: vel singulare hominis. ⁊ primo modo est falsa. secundo modo est vera. Sed cū dicitur iste homo: hoc ꝓnomen iste nō potest demonstrare nisi id quod supponitur per hoc nomē homo. suppositū aūt per hoc nomē homo non est aliud q̄z persona verbi ſm secundam opinionem. vnde ſm eam non potest stare: quia quāuis ponat in xpo esse aliquid singulare ꝓter personaz verbi. s. humanā naturā: tñ illud singulare nō supponiť p hoc nomen homo nec ꝑdicať de xpo: sicut. vj. di. dictum est. ⁊ ideo patet q̄ ista

distinctio est ſm primã opinionẽ bona: ⁊ ideo hac omissa quidã dicũt q̃ hoc verbũ incipit põt notare inceptionẽ respectu suppositi simpliciter ⁊ sic est falsa: qz suppositũ illud est eternum: vel respectu suppositi rõne formę significate: ⁊ sic est vera. ⁊ ponũt exemplũ de hac Scutũ albũ incipit esse hodie suppositio q̃ scutũ heri factũ hodie dealbet. Sz hoc dictũ nõ videt habere efficaciam ꝓpter duo. ꝑmo quia ⁊ si humana natura habeat aliq̃d simile accidenti in xp̃o: tamẽ hoc nomen homo nõ est adiectiuũ ſz substantiuũ: etiã si natura humana esset pure accidẽtaliter adueniẽs ⁊ in talibus plus facit modus significãdi q̃ ꝓprietas rei significate. secũdo quia dato q̃ esset adiectiuũ oporteret q̃ p̃dicatũ conueniret ei qõ copulat vel supponit per nomẽ positũ in subiecto vel rõne sui vel rõne alicui⁹ quod in eo est: illa autem predicata que nata sunt ipsi supposito cõuenire nõ p̃dicantur simpliciter de eo rõne alicui⁹ qõ in ipso est neq̃ ſm partem neq̃ ſm accidẽs aut naturã: nisi ei ſm se cõueniant: qz tunc sequeret q̃ affirmatio ⁊ negatio verificent̃ de eodem si ratione alicui⁹ existẽtis in ipso verificaret̃ quod ratione sui de eo vere negat̃: ⁊ hoc patz in ꝓposito: ei enĩ quod supponit̃ cũ dicit̃ iste homo conuenit esse semper. vnde de eo nõ potest verificari negatio vt dicat̃ nõ fuit semper simpliciter loquẽdo: ⁊ per consequẽs: nec aliquid qõ negationez dictã implicet sicut verbũ incipiẽdi. vnde dicẽdũ est q̃ hec est simpliciter falsa iste homo incepit esse: ⁊ est scõm q̃d vera. ſ. cũ determinatione humane nature: sicut ⁊ hec: iste homo est creatura est falsa nisi ei determinatio addat̃ et tunc etiã est tropica vt supra dixit Magister. vnde hic nõ intendit eã distinguere tanq̃ multiplicẽ: sed dicete quõ põt esse vera ⁊ falsa. ¶ Ad ꝑmũ ergo q̃ ſm regulã a magistro precedẽti dis. datã intelligẽda est illa auctoritas cũ determinatione etiã q̃uis causa brevitatis non apponat̃. ¶ Ad secũdũ dicendũ q̃ q̃uis illud suppositũ sit vtriusq̃ nature suppositũ tñ quãtũ ad aliqua se habet aliter ad naturã dinã q̃ ad humanã: qz est idem re cũ diuina ⁊ cõstitutũ in esse persona. scõm modũ intelligendi. vnde quãdocũq̃ fuit natura dina: fuit ipsum suppositũ: nõ aũt ita se habet ad naturaz humanã: ⁊ ideo nõ oportet q̃ incipiẽte hũana natura ipsuz incipiat. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q̃ ab eterno verũ fuisset dicere null⁹ homo est: qz suppositũ eternũ nondũ erat suppositũ hũane nature. vnde nõ poterat sumi sub dicta distributione: sicut nunc põt ꝓpter vnionẽ. vnde q̃uis ab eterno non erat verũ dicere aliquis hõ est eter⁹: mõ tñ est verũ dicere aliq̃s vel iste hõ est ab eterno. ¶ Ad quartũ dicendũ q̃ nasci tẽporaliter ex matre nõ est natũ cõuenire supposito: nisi rõne corporis vt supra dictũ ẽ: ⁊ ideo rõne ei⁹ verificat̃ ſm pliciter de supposito: ſz incipere esse nõ põt verificari de eo rõne corporis simpliciter: ſz cũ determinatione: ⁊ ideo hec est vera simpliciter: iste hõ est natus tẽporaliter: nõ tñ ista: iste hõ incepit esse: ſz est verũ ſm quid. ¶ Ad quintũ dicendũ q̃ in alijs suppositis que sunt suppositi tãtũ vni⁹ nature sequit̃ q̃ si incipiũt esse in aliqua specie: q̃ incipiũt esse simpliciter: ſz nõ est ita in ꝓposito. vnde quãtũ ad hoc similitudinẽ habet humana natura in xp̃o cũ accidẽte: ⁊ ideo sicut nõ sequit̃ iste homo incipit esse albus: ergo incepit esse: ita nec sequit̃ iste incepit esse hõ: ergo incepit esse. ¶ Ad sextũ dicẽdũ q̃ qz cõpositio nõ semp fuit: ideo hec est falsa persona semp fuit cõposita: ſz tñ hec ẽ vera ꝑsona cõposita semp fuit: qz ad veritatẽ ꝓpositiõis sufficit q̃ p̃dicatũ conueniat subiecto: nec oportz q̃ cõueniat ei rõne forme significate vt apposite nisi sit p̃dicatio per se: ⁊ ideo qz ꝑsone cõuenit semper fuisse q̃uis nõ rõne cõpositiõis. hec ẽ simpliciter vera persona cõposita semp fuit: ſz ad veritatẽ ꝓpositiõis exigit̃ q̃ totũ qõ est in p̃dicato conueniat subiecto: ⁊ ideo cõpositio quã significat hoc nomẽ cõpositũ nõ cõuenit ab eterno persone: ⁊ ideo hec est falsa ꝑsona ista semp fuit composita ¶ Ad secũdũ sciendũ q̃ idẽ iudiciũ est de ista: homo incipit esse de⁹ ⁊ homo factus est de⁹ ⁊ eedem rõnes vtrobiq̃ fieri possunt. ⁊ ideo requirat̃ supra dis. vij. vbi inquisitum est vtrum homo factus sit deus.

¶ Questio secunda.

Deinde querit̃ de potẽtia peccandi. ⁊ circa hoc duo queruntur. primũ vtrum iste homo potuit peccare. secundo vtrum habuit potentiam peccandi.

Ad primũ sic ꝓcedit̃. videt̃ q̃ potuit peccare. Ber. enim dicit q̃ tantũ descẽdit filius dei quãtũ descẽdere potuit ꝑter peccatũ: ſz vltim⁹ gradus citra peccatũ est posse peccare: ergo ipse potuit peccare. ¶ P̃ nihil laudis xp̃o hoi subtrahẽdũ est: ſz in laudẽ viri iusti dicitur Eccles. xxxj. qui potuit trãsgredi ⁊ nõ est trãsgressus: ergo hoc xp̃o cõuenire debet. ¶ P̃ sicut peccatũ requirit voluntariũ: ita ⁊ meritũ. ſz ſm Augu. Nullus peccat in eo qõ nõ põt vitare: ergo etiaz null⁹ meret̃ vel laudat̃ de hoc qõ dimittere nõ põt. Si ergo xp̃s nõ potuit peccare: non est laudandus de hoc qõ nõ peccauit. ¶ P̃ philosophus dicit in quarto Thopi. q̃ deus ⁊ studiosus potest ꝓuua agere: sed in xp̃o nõ inuenitur aliquid: quare nõ potuerit peccare nisi quia de⁹ est ⁊ quia bon⁹ perfecte fuit: ergo potuit peccare. ¶ P̃ Jo. vij. dicit̃: a xp̃o si dixero: qz nõ noui eũ ero similis vobis mendax: sed potuit illa verba dicere sine additione: sicut dixit cuz additione: ergo potuit mentiri: ergo et peccare. ¶ Sed cõtra Deb. ij. Eũ qui paulomin⁹. ꝛc. dicit glo. quia natura humane mentis quã de⁹ assumpsit ⁊ que nullo modo peccato deprauari potuit solus de⁹ maior est: sed quicũq̃ potest peccare: mens ei⁹ potest peccato deprauari: ergo christus nõ potuit peccare. ¶ P̃ Hec est pfectio nature glorificate vt iam peccare nõ possit: sed christus ab instanti sue cõceptionis fuit verus cõprehensor: ergo nũq̃ peccare potuit. ¶ P̃ Quicquid fecit ille homo potest dici deus fecisse: si ergo ille homo peccasset: sequeretur q̃ deus peccasset quod est impossibile: ergo primuz. ¶ R° dicendum q̃ simpliciter loquendo xp̃us nullo modo peccare potuit. vnde Damas. dicit in. iij. libro q̃ impeccabilis est de⁹ Jesus. põt enĩ considerari vt viator vel vt cõprehensor et vt deus: vt viator quidẽ dux videt̃ esse: dirigens nos ſm viaz rectam. In quolibet autẽ genere oportet primuz regulans torqueri nõ posse: qz alias esset error in oib⁹ que ad ipsum regulant̃: ⁊ ideo ipse xp̃us tantã gratie plenitudinẽ habuit vt etiã inquãtũ viator peccare nõ posset. vnde etiam et illi qui proximi sibi fuerunt cõfirmati sunt vt apostoli etiam viatores existẽtes vt mortaliter peccare nõ potuerũt q̃uis poterant peccare venialiter. Scõm vero q̃ fuit comprehensor: mens eius totaliter est coniũcta fini vt agere nõ posset nisi scõm ordinẽ ad finẽ. sicut in. ij. libro dis. vij. de angelis cõfirmatis dictum est. scõm autẽ q̃ fuit de⁹ anima eius et corpus fuerũt quasi organũ deitatis ſm q̃ vt dicit Damas. deitas regebat animã ⁊ anima corp⁹. vnde nõ poterat peccatum attingere ad eius animã: sicut nec de⁹ potest peccare tamẽ sub conditione potest cõcedi q̃ peccare potuit scilicz si voluisset quãuis hoc antecedens sit impossibile: quia ad veritatẽ cõditionalis: nõ requirit neq̃ veritas antecedentis neq̃ cõsequẽtis: sed necessaria habitudo vni⁹ ad alterũ ¶ Ad ꝑmũ ergo dicendũ q̃ sicut de⁹ non potuit descẽdere ad hoc q̃ peccaret: ⁊ ideo xp̃s nũq̃ peccauit. Ita etiã nõ potuit descendere ad hoc q̃ peccare posset: ⁊ ideo posset: ⁊ ideo etiã xp̃s nũq̃ peccare potuit: ⁊ etiã si deus ad hoc descendere potuisset: nõ tñ conueniebat: qz hoc magis impediebat finẽ incarnatiõis ſm quã est dux ⁊ regina nostroz operũ q̃ iuuaret ¶ Ad secũdũ dicendũ q̃ aliq̃d põt primere ad laudẽ inferioris qõ attributũ superiori magis ẽ in vituperiũ vt dicit Dio. iiij. ca. de di. no. sicut furibũdũ laudabile ẽ in cane: sed vituperabile in hoĩe. vñ etiã phs dicit in. x. Ethi. q̃ laudes hoiuz trãslate in deos: derisiones vident̃: tamen hoc q̃ posse peccare pertinet ad laudẽ est p accidẽs inquãtũ ostendit opus quod laudat̃: ex necessitate factũ non esse sed q̃uis remoueat a christo potentia peccandi: non tñ po-

nitur coactio que volũtario contrariat: ⁊ laudis rationem tollit. ℂ Ad tertium dicendũ q̃ impotẽtia coactionis que opponit volũtario tollit rationẽ meriti ⁊ demeriti: non im potẽtia que ẽ ex perfectione in bonitate vel malicia: q̃ hoc volũtar iũ nõ tollit: ſ̃ ponit voluntatẽ cõfirmatã ad vnum. ℂ Ad quartũ dicendũ q̃ ſicut dicit Rabi mo. verbũ philo ſophi intelligẽdũ eſt cũ cõditione: q̃ ſcilicz poſſet ſi vellet. ℂ Ad quintũ dicendum q̃ chriſtus potuiſſet ſi voluiſſet il la verba exp̃imere: ſed velle non potuit.

Ad ſecundũ ſic p̃cedit. videt q̃ x̃ps nõ habuit po tentiã peccandi. ſcõm enĩ quãlibet potentiã eſt ali quis potens: ſ̃ x̃ps nõ potuit peccare: ergo non ha buit peccãdi potentiã. ℂ P̃ potẽtia peccandi ſm Anſel. nõ eſt libertas arbitrij: nec pars libertatis: ſ̃ diminuit liberta tem: ſ̃ in x̃po libertas non fuit diminuta: ergo ipſe non ha buit potentiã peccãdi. ℂ P̃ potentia peccãdi eſt radix pec cati ⁊ p̃incipiũ: ſed in x̃po nõ fuit aliquod p̃incipiũ ⁊ radix peccati: ergo ipſe nõ habuit potentiã peccandi. ℂ P̃ x̃pus etiã ſm q̃ homo fuit maxime deo ſimilis: ſ̃ de⁹ non poteſt peccare nec potentiã peccãdi habet: ergo nec x̃ps ſm q̃ ho mo. ℂ Sed cõtra philoſophus dicit q̃ poteſtates multoꝝ ſunt eligẽde: ſed oĩa bona boĩuz x̃pus habuit: ergo potẽtiã peccandi. ℂ P̃ ſicut dicit Damaſ. filiꝰ dei aſſumpſit quic quid in noſtra natura plantauit. Plantauit aũt in ea potẽ tiam peccãdi: quia potẽtia peccandi a deo eſt quãuis volũ tas peccandi nõ ſit ab eo: ergo potentiaz peccandi habuit. ℂ P̃ potentia peccãdi eſt potẽtia qua peccat: hoc autẽ eſt liberũ arbitrium: cũ igitur x̃pus habuit liberũ arbitriũ ſm q̃ homo vt dicit Damaſce. oportet q̃ habuit potentiã pec candi. ℂ P̃ ãnima x̃pi creatura eſt: ſed ſm Damaſ. anima creatura vertibilis eſt: vel ſm electionẽ: vel ſm ſubſtantiã: ergo anima x̃pi vertibilis ſm electionẽ cum vim electiuaz habeat: ſ̃ vertibilitas electionis eſt potẽtia peccandi: ergo chriſtus habuit potentiã peccãdi. ℂ ℟° dicendũ q̃ actus ſe habet ad potentiã dupliciter: quia actus egredit a potẽ tia: ⁊ iterum per actus ſpecificat potentia: ⁊ ideo cum dici tur potentia aliquid agẽdi vt potentia videndi. dupliciter poteſt intelligi: quia poteſt deſignari vel ordo potentie ad actum ſcõm q̃ actus ſumit vt effectus potentie: vel deſi gnatur potẽtia ipſa ſpecificata per actuz ſm q̃ actus ſumit loco differentie ſpecifice ipſius potẽtie. ⁊ p̃imo modo nõ poteſt dici q̃ ille qui habet viſum impeditũ habeat poten tiam videndi ſicut nõ poteſt dici q̃ poſſit videre: ſed ſecun do modo põt dici q̃ habeat potentiam videndi ſicut q̃ ha beat potentiã viſiuam. hec autẽ diſtinctio vt ex dictis patet habet locum in illis actibus quibus ſpecificant potentie: huiuſmodi autẽ ſunt actus ad quos potentie ordinantur: ſed liberũ arbitriũ non ordinat ad peccatũ: immo peccatũ incidit ex defectu eius. vnde peccare nõ ſpecificat potentiã liberi arbitrij: ⁊ ideo cum dicit q̃ aliquis habet potentiaz peccandi non intelligit q̃ habeat liberũ arbitrium: ſed q̃ habeat ipſum ordinatũ ad peccandũ: ita vt peccare poſſit: ⁊ ideo ſicut de chriſto non dicit q̃ poſſit peccare: ita nec q̃ habet potentiã peccandi p̃prie loquendo ⁊ ſcõm ſe: ſ̃ po teſt cõcedi ſub hoc ſenſu vt dicat habere potentiã peccan di: quia habet potentiã que in alijs eſt potentia peccandi. ⁊ hoc modo ſuſtinendo facile reſpondet ad p̃mas quat tuor rationes. ℂ Ad quintũ dicendũ q̃ poteſtates multo rum ſunt eligende per accidens nõ quia ſunt multoꝝ: ſed q̃ eedẽ ſunt ad bona. magis aũt eſſent eligẽde ſi eſſent bo noꝝ tantũ: ℂ Ad ſextũ dicẽdũ q̃ potentia peccãdi inquã tũ peccandi nõ eſt a deo vt in. ij. libro diſ. vltima dictũ eſt: ſed quãtũ ad ſubiectũ potentie tantũ. ℂ Ad ſeptimũ dicen dũ q̃ liberũ arbitrium vt ex dictis patet: nõ poteſt dici ſim pliciter potentia peccandi niſi in his qui peccare poſſunt. ℂ Ad octauũ dicẽdũ q̃ illa vertibilitas in chriſto perficit per gratie plenitudinẽ ſicut ⁊ potentia materie terminatur per actum forme totã potentialitatez materie tollentis: vt patet in celo.

¶ Queſtio tertia.

Deinde queritꝰ de congruitate quantũ ad ſexum. et circa hoc queruntꝰ duo. p̃mo in quo ſexu humanã naturã aſſumere debuit. ſecũdo de quo ſexu. vtruz ſcilicet de viro vel de muliere.

Ad p̃imũ ſic p̃cedit. videtur q̃ non debuerit ali quem ſexũ accipere: quia ipſum corp⁹ chriſti veruz p̃eſignat corpus myſticuz: ſed in corpore myſtico qõ eſt eccleſia nõ eſt differẽtia ſexuũ: quia ſicut dicit ap̃ls Coll. iij. in x̃po nõ eſt maſculus nec̃ femina: ergo nec ipſe ſexũ aſſumere debuit. ℂ P̃ ſexus ordinat ad generationẽ carnalẽ: ſed x̃ps nõ venerat vt eſſet p̃incipiũ humani gene ris per generationẽ carnalẽ: ſed ſpiritualẽ: ergo ſexũ ſume re nõ debuit. ℂ P̃ ſpiritus creatus indifferẽter ſe habet ad vtrũq̃ ſexum: ſed plus diſtat ſpiritꝰ increatus a differentia ſexuũ q̃ ſpiritus creatus: ergo ipſe deꝰ ſe habet indifferen ter ad vtrũq̃ ſexũ: ergo vel vtrũq̃ aſſumere debuit vel neu trum. ℂ Sed contra x̃ps debuit fratribꝰ aſſimilari quãtũ ad naturalia vt dicit Heb. ij. ſed ſexus eſt de naturalibꝰ ho minis: ergo debuit ſexũ aſſumere. ℂ P̃ qõ eſt inaſſumpti bile eſt incurabile vt dicit Damaſce. ſed ſexus p̃cipue cura tione indigebat in quo maxime peccatũ originale regnat: ergo debuit aſſumere ſexum. ¶ Ulterius videt q̃ debuit aſſumere ſexum femineũ. reperatio enĩ reſpondet ruine: ſ̃ p̃ima ruina fuit per feminã: ergo ⁊ p̃incipiũ reperationis debuit eſſe per feminã hoc aũt eſt x̃ps: ergo ⁊c. ℂ P̃ x̃pus aſſumpſit defectꝰ nature noſtre: ſ̃ fragilitas ſexus feminei eſt quidã defectꝰ: ergo debuit ipſum aſſumere. ℂ P̃ dicit in quodã ſermone de virginibꝰ: quãto infirmiꝰ vaſculũ qõ reportat ab hoſte triũphũ: tanto magis deꝰ laudat: ſ̃ in vi ctoria x̃pi eſt deꝰ maxime laudãdus: ergo decuit q̃ ſexũ in firmiorẽ. ſ. femineum aſſumeret. ℂ Sed cõtra x̃ps fuit ca put eccleſie: ſed mulier non eſt caput viri: ſed ecõuerſo ſm Apoſtolum: ergo non debuit eſſe mulier. ℂ P̃ chriſtus vt eſſet doctor eccleſie p̃mittit Joel. ij. ſ̃ mulieri nõ conue nit docere in eccleſia: vt patz p̃ma Thozin. xiiij. ergo x̃pus nõ debuit ſexũ femineũ aſſumere. ℂ ℟° ad p̃mã q̃ſtionez q̃ x̃ps venit ad reperandã humanã naturã quã per aſſum ptionẽ reperauit: ⁊ ideo oportuit q̃ quicq̃d per ſe cõſequi tur ad humanã naturã: aſſumeret. ſ. oẽs p̃prietates ⁊ ptes humane nature inter quas eſt etiaz ſexus: ⁊ ideo decuit q̃ ſexũ aſſumeret. ℂ Ad p̃mũ ergo dicẽdũ q̃ in corpore my ſtico dicit nõ eſſe maſculꝰ aut femina: nõ q̃ nõ ſit differen tia ſexuũ: ſ̃ q̃ indifferenter ſe habet vterq̃ ſexus ad ipſum corp⁹ myſticũ: q̃ corpus myſticũ nõ eſt vna p̃ſona ſicut eſt ipſe x̃ps. vnde in eo nõ potuit eſſe vterq̃ ſexus: q̃ hoc eſſet monſtruoſum ⁊ in naturale. ℂ Ad ſecũdũ dicẽdũ q̃ nõ aſ ſumpſit ſexũ ad vſum: ſ̃ ad perfectionez nature ſicut etiam erit in ſanctis poſt reſurrectionẽ qũ neq̃ nubent neq̃ nu benť. ℂ Ad tertiũ dicẽdũ q̃ equaliter ſe habet q̃ſtiõ ad po tentiã: ſ̃ nõ quãtũ ad cõgruẽtiã. ℂ Ad ſecũdã q̃ſtionẽ di cẽdũ q̃ nõ loquit hic de potẽtia dei: quia ipſe potuit aſſu mere quale corpus voluit. de cõgruitate autem loquendo: q̃ x̃ps venit vt doctor ⁊ rector ⁊ ꝓpugnator humani gene ris que mulieri nõ cõpetũt: ideo nec cõpetẽs fuit q̃ ſexũ fe mineũ aſſumeret. ℂ Ad p̃mũ ergo dicẽdũ q̃ repatio debet reſpõdere ruine: per oppoſitũ. vñ ſicut p̃incipiũ perditionis fuit natura fragilior: ita p̃incipiũ repationis oz eſſe natura fortior: ſicut ſanatio in corpe boĩs eſt p̃ vtutez corꝺis qõ hz fortiorẽ ſanitatẽ. Uel dicẽdũ q̃ per mulierẽ nõ intrauit in mũdũ pctũ originale: ſ̃ per virũ ſic̃ in li. ij. dictũ ẽ: ẽ̃ quis a muliere initiũ habuit pctũ: ita etiã p̃ virũ habuit pfici opꝰ ſalutis nr̃e qõ aliqno mõ initiatũ ẽ per mulierẽ. ſ. btãm vir ginẽ. ℂ Ad ſecũdũ dicẽdũ q̃ x̃ps nõ aſſumpſit oẽs defectꝰ ſ̃ illos q̃ ꝺueniebãt ad finẽ aſſumptiõis. ſ. ad opꝰ redẽptio nis vt infra dicẽť. ℂ Ad tertiũ dicẽdũ q̃ laus dei nõ tãtũ ẽ ex infirmitate victoꝛis: ſ̃ etiã ex magnitudine victoꝛie ⁊ cõ gruẽtia pugne ſcõm q̃ in victoria x̃pi deꝰ maxime laudat.

¶ Ad secundū dicendū q hoc q omnes hoīes nō reparāt nō est ex insufficiētia medicine reparantis cū sit sufficiens quātū in se est ad reparādū oēs qui naturā humanā habēt vel habere possūt: sz ex defectu eoz qui reparatiōis effectū in seipsis impediūt sicut etiā carētia visus q humanā naturā cōsequit causat in cecis natis ex defectu materie ¶ Ad tertiū dicendū q natura angeli nō tota corruerat: z iterum angel⁹ peccās statim in malo cōfirmat⁹ fuit: nō aūt homo. z ideo natura humana reparari debuit: nō aūt natura angelica. de hoc etiam sunt plura notata supra dis. j. ar. ij. ¶ Ad quartū dicēdū q exclusio a visione dei pōt dici eterna propter duo. Aut qz in eo q excludit nō est virtus ad finiendū istā exclusionē neq; dispositio ad recipiēdū effectū alicui⁹ terminantis: z sic efficit eterna in obstinatis q sunt in inferno. vnde ipsi nūq̄ repabūt. Aut dicit eterna: qz nō est virt⁹ in excluso ad terminandū exclusionē q̄uis sit in eo dispositio ad recipiendū effectū alicui⁹ terminātis: z sic homo per pctm originale z per pctm etiā actuale mortale meret exclusionē eternā q̄diu est in vita ista: sz qū trāsit a vita ista si sine gratia trāsit efficit eterna scōm p̄mū modū. ¶ Ad secundā questionē dicēdū q cōgruū etiā fuit q natura humana per satisfactionē repararet. p̄mo ex parte dei: qz in hoc diuina iusticia manifestat q culpa per penā diluit. scōo ex parte hoīs qui satisfaciēs perfecti⁹ integrat. nō enī tāte glorie esset post peccatū quāte erat in statu innocētie si non plenarie satisfeciss̄et: qz magis est homini glorioſum vt peccatuz cōmissum satisfaciendo plenarie expurget q̄ si sine satisfactione dimitteret: sicut etiā magis homini glorioſuz est q vitā eternā ex meritis habet q̄ si sine meritis ad eā peruenire: qz q̄ quis meret quodāmō ex se habet inquantū illud meret. Siliter satisfactio facit vt satisfaciēs sit quodāmodo causa sue purgatiōis. Tertio etiā ex pte vniuersi vt. s. culpa per penā satisfactionis ordinet. z sic nihil inordinatū in vniuerso remaneat. ¶ Ad p̄mū igit dicendū q esse rei p̄cedit operari ipsi⁹. z ideo nō pōt esse q aliquis per suā operationē ineſſe constituat nec q sit aliquo mō causa sui ipsi⁹: sz sicut homo est causa sue corruptiōis peccādo: ita et decens est vt sit quodāmō causa sue purgatiōis satisfaciendo. ¶ Ad secūdū dicendū q in hoc q de⁹ per satisfactionē hoīez reparari voluit maxime manifestat ei⁹ misericordia qz nō tantū culpā ab eo voluit remouere: sz etiā ad p̄istinā dignitatē humanā naturā integraliter reducere que quidē dignitas perpetuo in natura manet: sz pena ad modicū trāsit. vnde magis manifestatur misericordia in p̄ducēdo ad eternā dignitatē q̄ in dimittendo. tēporalē culpam. ¶ Ad tertiū dicēdū q nature p̄ut cōsiderat in nuda cōtemplatione nō est agere: sz agere est p̄sone subsistētis in natura sicut igit peccatū nature inductū est ex actione p̄sone peccantis: ita oportz q act⁹ persone satisfaciētis p̄o natura satisfaciat ¶ Ad tertiā questionē dicēdū q reparatio humane nature a deo facta est. vnde pōt dupliciter cōsiderari. s. ex parte dei z ex parte ipsi⁹ nature reparāde. Ex parte aūt dei potest attēdi triplex necessitas. vna est necessitas coactiōis z hec respectu nulli⁹ pōt deo attribui: qz nō pōt in eo aliq̄d violētū esse: neq; extra naturā cū sit imutabilis vt dicit p̄hus. v. Meth. Alia necessitas ē absoluta z hec quidē cadit in deo respectu ipsoz que in ipso sunt. que. s. naturā suā cōsequūt quia impossibile est ea aliter se habere: sicut necessariuz est deū esse vel eē bonū z alia huiusmodi: sz hec necessitas nō est dei respectu alicui⁹ effectus: qz nō agit ex necessitate nature: sz ex liberalitate volūtatis. tertia necessitas est ex suppositione nō quidē finis: qz nō est dubiū quin deus ad aliquē finē posset inducere multis alijs viis etiā quā illis que modo determinate sunt ad finē aliquē: sz ex suppositiōe alicui⁹ q̄ō est in ipso. s. p̄sciētie vl volūtatis q̄ mutari non possunt sm quē modū dr q necessariū est p̄destinatū saluari z hec dr necessitas imutabilitatis a q̄busdā. z per hūc modū necessariū fuit ex pte dei hūanā naturā reparari: qz ipse p̄ueiderat z ordinauerat repandā: sz hec necessitas vt dictū ē. est necessitas cōditiōis nō absoluta sine cōsequētie nō consequētis. Et silr ex pte hoīs pōt considerari triplex necessitas vna necessitas absoluta q̄ est respectu eoz q̄ nāliter hoī insūt: sic̄ hoīez necessariū est eē risibilē et alia huiusmōi: z sic nō est necessariū hūanā naturā repari: qz repatio nō seq̄t ex p̄ncipijs nālib⁹. Alia est necessitas coactiōis z hec q̄dē est respectu eoz q̄ hō maiori vtute coact⁹ facit z inuolūtari⁹ simpliciter vel sm q̄d. z talis necessitas non fuit in natura hūana respectu repatiōis: qz de⁹ ad vtutē nō cogit. tertia vero necessitas est ex suppositiōe finis: sic̄ necessarium est hoī habere nauem si debet ire vltra mare z hac necessitate necessariuz fuit hūanā naturā repari si. s. ad visionē dei admitti debuit ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q nō oīs necessitas ē coactionis vt pz ex dictis. z ideo in p̄cessu ē fallacia cōsequētis. ¶ Ad scōm dicēdū q necessitas q̄ est ex suppositiōe volūtatis immutabilis aliq̄d volētis nō minuit rōnē volūtarij: sz auget tāto magis quāto ponit firmi⁹ inherens volito vt moueri nō possit. ¶ Ad tertiū dicēdū q quātū est de potentia dei de⁹ posset pctm absq; oi pena dimittere: nec iiustus esset si ꝑ faceret: sz quātū est ex pte isti⁹ q̄ peccauit sm ordinē quez nūc de⁹ imposuit reb⁹: nō pōt pctm ogrue sine pena dimitti nec seq̄t q si ogrue pars pene dimittit q etiā cōgrue tota dimittit p̄pter duo. p̄mo qz effect⁹ hz aliq̄d z ab agēte z a recipiēte. vñ sicut in collatiōe dinoz duoz donū ex pte dantis eleuat recipiētē supra statū suū. ex parte aūt recipiētis est infra modū quo de⁹ influit. ita in remissiōe pctoz oportz q sit aliq̄d ex pte misericordie remittētis vt aliq̄d de pena debita dimittat z aliq̄d ex pte recipiētis vt. s. in aliquo puniatur. Scōo qz remissio pene q̄ fit alijs hoīb⁹ p̄cipue pene satisfactorie fūdat supra virtutē satisfactoriā xp̄i que superabūdauit ad amouēdas oēs penas quantū in se fuit. vnde oportz q̄ ꝑticulata satisfactio fundet supra satisfactionem xp̄i cōdignā sicut impfectū in quolibet genere oriē ex perfecto. ¶ Ad quartū dicēdū q in eo cui de⁹ dat sua dona gratis nō est aliq̄d q̄ donis illis repugnet faciēs collationem duoz indecentē: sz in eo q̄ peccauit est aliq̄ō q̄ repugnat impunitati. z ideo ex pte creature nō est simile.

Ad secūdū sic ꝓcedit. videt q aliq̄ pura creatura satisfacere poterat p̄ humana natura. sicut enī p̄ peccato debet satisfactio. ita p̄ bñficio debet gratiarū actio: sz sufficit deo gratiarū actio quātū hō pōt sibi reddere etiā si nō sit suis bñficijs equalis: quia vt dicit p̄hs. viij. Ethi. scōm potētiā famulās hō dijs z patrib⁹ videt iustus esse q̄uis ad eq̄lia nō possit: ergo videt q silr sit sufficiens satisfactio quā hō pōt reddere ad expiādū peccatum. ¶ P̄ bonū est potenti⁹ ad agēdū quā malū: qz malū agit virtute boni vt dicit Dio. iiij. ca. de di. no. sz vna pura creatura potuit per actū malū totā humanā naturā inficere: ergo multo fozti⁹ pōt per vnū bonū actū p̄ tota humana natura satisfacere vna pura creatura. ¶ P̄ magne crudelitatis videt esse in dño vel iudice exigere aliquo plus quā possit: sed a deo lōge est oīs crudelitas: ergo nō exigit ab aliquo plus quā possit: ergo satisfactionē quā de⁹ ab hoīe req̄rebat purus hō facere poterat. ¶ P̄ natura nō repat nisi in indiuiduis vt supra dictū est: sz vn⁹ hō est: ita bon⁹ sicut hūana natura q̄ est in ipso: ergo vn⁹ hō satisfacere poterat p̄ natura hūana q̄ est in ipso z oēs p̄ hūana natura in oībus individuis existēte. ¶ P̄ natura angelica est supra humanā: sed q̄ō meli⁹ est pōt accipi p̄ recōpēsatiōe min⁹ boni: g̃ angel⁹ poterat p̄ hūana nā satisfacere. ¶ Sed ctra ille sol⁹ repare potuit q̄ potuit cōdere: sz sol⁹ de⁹ hūanā naturā condere potuit: g̃ ipse sol⁹ potuit repare: g̃ ad ꝑ q̄ naturā aliq̄s satisfaciēdo reparet: oportuit q̄ eēt de⁹. ¶ P̄ hō in instāti sue cōditiōis tāte erat dignitat⁹ q̄ nulli creature debitor erat rōne sue bñtudinis sz ē debitor z obnoxi⁹ rōne sue bñtudinis ei q̄ ipsū ad bñtudinē repauit: g̃ si per aliquā purā creaturā facta esset repatio nō esset homo reddit⁹ p̄istine dignitati.

¶ Ꝑ nullus ꝑ alio reddere potest quod pro seipso debet ꝫ quelibet creatura totū qō est deo debet: ergo nulla pura creatura pōt pro alia sufficiēter satisfacere. ¶ Ꝛ° dicendū ꝙ sicut dictum est oportebat ꝙ ꝑ peccato humane nature fieret cōdigna satisfactio: tū quia aliter hō nō restitueret̄ pristine dignitati: tū qz est cōueniens esse vnū primū in genere satisfactionis perfectū supra qō oēs alie imperfecte satisfactiones fundent̄. Ad hoc aūt satisfactio esset condigna oportebat ꝙ haberet virtutē infinitā: qz peccatuz pro quo trib⁹. primo extra infirmitate diuine maiestatis inquātū offensa fuerat per cōtēptū in obedientie. quāto enī maior est in quē peccat tanto est grauior culpa. secundo ex bono qō per peccatū auferebat̄ quod est infinitū scilicet ipse de⁹ cui⁹ participatione fiunt hoīes beati. tertio ex ipsa natura que corrupta erat que quidē infinitatez quandā habet inquantū in ea possunt supposita in infinitum multiplicari. Actio aūt pure creature nō pōt habere infinitā efficaciā: et ideo nulla pura creatura poterat sufficienter satisfactionez facere. ¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ impossibile est vt homo ad hoc perducat̄ vt semp deo debitor nō sit gratiarum actiōis quasi ab eo habēs totā qō est: ideo nō exigit̄ in gratiarū actione vt sit equiualēs donis ꝓceptis: ꝫ possibile est hoīem esse in tanta dignitate quāta fuit in statu innocētie z ideo ad perfectā repationē per quā totū reperat̄ qō reperari potest exigi ꝙ satisfactio sit equiuolens culpe. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ cōperādo bonū z malū ad effectus ei⁹ ꝓportionabiliter rñdentes bonū potenti⁹ est quā malū: qz bonū agit virtute sua. malū aūt nō nisi per virtutez boni: ꝫ tñ homo potest facili⁹ in actū malū q̄z in actum perfecte bonū: quia plura requirunt̄ ad bonū q̄z ad malū quod ex vno singulari defectu cōtingit: z ideo pri⁹ homo potuit in actuz malū qui erat ꝓportionat⁹ ad corrumpendū totā humanā naturā: nō aūt potuit in actū bonū: ita perfecte ꝙ esset proportionat⁹ ad reperationē. ¶ Ad tertiū dicendum ꝙ esset crudelitas in dño exigere plusq̄ possit nisi cū hoc etiam seruo debeat̄. vnde soluere possit qō exigit̄. vnde in hoc maxime eius misericordia cōmendatur ꝙ ab hoīe perfectā satisfactionē exigit vt perfecte reperet̄: z qz hoc per se homo nō poterat ei filiū suū qui posset dedit. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ q̄uis natura nō sit corrupta nec repatione indigens nisi fm ꝙ est in persona tū aliqua corruptio debet̄ nature non fm ꝙ est determinata in hac persona: sed scdm hoc ꝙ est in oīb⁹ illis qui per viciatā originē ab adam humanā naturā acceperūt. vnde pro ista cōi corruptione nō pōt vnus solus satisfacere: nec etiā simul oēs: quia natura excedit etiam illos oēs qui naturā humanā habēt cū ad plures se extēdere possit. ¶ Ad quintū dicendū ꝙ angel⁹ q̄uis sit hoīe superior quātū ad naturā nō tñ quantū ad gloriā in qua equales angelis erim⁹: z ideo angel⁹ ad gloriā nō pōt humanā naturā repare. Et etiā cū sit creatura quicqd pōt deo debet

Ad tertiū sic procedit̄. videt̄ ꝙ satisfactio nō debuit fieri per passionē xpi. min⁹ enim peccatū nō expiatur per maius: ꝫ magis aggrauatur: ꝫ maius fuit peccatū occidentiū xpm quā comestio pomi vetiti qua natura humana corrupta est: ergo corruptio humane nature nō potest expiari per passionē xpi. ¶ Ꝑ nihil corporale est equiualēs rei spūali: sed vita xpi quā per passionē xpus dedit fuit vita corporalis: ergo nō fuit sufficiēs ad recōpēsandū vitā spiritualē que per pctm amissa erat. ¶ Ꝑ peccatuz p̄mi hoīs per qō natura humana corrupta est fuit peccatuz superbie vt in. ij. li. oīs. xxij. dictum est: ꝫ maior fuit humilitas xpi in assumptione humane nature quādo exinaniuit semetipsum formā serui accipiens q̄z superbia ade: ergo ex ipsa assumptiōe humane nature sufficiēter fuit satisfactum ꝑ peccato hoīs: z ita nō fuit cōueniēs ꝙ xps patere. ¶ Ꝑ Ber. dicit ꝙ vna gutta sanguinis xpi fuit sufficiens precū nostre redēptionis: ꝫ aliquid de sanguine xpi effusum est in circūcisione: ergo nō oportebat ꝙ vlterius patere. ¶ Ꝑ tanta potest esse cōtritio in nobis peccantib⁹ ꝙ totū peccatū dimittit̄ z quātū ad penā z quātū ad culpā: ꝫ in xpo ab instanti sue cōceptionis fuit perfectissima charitas que cōtritioni vim. tribuit expurgādi peccatū: ergo xps ab instanti sue cōceptionis sufficiēter satisfecit ꝑ oībus peccatis nostris: z ita non oportuit ꝙ per passionē mortis satisfaceret. ¶ Ꝑ pena qua q̄s punit̄ quātitatē accipit quātū ad virtutem satisfaciēdi z ex cōditione patiētis: ꝫ xps inquātū de⁹ est z homo habet infinitā dignitatē: ergo quelibet pena q̄z sustinuit. s. fames fatigatio z huiusmodi fuit sufficiens ad satisfaciēdū ꝑ toto hūano genere: ergo nō oportuit ꝙ mortem patere. ¶ Sed cōtra Heb. ij. decebat eū per passionē cōsūmari. ¶ Ꝑ homo erat debitor mortis: ergo si debuit ꝑ alijs satisfacere recōpēsando oportuit ꝙ ipse mortē q̄z non debebat exoluere. ¶ Ꝑ xps nō solū debuit hostē vincere sed etiā exemplū vincēdi nobis dare: ergo debuit indifficilimis victor existere: ꝫ difficilimū est mortē sustinere: ḡ debuit per passionē mortis nos liberare. ¶ Ꝛ° dicendum ꝙ xpi satisfactio fuit nō ꝑ vno hoīe tñ: ꝫ pro tota hūana natura. vnde duas cōditiones cōcernere debuit vt esset vniuersalis respectu oīuz satisfactionū quodāmō. z vt esset exemplaris oīuz satisfactionū particulariū. Vniuersalis aūt erat nō per ꝓdicationē de multis: quasi per mltas particulares satisfactiones multiplicata: ꝫ habēs virtutē respectu oīum vnde nō oportebat ꝙ ipse oēs penas que ex pctō quocūq̄z mō cōsequi possent assumeret in seipso: sed illā ad quā oēs ordinant̄. z que cōtinet in se virtute oēs penas q̄uis non actu. Finis aūt omniū terribiliū est mors vt dicit pl̄us. iij. Ethi. z ideo per passionē mortis debuit satisfacere. Iquātū vero fuit exemplaris respectu nostrarū satisfactionum debuit habere magnitudinē excedētē oēs alias satisfactiōes quia exemplar debet esse prestanti⁹ exemplato: z ideo fm maximā penarū debuit satisfacere. s. mortē. ¶ Ad primuz ergo dicendū ꝙ passio xpi nō fuit satisfactoria ex parte occidentiū xpm: ꝫ ex parte ipsi⁹ patientis qui ex maxima charitate pati voluit. z scōm hoc fuit deo accepta. ¶ Ad secundū dicēdū ꝙ vita corporalis xpi habebat quēdā infinituz valorē ex diuinitate cōiunctū inquātū nō erat vita puri hominis: ꝫ dei z hoīs. z ideo poterat esse sufficiēs recōpensatio vite spūalis z precipue ratiōe charitatis eximie ex qua offerebat̄. ¶ Ad tertium dicēdū ꝙ in peccato ade nō solus fuit superbia: ꝫ delectatio: z ideo in satisfactione nō solum debuit esse humilitas qō in incarnatione factū est: ꝫ etiam acerbitas doloris qō in passione accidit. ¶ Ad quartū dicēdū ꝙ q̄uis gutta sanguinis quā in circūcisione fudit eēt sufficiens ad omnē satisfactionē cōsiderata cōditione persone. nō tamē quātū ad genus pene: qz ꝑ morte ad quā humanū genus obligatū erat oportebat ꝙ mortez exoluere. ¶ Ad quintū dicendū ꝙ cōtritio nō tantuz habet vim ex charitate: ꝫ etiā ex doloze: z ideo rōne charitatis delet culpam: ratione aūt doloris computat̄ in satisfactione pene. ¶ Ad sextū dicendū ꝙ alie pene quas xps sustinuit q̄uis sufficiētes essent ad satisfaciendū pro humana natura cōsiderata cōditione patiētis. nō tamē cōsiderato genere pene quia in penis illis non continebantur oēs alie pene sicut in passione mortis continentur.

Ad quartū sic ꝓcedit̄. videt̄ ꝙ ali⁹ modus nō fuerit possibilis. Heb. ij. decebat eū per passionē cōsūmari dicit glo. nisi xps patere. homo non redimere. ¶ Ꝑ anselm. in li. cur de⁹ homo. Nō potuit transire calicem nisi biberet non: quia mortē vitare nequiuerit; sed qz aliter mūdus saluari nō posset: ergo videt̄ ꝙ ali⁹ modus possibilis nō fuit. ¶ Ꝑ minimū incōueniēs est deo impossibile: sed inconueniens est peccatū dimittere sine debita satisfactione vt dictū est. Cū igit̄ debita satisfactio nō potuerit eē nisi per modū istū videt̄ ꝙ alius modus possibilis nō fuit. ¶ Ꝑ fidei nō potest subesse falsum: ꝫ antiqui patres crediderūt xpm passurū: ergo nō potuit aliter esse. ¶ Sed cōtra

Grego.ij.li.moza.qui fecit nos de nihilo reuocare etiã sine morte ꝛ passione sua nos potuit. ¶ Ꝓ Lu.j. Nõ erit impossibile apud deũ omne verbum. ergo quocũq; alio modo potuisset nos liberare. ¶ Ulteri⁹ videt ꝙ ali⁹ modus fuisset ꝺueniẽtioz. Si enĩ xp̃s morte subijsset naturalem nihilominus genus humanũ redemptũ fuisset: quia morte soluisset quã nõ debebat: sed hoc fuisset sine omni peccato alicuius: ergo videt ꝙ hic fuisset modus ꝺueniẽtioz: ꝙz vnũquodq; tanto est ꝺueniẽti⁹ q̃nto ad ipsum pautioza incõuenientia sequunt. ¶ Ꝓ diabol⁹ nõ oĩno iniuste inmiserat: nec aliqõ ius in nobis habebat. sed nihil est ꝺuenientius q̃ ꝙ vis vi repellat: ergo ꝺueniẽtissim⁹ modus fuisset vt ꝑ potentiam nos eriperet a potestate diaboli nõ redimẽdo. ¶ Ꝓ ipse venerat a demonis potestate hominẽ liberare: nõ aũt a potestate hominis. ergo ꝺueniẽtius fuisset ꝙ a demone passus fuisset q̃ ab homine. ¶ Ꝓ xp̃s ad hoc venit vt hoĩes ad se traheret. sed plures eum sequerent si ꝑ viã deliciarũ incessisset q̃ ꝙ ꝑ viam passionis de hoc mũdo exiuit. ergo videt ꝙ ille fuisset conueniẽtioz modus. ¶ Sed contra sup illud psal. Et nõ ad insipientiã mihi: dicit glo. nullus ꝺueniẽtioz modus nostre redemptiõis fuit q̃ ꝙ homo qui ꝑ superbiã ceciderat ꝑ humilitatẽ resurgeret. ¶ Ꝓ optimi est optima adducere. si igit deus est optimus modũ optimũ nostre liberationis elegit. ¶ Rº dicendum ad primã questionẽ ꝙ quãtũ ex parte dei est fuit alius modus nostre liberationis possibilis: quia eius potẽtia limitata nõ est: quẽ si elegisset ꝺueniẽtissim⁹ fuisset: nõ tñ habuisset rationẽ redemptiõis sed liberationis tñ: quia liberatio nõ fuisset facta ꝑ solutionẽ precij. Ex parte autẽ hominis non fuit alius modus possibilis nisi quẽ deus ei dedit: quia ꝑ se satisfacere non poterat: sed solũ diuino munere. sed ex parte nostra simul ꝛ dei fuit quidẽ alius modus possibilis: sed nullus ita ꝺueniẽs. ¶ Ad primũ ergo dicendũ ꝙ si homo alio modo liberaret nõ redimeret: quia redemptio sufficiẽtẽ satisfactionẽ importat. sed tñ alio modo liberari potuit. ¶ Ad secundũ dicendũ ꝙ Ansel. loquit quantũ est ex parte nostra supposita dei ordinatiõe. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ q̃uis sit incõueniẽs ex parte nostra fm ordinẽ quẽ deus rebus posuit vt peccatũ sine satisfactiõe ꝺimittat: tñ si ipse faceret ꝺueniẽtissimũ esset: quia ipse simul cũ hoc faceret aliquã ꝺueniẽtiã in reponeret. ¶ Ad quartum dicendũ ꝙ fides antiquoz fuit de passione xp̃i futura presuppositа dei ordinatione ꝙ ita fieret ex cui⁹ suppositione passio xp̃i necessitatẽ habet vt dictũ est. ¶ Ad secundã questionẽ dicendũ ꝙ quantũ est ex parte nostra ꝺueniẽtioz modus eẽ nõ potuit: sed tamẽ deo nõ auferet potentia quin potuisset aliũ modũ ꝺueniẽtiozẽ fecisse cui⁹ potẽtia limitata nõ est. sed hoc esset fm aliũ ordinẽ rebus impositũ. ¶ Ad primũ ergo dicẽdũ ꝙ xp̃s ꝓ oĩbus peccatis q̃ntũ ad sufficientiã debuit satisfacere nõ solũ ꝓ originali: sed etiã ꝓ actuali ꝓ quo infligit violenta morz. ꝛ ideo vt sua satisfactio omnẽ cõprehenderet decens fuit vt morte turpissima q̃ntũ ad genus mortis morereť: vt sic nõ solũ sub angelis descẽderet ꝑ morte: sed etiam sub hominib⁹ ꝑ genus mortis q̃ntũ ad acerbitatẽ simul ꝛ turpitudinẽ. Nec peccatũ alioz aliq̃d de ꝺueniẽtia satisfactionis admit: qz satisfactio nõ est ex passione ex parte infligentiũ passionẽ: sed ex parte patiẽtis. ¶ Ad secundũ dicendum ꝙ q̃uis diabol⁹ nos iniuste detineret: tñ nos iuste ab ipso detinebamur eius tyrannidẽ ꝓpter nostrã culpã patientes. vnde ex parte nostra fuit congruũ vt satisfaciẽdo nos eriperet: vt nõ solũ ipse iuste nos liberaret: quod eẽt si violentia vteret: sed etiã nos iuste liberaremur. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ sicut pctñ hoĩs fuit cõmissum ab hoĩe instigãte diabolo ita etiã ꝺueniẽs fuit vt medicina morbo respõderet ꝙ xp̃s occideret ab hoĩe suadente diabolo. ¶ Ad quartũ dicẽdũ ꝙ satisfactio debet eẽ penalis. ꝛ ideo vt ꝓ nobis satisfaceret opoꝛtuit ꝙ in hoc mundo penas sustineret: ꝛ nõ delicijs vteret. Uel dicendũ ꝙ xp̃s ad hoc venit vt a terrenis bonis ꝓ quibus homines a deo recesserant ad celestia nos reuocaret. ꝛ ideo decuit vt terrena bona abijceret quatenꝰ ea cõdemnẽdi nobis exemplũ daret.

Ad quintũ sic ꝓcedit, videt ꝙ deus pater filiũ nõ tradiderit ad passionẽ. maxima enĩ crudelitas est filiũ innocentẽ tradere. sed xp̃s fuit innocẽtissim⁹: cũ ergo crudelitas nõ sit in deo: videt ꝙ ipse xp̃m ad passionẽ nõ tradiderit. ¶ Ꝓ si pater xp̃m in morte tradidit: hoc non fuit nisi quia xp̃s ex obediẽtia ad patrẽ mortuus est. ſz quicũq; facit aliquid ex obediẽtia facit ex debito: ergo xp̃s debitoz mortis fuit: ꝛ sic nõ fuit moꝛs eius deo gratissima: debitũ enĩ diminuit de gratitudine actus. ¶ Ꝓ si pater tradidit filiũ ergo voluit eũ mori. sed hoc etiã voluerũt iudei: ergo cõformauerũt volũtatẽ suã volũtati diuine: ꝛ ita nõ peccauerũt. ¶ Ꝓ ps̃s dicit in vj. ethic. ꝙ ꝓuenire ad bonũ finẽ ꝑ mala media est mali ꝺiliatoꝛis. ſz ꝺiliũ diuinũ ẽ optimũ: ergo si ex cõsilio volũtatis patris xp̃s eẽt mortuus: nõ eẽt ꝺiliũ expletũ mediãtib⁹ malis actibus iudeoꝛ: qõ tñ falsum est: ergo pater filiũ ad passionẽ nõ tradidit. ¶ Sed contra. Ro. viij. Proꝓrio filio suo nõ pepcit ꝛc. ¶ Ꝓ oĩs pena ẽ a deo. ſz passio xp̃i q̃dã pena fuit: ergo fuit a deo. ¶ Ulteri⁹ videt ꝙ passio xp̃i nõ fuit bona: qz fm Boe. cui⁹ generatio est bona coꝛruptio est mala. ſz generatio xp̃i fuit optima: ergo passio moꝛtis ipsi⁹ fuit pessima. ¶ Ꝓ omne iniustuz est malũ. ſz xp̃s iniuste passus est. j. pe. ij. Tradebat aũt iudicãti se iniuste. ergo illa passio xp̃i fuit mala. ¶ Ꝓ sicut eadem materia nõ põt eẽ in naturalib⁹ sub ꝛrarijs formis: ita vn⁹ actus in moꝛtalib⁹ nõ põt eẽ bon⁹ ꝛ malus. ſz opus iudeoꝛ vt dicit in lra fuit passio xp̃i: ergo cũ opus iudeoꝛum fuerit malũ passio xp̃i nõ potest dici bona. ¶ Sed cõtra. nihil est deo acceptũ nisi bonũ. ſz moꝛs xp̃i fuit deo acceptissima: qz ipse tradidit semetipsum ꝓ nobis oblationẽ ꝛ hostiã deo in odoꝛẽ suauitatis Eph̃. v. ergo passio xp̃i fuit bona. ¶ Ꝓ omne quod est ex charitate est bonũ. ſz xp̃s ex maxima charitate fuit moꝛtu⁹ ꝛ passus: ꝙ passio sua fuit optima. ¶ Rº dicendũ ad primã questionẽ ꝙ in passione xp̃i fuit tria cõsiderare. Unũ ex parte patientis: qz. ſ. volũtarie passus est ex charitate. Aliud aũt ex parte occidentiũ qui ex iniqua volũtate eum occiderũt. Tertiũ est ex parte ipsoꝛ ꝓ quib⁹ passus est. ſ. effectus salutis in toto humano genere. Et fm hoc tripliciter de⁹ pater ĩmo tota trinitas eũ tradidit. Uno mõ preordinãdo passionẽ ei⁹ ad salutẽ humani generis. Secũdo xp̃o homini volũtatẽ dando ꝛ charitatẽ ex qua pati voluit. Tertio dando potestatẽ: ꝛ nõ cohibẽdo voluntatẽ occidentiũ: sicut dicit Jo. xix. Nõ haberes in me potestatẽ nisi data tibi fuisset desup. ¶ Ad primũ ergo dicendũ ꝙ deus pater nõ tradidit christũ in morte quasi cogẽdo ipsum mori: sed dando ei volũtatẽ bonã qua mori vellet. ꝛ ideo nõ sequitur ꝙ fuerit aliqua crudelitas in deo. ¶ Ad secundũ dicendũ ꝙ christus nõ fuit debitoꝛ moꝛtis ex necessitate: sed ex charitate ad homines qua hominis salutem voluit: ꝛ ex charitate ad deũ qua ei⁹ volũtatẽ implere voluit sicut dixit Math̃. xxvj. Non sicut ego volo sed sicut tu. ꝛ hoc debituz nõ diminuit aliquid de gratitudine actus. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ conformitas voluntatis humane ad diuinã nõ est simpliciter in volendo quod deus vult: sed in volendo eodem modo. i. ex charitate sicut deus vult: vel ad eundẽ finẽ. vel in volendo id quod deus vult nos velle. ꝛ hoc modo iudei volũtatẽ suã diuine nõ cꝺformauerũt: qz xp̃m ex neꝺcia occiderũt ad impediẽdã salutẽ quã ex ei⁹ predicatione seꝙ videbãt. ¶ Ad q̃rtũ dicẽdũ ꝙ facere aliquod malũ ꝓpter bonũ finẽ ꝺsequẽdũ est mali ꝺsiliatoꝛis. ſz vti malicia alioꝛ quã ipse nõ facit ad bonũ finẽ hoc est sume sapiẽtie. ¶ Ad secũdã questionẽ dicẽdũ ꝙ iudiciũ absolutũ est de re qñ cõsiderať ipsa fm ꝙ est actu in rerũ natura existens. ꝛ hoc est qñ ꝺsiderať cũ oĩb⁹ circũstãtijs q̃ sunt in ipsa. ſz qñ ꝺsiderať res fm aliq̃d quod in re est sine ꝺsideratione alioꝛ: illud iudiciũ nõ est de re simpliciter sed fm quid. Si igit cõsideret

passio ſm q̄ est in patiente cum omnibus que circumstant ſ. charitate xp̄i ⁊ efficacia ipſius sic est dicēda ſimpliciter bona. Si autē cōsideret ſm q̄ est passio tm̄. ſ. inquantū admittā nihil aliud cōsiderādo: sic est malū in genere mali nature: vnde dicenda est bona simpliciter: ⁊ mala ſm q̄d. ¶ Ad p̄imū ergo dicēdū q̄ passio xp̄i inquantū est corruptionis inductiua sic est mala: ⁊ hoc ē cōsiderare ipsaz ſm quid. ſed inquantū est passio volita: ⁊ ad humanā salutē ordinata: sic est optima. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ iniuste illata est ex parte occidentiū: ſed ex parte ipſius patiētis ex iustissima volūtate p̄cedit. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ opus operans iudeoꝝ est malū simpliciter. ſed passio q̄ est opus operatū est quidē simpliciter bona ſm q̄ est in patiente cuius possit dici mala ſm quid. ſecundū quidē est in actione illoꝝ sicut in causa ⁊ ſm q̄ est corruptiua nature: ⁊ ita nō ē ponere cōtraria circa idem. ¶ Quia sic iustitia superat⁹ est diabolus. Cōtra iustitia dei non potest eē ſine potentia nec ecōuerso: dicenduz q̄ intelligendū est nō potentia tm̄. ſed ſi etiā potētia tm̄ diabolū supasset adhuc eēt iustitia ex parte dei liberātis cuius non eēt ex parte nostra. ¶ Peccante peccati actoꝝ illico inuasit. Cōtra Magis peccauit diabolus q̄ homo: ergo magis debuit ipse inuadi q̄ homo: dicendū q̄ ambos inuasit ſententia iudicis ſm culpe modū. ſed hominē inuasit ⁊ peccati auctoꝝ: tū quia homo illi se ſubdidit: tū quia homo ex ordine nature ſub angelis erat. vnde etiā homini ad exercitium datur. ¶ Predestinatis tm̄ effecit ſimilē. Cōtra Aliqui etiā non predestinati gratiā accipiūt: dicendū q̄ loquit̄ de salute finali p quā homo ab omni malo liberat̄. Vel distinguēdū est qm̄a potest intelligi de opere operāte: ⁊ sic malū operati sunt. Uel dicendū de opere operato: ⁊ sic bonum operati sunt.

¶ DISTINCTIO .XXI.

¶ Si in christo diuisio fuit in morte anime uel carnis a verbo.

POst predicta considerandū est vtrū in morte a verbo sit separata anima uel caro. Quidaz putauerunt carnē sicut ab anima ita a diuinitate in morte fuisse diuisam. Si enī inquiunt anima media diuinias carnez ſibi vniuit sicut ſuperi⁹ p̄tactū est: ergo q̄ diuisa est caro ab anima: diuisa est etiaz a diuinitate: quia nō potuit ab anima ſeiungi per quā verbo erat vnita quin a verbo diuideretur. Fuit autē diuisa in morte ab anima: alioquin vera mors ibi non fuisset: q⁹ ut ait Augu. mors quā timent homines ſeparatio est anime a carne. mors autē quā non timēt ſeparatio est anime a deo. Vtraq̄ vō diaboli ſuasionib⁹ homini ꝓpinata est. Si ergo in christo homine vera mors fuit: diuisa est ibi anima: ac per hoc diuinitas a carne. Huic ſue probabilitati addunt auctoritatis teſtimoniū. Ambro. enī tractans de xp̄i derelictione qui in cruce voce magna clamās dixit De⁹ deus meus ūre me dereliquiſti: ait Clamat hō ſeparatione diuinitatis moritur⁹. Nā cū diuinitas mortis verbi libera ſit: vtiq̄ ibi mors eē nō poterat niſi vita diſcederet: q⁹ vita diuinitas est. Hic videt̄ tradi q̄ diuinitas ſeparata ſit in morte ab homine q̄ niſi diſceſſiſſet hō ille mori nō poſſet. Quod illi ad carnē referunt quā dicūt a deo ſeparatā. Quib⁹ rñdem⁹ illā ſeparationē ſic eē accipiendā ſicut intelligit̄ derelictio q̄ illis verbis ſignificat̄ Vt q̄d me dereliq̄ſti. Quō igit̄ erat derelict⁹ a patre: cū in cruce ſe derelictū clamabat. Nō receſſerat de⁹ ab hoīe ita q̄ eēt ſoluta vnio dei ⁊ hois. Alioq̄n fuit q̄nodā tps q̄ xp̄s adhuc viu⁹ hō erat: ⁊ nō deus: quia adhuc viuus ſe derelictū clamabat non derelinquendū. Si ergo illa derelictio vnionis intelligat̄ ſolutio: ante facta fuit ſolutio dei ⁊ hois q̄z xp̄s mortu⁹ eēt. Sed quis hoc dicet? Fateamur igit̄ deū quodāmō illuz hominē in morte deſeruiſſe: q⁹ poteſtati p̄ſequētiū eum expoſuit ad tps: nō ſuā potentiā exercēdo illū defendit ut nō moreret. Sepauit ſe diuinitas: quia ſubtraxit p̄tectionē: ſed nō ſoluit vnionē. Sepauit ſe foris ut nō adeſſet ad defenſionem: ſed nō intus defuit ad vnionē. Si nō ibi cohibuiſſet potentiam ſed exercuiſſet nō moreret xp̄s. Mortu⁹ est xp̄s diuinitate recedēte. i. effectū potētie in defendēdo nō exhibēte. Hic est hirc⁹ apopōpeyus q̄ altero hirco imolato in ſolitudinē mittebat̄: ut legit̄ in Leuiti. Hirci enī duo humanitas ⁊ diuinitas xp̄i intelligūtur. Humanitate igit̄ imolata diuinitas in ſolitudinē abijt. i. in celū. Vñ Eſitius ſup Leuiti. in ſolitudinē. i. in celū tpe passionis diuinitas abiiſſe dicitur: nō locū mutās ſz quodāmō virtutē cohibēs ut poſſent impij ꝓſūmare passionē. Abijt ergo. i. uirtutē cohibuit: ⁊ portauit iniq̄tates nr̄as: non ut haberet ſed ut ꝓſumeret. De⁹ enī ignis ꝓſumens est. Ex his ſatis oſtēdit̄ p̄missa uerba Ambro. ſic eē accipienda ut p̄diximus.

¶ Aliam inducunt auctoritatem.

ALij quoq̄z auctoritatib⁹ innituntur q̄ aſſerūt diuinitatem in morte receſſiſſe ab hoīe ſm carnē. Ait enī athanaſius Maledict⁹ q̄ totū hominē quē aſſumpſit dei fili⁹ denuo aſſumptū uel liberatū tertia die a mortuis reſurrexiſſe nō ꝓfiteat. fiat fiat. Si inquiūt denuo aſſumptus est hō in reſurrectione quē aſſumpſerat in incarnatione. deposuit ergo eum in morte. Sepata ergo fuit diuinitas in morte ab hūanitate. Quib⁹ reſpōdem⁹ q̄ ſi bis uerbis aſſumptio talis intelligat̄ q̄ ſit ſm vnionē: non carnē tm̄ ſed totū hominē. i. animā ⁊ carnē denuo ſibi vniuit in reſurrectione: quia non ſimpliciter hominē ſed totū hominē aſſumptū dicit. Totū igit̄ hominē in morte depoſuit. i. animā ⁊ carnē Sz quis niſi hoſtis ueritatis dicat animā a uerbo depoſitā? Et tm̄ niſi hoc fateant̄ q̄ tot⁹ hō ſit aſſumptus: nō pro eis facit illa auctoritas q̄ totū dicit aſſumptū. Sciendū est igit̄ athanaſiū id dixiſſe ꝓtra illoꝝ perfidiā q̄ reſurrectionē xp̄i negabāt putātes morte detineri q̄ ſolus inter mortuos liber est. Jō illū maledicit q̄ nō ꝓfiteat̄ totū hoīez denuo aſſumptū reſurrexiſſe. i. xp̄m aiaz corpori denuo ꝓiunxiſſe: ⁊ in illis duob⁹ denuo ꝓiūctis in reſurrectiōe ve ſm hoīez vixiſſe ſic añ mortē. Nā in morte ſepata ē aia a carne. vñ ve dicit̄ xp̄s mortuus: ſed neutrum ſeparatū est a uerbo dei.

¶ Astruit carnē a verbo in morte separatā nō esse. Sicut augu. sup io. docet tractās illud uerbū Ego pono animā meā ut iterū sumā eā Nemo tollit eā a me: sz pono eā a meipso. Potestatē habeo ponēdi eā ⁊ iterū sumēdi eā. Hic animā dicit amissam. a quo emissa est. a seipsa non est emissa: qz seipsam nō posuit. nec verbū aiaz posuit uel carnē. Caro enī animā posuit: sz ptāte in se manētis deitatis. Potētia ergo deitatis aia diuisa est a carne: sed neutrū a verbo dei. vñ aug. verbum exquo suscepit hominē. i. carnē ⁊ animā nunqz deposuit animā ut eēt aia a uerbo sepata: sed caro posuit animā qñ expirauit q̄ redeūte surrexit. Mors ergo ad tēpus carnē ⁊ animā sepauit: sed neutrū a uerbo dei. Caro igit ponit ⁊ sumit animā nō ptāte sua: sed potestate inhabitantis carnē deitatis. Hic euidēter tradit nec animā nec carnē a uerbo dei in morte diuisam: ut aliquo modo soluta fuerit vnio. vñ aug. ꝓtra felicianū: Absit ut sic xp̄s senserit mortē ut q̄ntū in se est uita uitā pdiderit. Si enī hoc ita eēt uite fons aruisset. Sensit igit mortē participatione humani affect⁹ quē spōte susceperat. nō natura sue pdidit potentiā p quā cūcta viuificat. Sic in sepulchro carnē suā cōmoriendo nō deseruit: sicut in utero uirginis cōnascēdo formauit. Mortu⁹ est ergo nō discedēte uita: sicut passus est nō pereunte potētia. Nemo tollit animā ei⁹ ab eo qui potestatē habet ponēdi ⁊ sumēdi. Ecce ⁊ hic habes xp̄m nō deseruisse carnē in morte ⁊ uitā nō discessisse a mortuo: ⁊ q̄ spōte tradidit spiritū: nō ali⁹ extorsit. unde ambro. Emisit xp̄s spiritū: ⁊ tñ q̄si arbiter eruendi suspēdendiqz corporis. emisit spiritum: nō amisit. Pēdebat in cruce ⁊ oia cōmouebat. Sz unde emisit. Ex carne. Quo emisit. ad patrē.

¶ Qua ratione dicit xp̄s mortuus ⁊ passus.

Recedente vo aia mortua est caro xp̄i. Et qz caro mortua est mortu⁹ est xp̄s. Sicut enī mortuus dicit deus qñ mortuus est hō ita mortuus dicit hō qñ mortua est caro. Sepatio aie mors carnis fuit. Propter carnē ergo vnitā uerbo q̄ mortua est dicit deus mortuus. ⁊ propter carnez ⁊ animā q̄ vtraqz dolorē sensit dicitur deus passus cū diuinitas ois doloris exsors existeret. Vñ Aug. Verbū caro factū est: ut p carnez panis celestis ad infantes transiret: ⁊ sm hocipsum uerbū crucifixū est. sz nō est mutatū in hominē: hō in illo mutat⁹ est ut melior fieret q̄z erat. Per id ergo q̄ hō erat mortuus est deus. ⁊ p id q̄ deus erat homo excitat⁹ est ⁊ resurrexit. Quicquid passus est homo nō potest dici nō passus deus quia deus erat hō. Quō potes dicere non esse passum iniuriam si vestis tua cōscindatur: cuius vestis tua nō sis tu. Multo magis ergo quicquid patitur caro vnita uerbo debeat dici pati deus: licz verbum nec mori nec corrumpi nec mutari potuerit. Sed quicquid horum passus est in carne passus est. De hoc etiam ambrosius in tertio libro de spiritu sancto ait: Quod uerbi caro patiebatur manens in carne verbum in se pro corporis assumptiōe referebat ut pati diceretur: quia caro patiebat sicut scriptū est: Christo in carne passo Hic docetur qua ratione deus nt dei filius passus uel mortuus dicitur: non quia mortem senserit inquantū deus est: sed quia caro ei vnita mortua est. Scōm quam rationem dicit augustinus: Si quis dixerit atqz crediderit filium dei deū passum: anathema sit. Cuius dicti causam ex qua intelligentia sumenda est aperiens in eodem subdit: Si quis dixerit q̄ dolorē in passione sentiebat filius dei deus ⁊ non caro tñ cum anima quā sibi acceperat: anathema sit. Sane igit dici potest q̄ mortuus est de⁹ ⁊ non mortuus: passus est dei filius ⁊ non passus. passa est tertia persona ⁊ non passa. crucifixum est verbum ⁊ non crucifixum. sm alteram naturā passus est: sm alteram impassibilis. Unde ambrosius Generalis est ista fides quia christus dei fili⁹ ⁊ natus ex virgine: quem quasi gigantem propheta describit eo q̄ biformis gemineqz nature vnus sit: cōsors diuinitatis ⁊ corporis. Idez ergo patiebatur ⁊ non patiebatur: mouebatur ⁊ nō mouebatur: sepeliebatur ⁊ non sepeliebatur: resurgebat ⁊ non resurgebat resurgebat sm carnē q̄ mortua fuerat: nō sm verbum quod apud deū semp manebat.

¶ Postq̄ determinauit magister de his que xp̄s cū humana natura assumpsit. s. gratia ⁊ sciētia ⁊ defectib⁹: ⁊ de his q̄ p humanā naturā operatus est. s. de meritis ipsius: Hic determinat de morte quaz in humana natura sustinuit. Diuiditur autē hec pars in duas. Primo determinat ea que ad mortē xp̄i pertinēt. Secūdo ea que ad mortē xp̄i osequunt dī. xxij. ibi: Hic querit. Prima diuidit in duo. Primo inq̄rit vtrū mors fuerit in xp̄o sm separationē deitatis a carne. Secūdo supposito q̄ nō ostenditur qua ratione xp̄s dicat mortuus ibi: Recedente vo. Circa primū duo facit. Primo mouet questionē. Secūdo determinat eam ibi: Quidā putauerūt. Et circa hoc duo facit. Primo excludit errorē. Secundo veritatē ofirmat ibi: Sicut Augu. sup Jo. Circa primū duo facit. Primo excludit ꝓbationē erroris sumptā ex ratione ⁊ auctoritate Aug. Secūdo ꝓbationē sumptā ex auctoritate Athan. ibi: Alij quoqz. Circa primū tria facit. Primo ponit rationē ipsarū. Secundo auctoritatē q̄ videt ꝓ eis facē ibi: Huic sue ꝓbabilitati. Tertio soluit ibi: Quib⁹ respōdem⁹ ¶ Alij quoqz. Hic tria facit. Primo ponit obiectionem ex auctoritate athanasij. Secūdo ostēdit q̄ illa auctoritas nō facit ꝓ eis ibi: Quib⁹ respondem⁹. Tertio auctoritatē athanasij exponit ibi: Sciendū est igit. ¶ Hic est duplex questio. Prima de morte xp̄i. Secunda de resurrectione eius. ¶ Questio Prima.

Circa primū queruntē tria. Primo vtrum in morte xp̄i fuerit separata deitas ab humanitate. Secundo vtrum corpus xp̄i fuit dissolutū vel incineratū. Tertio vtrū debeat simpliciter concedi q̄ christus vel filius dei sit mortuus.

Ad primū sic ꝓcedit. videt q̄ in morte christi deitas a carne separata sit. Remoto enī medio separant extrema que per mediū coniūguntē. sed sicut in. ij. di. dictum est diuinitas coniungebat carni mediante anima: ergo separata anima a carne separabat etiaz diuinitas. ¶ Ꝑ sicut in. ij. di. dictū est corpus insensibile non est assumptibile. sed separata anima caro remanet quoddaz corpus insensibile: ergo nō potuit remanere deitati vnita: cū nihil possit esse vnitū quod nō est assumptibile. ¶ Ꝑ nulla res est mortua que habet in se vitam. sz si deitas in morte a carne separata non fuisset habuisset in se vitā que etiam est fons inde-

ficiens vite:ergo mortua nō fuisset. ¶ Ꝑ vnio humane natu
re ad diuinam est per gratiā.sed corpus nō est capax gra
tie nisi mediante anima:ergo corpus sepata anima non po
test remanere deitati vnitum. ¶ Sed ꝯtra.filius dicitur ia
cuisse in sepulchro:als de hoc nō esset fides que habet obie
ctū veritatē increatā.sed hoc nō dicitur nisi quia corp⁹ in se
pulchro fuit:ergo deitas a corpe sepata non fuit. ¶ Ꝑ Leo
papa dicit Tanta fuit vnio dei ⁊ hoīs vt nec supplicio possꝫ
diminui nec morte distingui.sed suppliciū pati ⁊ mori cor
poris est:ergo corp⁹ in morte a diuinitate non est separatū.

¶ Ulterius videtꝫ deitas sit separata ab anima.vtraq; enī mors vt dicitur in littera.s.qua separat corp⁹ ab anima ⁊ qua separat aīa a deo diaboli suasu homini propinata ē. sed christus in se accepit mortē qua separat corpus ab ani ma vt a nobis excluderet qō suasu demonis in nobis deue nit:ergo similiter debuit pati mortem que est separatio ani me a deitate. ¶ Ꝑ quicunq; deponit aliquid:illud a se sepa rat.sed filius dei dicit de seipso Ioan.x.Ego pono animam meā.ergo eam a se separauit. ¶ Ꝑ sicut supra di.v.dictū est vniens est vnitū:sicut ratione vnionis deus est homo.si igi tur anima esset deo vnita post mortē:posset dici qꝫ deus eēt anima. ¶ Ꝑ ratione vnionis dei ad hominē est cōmunica tio idiomatū vt dicit Damascenus.sed anime idiomata nō dicuntur de filio dei.non enī potest dici qꝫ filius dei sit for ma corporis: ergo non remanet post mortem anima verbo vnita. ¶ Ꝑ si eēt verbū vnitū anime ⁊ corpori cum illa sint ad inuicem diuisa essent due vniones verbi ad illa duo.sed ante mortē erat tm̄ vna vnio:ergo aliqua vnio facta est de nouo in morte christi:quod est incōueniens. ¶ Ꝑ anima ⁊ corpus separata fuerunt duo quidez.si ergo verbum vtrīq; vnitum remansit: videtur qꝫ fuerūt duo vel tria christus in morte:quia vniens est vnitū. ¶ Sed cōtra.maior est coniū ctio anime ad deum per vnionem in persona q̄ que est per fruitionē.sed anima deo coniūcta per fruitionem nunq̄ ab ipso separat:ergo multo minus coniuncta ei per vnionē in persona. ¶ Ꝑ filius dei dicitur descendisse ad inferos.sed hoc nō cōuenit sibi nisi ratione aīe:ergo filius dei post mor tem habuit animā sibi vnitā. ¶ Ad ꝓmo dicendū ad primā que stionē qꝫ corpus christi in morte nō fuit separatū a deitate. Cuius ratio ex tribus accipi potest. Primo ex parte dei: qz cum sit imutabilis ei quod perfecte sibi coniunctū est incō mutabilitatē prestat:vt.s.imutabiliter ei adhereat.Secūdo ex parte ipsius assumpti:quia per mortē quam ex obedien tia patris sustinuit nō debuit suam dignitatē amittere: sed magis clarificare.Tertio ex fine assumptionis:quia ea que post mortē ipsius circa ipsum acta sunt salutaria nobis nō fuissent nisi deitas adiūcta eēt. ¶ Ad primū ergo dicēdū qꝫ sicut supra dis.ij.dictū est:anima q̄ntū ad vnibilitatē corpo ris est mediū necessitatis: qz corp⁹ nō eēt vnibile nisi inq̄n tū est animatū.sed q̄ntū ad vnionē in actu est mediū ꝯgruē tie:quo remoto nō necessario vnio tollit: vt supra.ij.dis.di ctū est.⁊ ideo quia separata anima a corpore adhuc remansit in corpore ordo ad animā:⁊ vnibile remāsit ⁊ vnitū. ¶ Ad secundū dicendū qꝫ q̄uis esset actu insensibile:tm̄ hoc habe bat supra alia corpora insensibilia qꝫ inerat ei ordo ad aīam humanā. ¶ Ad tertiū dicēdū qꝫ deitas nō potest eē forma corporis. Ad hoc aūt qꝫ corp⁹ sit viuū oportet qꝫ sit aliq̄d vi tificans formaliter. ¶ Ad quartū dicēdū qꝫ corpus nō est susceptiuū gratie habitual':qz illa ordinat ad actus spūales q̄ non pūt corpori cōicari.hec aūt gratia est mediū ꝯgruētie ad vnionē ex pte aīe.Iz gratia vnionis q̄ est ipsa vnio gratis facta pōt eē in corpore:qz ista gratia ordinat ad eē in psona diuina cui⁹ particeps est corpus sicut ⁊ aīa: ideo etiā corp⁹ pōt remanē vnitū aīa sepata in quo etiaz manet aliq̄s ordo ad gloriā ex eo qꝫ fuit instrumentū aīe habētis gratiā:vt di ctū est:vt sic etiā habitual' gratia quodāmō in corpus redū det:vt supra dis.xiij.dictū est. ¶ Ad secundā questionē di cendū qꝫ propter easdē rōnes aīa a verbo in morte xp̄i sepa ta non fuit:⁊ adhuc amplio⁹ inquantū aīa imediati⁹ ⁊ pluri bus modis verbo vnit q̄ corpus. ¶ Ad primū ergo dicen dū qꝫ mors aīe est sm̄ sepationē aīe a deo p peccatū oppositā diunctioni que est p charitatē: quā mortē xp̄s assumere nō decuit sicut nec peccatū:vt supra di.xv.dictū est.⁊ iō hec ratio nō est ad propositū.quia etiā si eēt sepatio pfecta aīe a verbo q̄ntū ad diunctionē q̄ est in psona adhuc aīa nō esset mortua sed viua inq̄ntū remaneret deo p charitatē diūcta. ¶ Ad secundū dicēdū qꝫ filius dei dicit animā ponere:nō quidē a se sed a carne a qua in morte sepata fuit. ¶ Ad ter tiū dicēdū qꝫ aīa nō nominat psonā sed partē nature.vñ aīa nō est vnita verbo sicut importans id in quo facta est vnio sicut est de hoc noīe hō:⁊ ideo nō potest dici qꝫ filius dei sit aīa:sicut pōt dici qꝫ sit hō sm̄ qꝫ est hūs animā. ¶ Ad quar tū dicendū qꝫ sicut ea que dicunt de natura humana sm̄ ra tionē nature nō pūt p̄dicari de filio dei vt qō dicit eē cōis xp̄o ⁊ aliis hoīb⁹:ita etiā ea que predicant de aīa xp̄i inq̄n tū est pars nature non pūt dici de filio dei sicut qꝫ est forma vel aliquid huiusmodi.Ea aūt que predicant de ipsa inq̄n tū est q̄d subsistēs pūt de filio dei predicari: sicut qꝫ descen dit ad inferos: ⁊ alia huiusmodi. ¶ Ad quintū dicendū qꝫ sicut supra di.viij.dictū est relationes sm̄ rem multiplican tur sm̄ multiplicationē illoꝝ supra que fundant relatiōes. vnde ꝯtingit qꝫ relatio ex parte vni⁹ extremi est vna que ex parte alteri⁹ multiplicat: sicut de illo q̄ vna paternitate ad multos filios refert qui ad ipsum multis filiationib⁹ refe runtur.ita etiā est hoc quia ex parte ipsi⁹ filij dei est vna tm̄ q̄uis non sit ex parte ipsius relatio realis ꝫ rationis tm̄. Ex parte aūt assumptoꝝ que diuisa sunt sunt due vniones in actu post mortē.q̄ aūt erat vna in actu ⁊ multe in potētia. vnde nō oportet qꝫ aliq̄ vnio fiat ibi de nouo:sicut nec in di uisione ꝯtinui fit aliq̄d de nouo inq̄ntū id quod prius erat multa potētia:vnū actu:fit actu plura. ¶ Ad sextum dicen dum qꝫ sicut humana natura non est ypostasis in xp̄o q̄uis possit dici singulare ⁊ individuū:vt supra di.vj.dictū est.ita etiam anima ⁊ corpus nō sunt due complete ypostases: sed vnite vni ypostasi filij dei q̄uis possunt dici duo singularia vel duo individua.sed nō sequit ex hoc qꝫ xp̄s sit duo:quia neutrū illoꝝ de xp̄o predicat vel de filio dei.

¶ Ad secundū sic procedit.videtur qꝫ corpus xp̄i post mortē debuit dissolui siue incinerari Hebre.ij.dici tur Christus debuit per omnia fratrib⁹ assimilari. sed alij homines qui dicunt fratres christi sm̄ corpus inci nerant: ergo ⁊ corpus christi incinerari debuit. ¶ Ꝑ sicut sepatio anime a carne fuit inflictū homini propter peccatū primi parētis:ita etiā incineratio.quia dicitur Genesis.iij. Terra es ⁊ in terrā ibis.sed christ⁹ pro nobis sustinuit mor tem vt debitū nature solueret:ergo similiter corpus eius in cinerari debuit. ¶ Ꝑ humilitas ē meritū exaltatiōis phisi. ij.sed corp⁹ christi fuit maxime exaltandū:ergo debuit vsq; ad incinerationē humiliari. ¶ Ꝑ omne compositū ex con trarijs naturaliter est dissolubile in cōtraria.sed corpus xp̄i fuit ex cōtrarijs compositū:quia fuit eiusdem nature cuius sunt corpora nostra:ergo cū incineratio nihil aliud sit q̄ re solutio corporis ad cōtraria ex quibus constituit videtꝫ corpus christi incinerari debuit. ¶ Ꝑ anima non recedit a corpore q̄diu in corpore manet equalitas complexionis q̄ requiritur vt dispositio in corpore animato:quia per hanc dispositionem materia fit necessaria ad talem formā.sed in morte christi anima recessit a corpore: ergo in corpore non remansit illa equalitas que exigitur ad corporū animatio nē.sed ablata equalitate complexionis vnū contrariū supe rat aliud ⁊ corrumpit illud: ⁊ sic sequit corporis dissolutio ⁊ incineratio: ergo corpus christi fuit corruptū ⁊ incinera tū. ¶ Sed cōtra. Psal. Non dabis sanctū tuū videre corru ptionē.hoc autē nō potest intelligi de corruptione mortis: quia ipse mortuus fuit:ergo intelligit de corruptione inci neration⁹. ¶ Ꝑ corpori nō debet incineratio nisi propter

corruptionem fomitis. sed in christo nunq̃ fuit corruptio fomitis: quia natus & cõceptus fuit sine originali: ergo corpus xpi nõ debuit incinerari. ¶ Ꝑ aĩa diũcta corpori ipm ab incineratione. sed virtus diuina est maior q̃ virtus aĩe: ergo cũ corpori xpi sit diũcta deitas videt q̃ nõ debuit incinerari. ¶ Ꝛ° dicendũ q̃ mors & incineratio & huiusmodi defectus sunt pene originalis peccati. in xpo aũt nunq̃ fuit originale: vnde xps nõ contraxit huiusmodi defect⁹ ex necessitate sue originis: quia sine originali cõcept⁹ fuit: nec in eo fuerũt quia ipse esset debitor eor: quia peccatũ in eo nunq̃ fuit. sed volũtarie defectus humane nature assumpsit ad cõplendũ opus nostre redẽptionis: & vt in his nobis mereret. Unde cũ opus redemptionis eẽt in passione cõpletũ: quia dixit consũmatũ est Jo. xix. & corp⁹ sine aĩa nõ est in statu merendi: ideo corpus ei⁹ incineratũ nõ fuit. ¶ Ad primũ ergo dicẽdũ q̃ assimilatio illa intelligit̃ q̃ntũ ad illa q̃ sunt de veritate nature: & q̃ntũ ad ea q̃ ptinẽt ad opus redemptionis. ¶ Ad secundũ dicendum q̃ p passionẽ qua sepata est aĩa a carne remouit a nobis mortez & oẽs alios defect⁹ humane nature q̃ntũ ad sufficientiã cause. & ideo non oportuit q̃ ad remouendũ incinerationerationẽ corpus eius incinerare. ¶ Ad tertiũ dicenduz q̃ humilitas illa fuit necessaria ante opus redemptionis: & qñ xps erat in statu merẽdi: nõ autẽ post mortẽ vt dictũ est. ¶ Ad quartum dicendũ q̃ compositũ ex cõtrarijs necessario in ipsa resoluit̃ nisi sit aliq̃d ꝓhibens. Jn xpo aũt erat aliq̃d ꝓhibens. s. virtus diuinitatis & puritas a corruptione fomitis. ¶ Ad quintũ dicendum q̃ q̃uis illa tẽperies cõplexionis que est necessitas ad formã aĩe fuerit amota in morte: nõ tñ inde secuta est dissolutio & putrefactio corporis ratione predicta.

Ad tertium sic proceditur. videtur q̃ christus vel filius dei nõ debeat dici mortuus. Ea enĩ q̃ hñt repugnãtiã intellectuũ ad filiũ dei de eo nõ predicant̃. sed cũ dei fili⁹ sit vita sicut dicit̃ Jo. xiiij. mortuũ eẽ hz repugnantiã intellect⁹ cũ ipso: ergo nõ debet dici q̃ sit mortuus. ¶ Ꝑ esse creaturã conuenit alicui fm q̃ est a deo. sed corrũpi fm q̃ est ex nihilo: ergo magis pertinẽt ad defectũ creature ea q̃ corruptionẽ important q̃ nomẽ creature. sz nomẽ creature nõ dicit̃ de xpo: vt supra di. xj. dictũ est. ergo multo minus põt dici q̃ sit mortuus. ¶ Ꝑ fili⁹ dei est diuina eẽntia. sed nõ põt dici q̃ diuina essentia sit mortua: ergo nõ debet dici q̃ fili⁹ dei sit mortuus. ¶ Ꝑ otradictoria nõ sunt vera de eodẽ. sed filio dei vere dicit̃ q̃ est ĩmortal: & p̃sequens nõ est mortuus: ergo nõ põt dici q̃ fuerit mortuus. ¶ Ꝑ illud quod est partis nõ predicat̃ de toto. sed mori est corporis a quo aĩa sepat̃: ergo videt̃ q̃ xps nõ possit dici mortu⁹ ¶ Sed contra est quod dicit̃ in symbolo Crucifixus mortuus & sepult⁹. ¶ Ꝑ nullus hõ dicit̃ mortuus nisi ex eo q̃ aĩa eius a corpore sepata est. sed aĩa xpi est a corpore sepata ergo ipse est mortuus. ¶ Ꝑ sicut supra dictũ est redemptio nõ potuit conueniẽter fieri nisi p mortẽ filij dei: ergo si ipse nõ est mortuus: videt̃ q̃ nõ sum⁹ adhuc redempti: quod est hereticũ. ¶ Ꝛ° dicendum q̃ sicut supra di. xj. dictũ est: ea q̃ solũ ad naturã ptinent simpliciter & sine determinatione de xpo dici põt. mors autẽ in nobis est fm sepationẽ aĩe a corpore: & passio est fm lesionẽ corporis: vel etiã fm ũmutationẽ aĩe q̃ sunt ptes humane nature. & ideo simpliciter ꝺcẽdũ est q̃ xps mortu⁹ est & passus. ¶ Ad primũ ergo dicendũ q̃ nõ est ibi aliq̃ repugnãtia intellectuũ: q̃ mors cũ sit cõditio nature referẽt̃ ad humanã: vnde nõ opponit̃ diuine vite. ¶ Ad secundũ dicendũq̃ nomẽ creature nõ magis se hz ad naturã q̃ psonã. & iõ nõ põt dici simpliciter rõne nature sicut supra dictũ est: ꝓcipue cũ creatio respiciat esse qõ magis videt̃ ptinere ad suppositũ q̃ ad naturã. & iõ qõ magis vel min⁹ ad defectũ ptineat non facit ad ꝓpositũ. ¶ Ad tertiũ dicenduz q̃ vnio nõ est facta in natura sed in psona. & iõ ea q̃ sunt nature põt predicari de psona: non autẽ de alia natura. ¶ Ad q̃rtũ dicẽdũ q̃ hec est simpliciter vera Fili⁹ dei vt xps est ĩmortal: & filr fili⁹ dei est mortuus: quia ea q̃ sunt vtriusq̃ nature põt affirmari de persona. Sed tñ hec Xps nõ est mortuus est vera fm q̃d: & falsa simpliciter: q̃a ad veritatẽ affirmatiue sufficit q̃ fm aliquã naturã ꝺueniat q̃ de psona dicit̃. sed ad veritatẽ negatiue oportet q̃ fm neutraz ꝺueniat. vnde hec est falsa simpliciter Xps nõ est aĩal: & vera fm q̃d. s. fm diuinã naturã. nõ est aũt incõuenies q̃ vnũ cõtradictoriorum dicat̃ de aliquo simpliciter: & alterũ fm q̃d.

¶ Ad quintũ dicendũ q̃ ea q̃ sunt partis tñ & parti nata cõuenire dicunt̃ de tota rõne partis: sicut homo dicit̃ crispus ꝓpter capillos. & ita mors q̃ est cõditio corporis de psona põt predicari. Tñ sciendũ est q̃ sicut generari est compositi ita & corrũpi cuius subiectũ generationis & corruptionis sit materia.

Questio Secunda.

Deinde queritur de resurrectione xpi. Et circa hoc quorunt̃ q̃ttuor. Primo de necessitate resurrectionis. Secũdo de tpe. Tertio de argumẽtis resurrectiõis in cõi. Quarto de eis in speciali.

AD tertium ſic proceditur. videt qꝺ fides ſit in volūtate ſicut in ſubiecto: quia ſm Hu. de ſan. vic. fides habet in cognitione materiā: ſz in affectu ſubſtantiā. ſz illud est ſubiectū accīdtis vbi est ſua eēntia que ſubſtantia dicit: ergo fides est in affectu ſicut in ſubiecto. ¶ Ꝑ ſicut certitudo ſciētie est ex intellectu: ita certitudo fidei est ex volūtate qnia credere nō potest hō niſi velit: vt dicit Aug. ſz ſubiectū ſciētie est intellect⁹: ergo eadē rōne ſubiectū fidei est voluntas. ¶ Ꝑ meritū in volūtate oſiſtit. ſz actus fidei est meritorius: ergo est actus volūtat. ¶ Ꝑ oppoſita ſunt circa idem. ſz infidelitas est in volūtate: quia ſm qꝺ est in intellectu habet ignoꝛantiā que non est peccatū ſz excuſat: ergo fides est in volūtate. ¶ Sz cōtra. obiectū habitus cōcoꝛdat obiecto potētie que est eius ſubiectū. ſz obiectū fidei est verū qō obiectū intellect⁹: nō aūt bonū qō est obiectū volūtatis: ergo ſubiectū fidei nō est volūtas ſz intellect⁹. ¶ Ꝑ ad eandē vim ptinet fides z id qō fidei ſuccedit in glia. ſz id qō fidei ſuccedit. ſ. viſio ptinet ad intellectū: ergo z fides. ¶ Ulteri⁹ videt qꝺ ptineat ad intellectū practicū. ſicut enī dicit phs in. iij. de aīa: intellectus ſpeculatiuus nihil dicit de fugiēdo vel imitabili. ſz p fidē inſtruimur quid facere vel qō vitare debeam⁹: ergo fides est in intellectu practico. ¶ Ꝑ intellectus ſpeculatiuus proportionaliter reſpōdet imaginationi ſicut intellectus practicus eſtimationi que est in parte ſenſitiua. ſz imaginatio non facit confidentiā z terroꝛē: vt dicit in. ij. de aīa: imo p eam nos habem⁹ ad terribilia acſi eſſem⁹ impictura conſideātes: ergo nec intellect⁹ ſpeculatiuus. ſz fides est p̄incipiū ſpei: z facit tremoꝛē: quia demones credunt z contremiſcūt: vt dicit Jaco. i. ergo fides nō est in intellectu ſpeculatiuo. ¶ Ꝑ intellect⁹ ſpeculatiuus nō permiſcetur volūtati ſz practic⁹. Fides aūt cōſiſtit in intellectu et volūtate vt dictū est: ergo ſubiectū ei⁹ nō est intellect⁹ ſpeculatiuus ſz practicus. ¶ Sed cōtra. intellectus practicus est cōtingentiū operabiliū a nobis. ſz fides est eternoꝝ: ergo fides nō est in intellectu practico. ¶ Ꝑ cognitio practica est cauſa cognitoꝝ. ſed fides non est cauſa rerum que creduntur: ergo non est in intellectu practico. ¶ Ulterius videtur qꝺ ſit virtus intellectualis. virtus enī intellectualis est que habet pro ſubiecto intellectū. ſed fidei ſubiectum est intellectus: ergo est virt⁹ intellectualis. ¶ Ꝑ articuli fidei quoꝝ est fides ſunt ſicut p̄incipia in aliis ſcientijs ex quib⁹ proceꝺit theologia. ſz intellect⁹ p̄incipioꝝ est virt⁹ intellectual: vt pz p phm̄ in. vj. ethi. ergo z fides articuloꝝ est virt⁹ intellectualis. ¶ Ꝑ virt⁹ intellectual' vt dicit in. vj. ethi. est p quā nō dicit' niſi verū. ſz fides falſum ſubeſſe nō pōt: ergo fides est virt⁹ intellectual'. ¶ Sz cōtra est qō phs dicit in. vj. eth. qꝺ ſuſpitio non est virt⁹ intellectual' ſicut nec opinio z eadē rō nec fides q̄ est ex coīū genere. ¶ Ꝑ virt⁹ est vltimū in re de potētia: vt dicit in p̄imo de ce. z mū. ſz fides non ponit intellectū in vltimū ſui: quia p ipſam intellect⁹ non teminatur in aliqua viſione: ergo fides non est virt⁹ intellectualis. ¶ R⁹ dicēdū ad p̄mā queſtionē qꝺ volūtas importat actū intellectus ſicut z actū iraſcibilis z concupiſcibilis. Ad hoc autē qꝺ actus iraſcibilis z cōcupiſcibilis ſit perfectus oportet qꝺ non ſolum ſit aliquis habitus in volūtate vel rationē imperante: ſed etiā qꝺ ſit aliquis habitus in iraſcibili z concupiſcibil' exequente vt faciliter actū exequatur. vñ z oportet aliquem habitum eſſe in intellectu ad hoc qꝺ volūtati faciliter obediat in his que ſunt ſupra rationem: z hoc est habitus fidei: z ideo ſubiectū fidei est intellectus. ¶ Ad primū ergo dicendum qꝺ ſubſtantia non ſumitur ibi pro eſſentia ſz pro forma. Fidei aūt forma quodāmō est charitas vt infra patebit que in volūtate est. ¶ Ad ſecundū dicendū qꝺ ſciētia z intellect⁹ hāt certitudinē p id quod ad cognitionē ptinet. ſ. euidentiā eius cui aſſentit. fides aūt habet certitudinē ab eo qō est extra gen⁹ cognitionis in genere affectionis exiſtēs. z iō ſciētia z intellect⁹ est ſicut in ſubiecto in eo a quo habet certitudinē: non autē fides. ¶ Ad tertiū dicēdū qꝺ meritū conſiſtit in volūtate ſicut in cauſa inq̄ntū ipſa ſemp importat actū meritoriū. nō autē ſemp in ipſa est ſicut

in subiecto: qz actus meritorij q̃cq̃z elicit ab alijs potẽtijs.
¶ Ad quartũ dicẽdũ q infidelitas est etiã in intellectu: sic in subiecto. in voluntate aũt sicut in imperãte infidelitatis actũ z est act⁹ infidelitatis demeritorij ¶ Ad secundã que stionẽ dicẽdũ q intellect⁹ speculatiu⁹ z practic⁹ in hoc differũt q intellect⁹ speculatiu⁹ cõsiderat verũ absolute practic⁹ aũt cõsiderat verũ in ordine ad op⁹. Contingit aũt q̃cq̃z verũ ipsuz qñ in se cõsiderabat nõ põt cõsiderari vt regula opis sicut accidit mathematicis: z in his que a motu separata sunt. vñ huiusmodi veri cõsideratio est tãtũ in intellectu speculatiuo Q̃cq̃z aũt verũ qñ in se cõsiderat põt vt regula opis cõsiderari: z tũc intellect⁹ speculatiu⁹ fit practic⁹ p extẽsionẽ ad op⁹. hoc aũt cõtingit dupliciter: qz aliq̃n illud verũ qñ vtroq̃z mõ põt cõsiderari nõ habet magnaz vtilitatez nisi inquãtũ ordinat ad op⁹: qz cũ sit ptingẽs nõ habet fixã veritatẽ sicut ẽ cõsideratio de opib⁹ virtutũ: z tũc talis cõsideratio: cuius possit esse z speculatiui z practici. intellectus tñ pncipaliter est practici intellect⁹. Aliq̃n vero illi⁹ veri cõsideratio habet in se dignitatẽ quãdã etiã si nũq̃z ad op⁹ ordinet sicut accidit in cõsideratiõe dinox quox cognitio est finis vltim⁹ opis: z tũc dirigit in ope: z tñ visio dei illa cõsideratio pncipaliter est in intellectu speculatiuo z secũdario in practico. Lũ ergo fidei obiectũ ppriuz sit veritas pma q̃ inq̃tũ est finis opis regulat in ope. Fides pncipaliter erit in intellectu speculatiuo z secũdario in practico: qz intellectus speculatiu⁹ z practic⁹ nõ sunt diuerse potẽtie: sz differũt fine vt dicit in.vj. Metha. z tertio de aĩa inq̃tũ practic⁹ ordinat ad op⁹. speculatiu⁹ aũt ad veritatis inspectionẽ tantũ. ¶ Ad pmũ ergo dicendũ q fides inclinat ad operãduz z fugiẽdũ inquãtũ illud verũ qñ in se cõsiderari põt accipit vt regula opis. ¶ Ad secũdũ dicẽdũ q inquãtũ verũ quod fides cõsiderat accipit vt cõueniẽs vel contrariũ scõm hoc fides inducit vel tremorẽ vel spem vel aliquid huiusmodi. ¶ Ad tertiũ dicendũ q cõiũctio intellect⁹ ad volũtatẽ non facit intellectũ practicũ: sz ordinatio ei⁹ ad op⁹: qz voluntas cõis est z speculatiuo z practico. volũtas enĩ est finis: sed finis inuenit in speculatiuo z practico intellectũ. ¶ Ad tertiã questionẽ dicẽdũ q cũ virt⁹ ponat potẽtiã in vltimo q̃tuz ad actũ nõ sufficit ad rõnẽ virtutis q potentia per actũ ponat in vltimo q̃tũ ad obiectũ: sz oportz q ponat in vltimo quãtũ ad modũ agẽdi vt. s. actus sit bon⁹ nõ solũ ex eo q bonũ est qñ fit: sz eo q bñ fit: sicut patz in vtutib⁹ moralib⁹. bonũ aũt intellect⁹ est verũ qñ est finis z pfectio ei⁹. vñ nõ sufficit ad rõnẽ virtut intellectualis q per eã cognoscat verũ sz oportz q act⁹ quo verũ ordinat fit perfect⁹ etiã ex mõ vt bñ qs intelligat. Bene aũt opari intellectũ nõ cõtingit ex hoc q ex bona volũtate ei⁹ opatio ꝓcedit vt dictũ est: sz ex efficatia intellect⁹ ad obiectũ ppriũ cõspiciẽdũ: vel in se vel per resolutionẽ ad id qñ in se cõspicit. Fides aũt p actũ suum ponit intellectũ in vltimo q̃tũ ad obiectũ inq̃tũ facit assentire pme veritati. nõ aũt q̃tũ ad modũ ppriũ ipsi⁹ intellect⁹ qz intellect⁹ noster nõ est p fidẽ tãte efficacie vt id qñ credit inspicere p se possit: vel ad ea q̃ inspicit reducere. z iõ fides nõ est virt⁹ intellectualis. ¶ Ad pmũ ergo dicẽdũ q nõ ois habit⁹ q̃ habet p subiecto intellectum: põt dici virt⁹ intellectualis nisi pficiat intellectũ z q̃tũ ad obiectũ z q̃tũ ad modũ act⁹. ¶ Ad secũdũ dicẽdũ q ad pncipia aliarũ sciẽtiaz videnda sufficit lumẽ intellect⁹ agẽtis. z iõ habit⁹ illoz pncipiozũ est virt⁹: sz ad visionẽ articuloz: neq̃z lumen intellectus agentis sufficit: neq̃z lumẽ fidei. z ideo nõ est virtus intellectualis. ¶ Ad tertiũ dicendũ q hoc q fides non errat sed semp verũ dicit nõ est ex perfecto mõ intelligẽdi: sz magis ex alio qñ est extra intellectũ. s. ex infallibili ratiõe que dirigit voluntatem.

Ad quartũ sic ꝓcedit. videt q fides nullo mõ sit virtus. nulla enĩ virt⁹ pter intellectualẽ habet verũ pro obiecto: nec est habit⁹ cognitiu⁹: sz opatiu⁹: sz fides est habit⁹ cognitiu⁹ habet verũ p obiecto: ergo aĩ nõ sit virtus intellectualis videt q nullo mõ possit dici virt⁹. ¶ P credere videt vniuoce dici fm q credim⁹ articulos z fm q dicimur alijs credere: sz fides alioz nõ est virtus: ergo nec fides articuloz. ¶ P oẽ qñ est contra rõnẽ est vitupabile: qz malũ hois est cõtra rõnẽ esse vt dicit Dio. iiij. ca. de di. no. sz fides cũ faciat abnegare rõnẽ videt cõtra rõnẽ esse: ergo credere est vitupabile: ergo fides nõ est virt⁹ ¶ P sicut per fidẽ cognoscim⁹ ea que sunt supra rõnẽ: ita z p ꝓphetiaz: sz ꝓphetia nõ dicit virt⁹: ergo nec fides. ¶ P in deo dicunt esse vtutes exẽplares: sz fides nõ habet exẽplar in deo: ergo fides nõ ẽ virt⁹ ¶ Sz contra nihil iustificat nisi virt⁹: sz fides iustificat. Ro. vj. iustificati: ergo ex fide: ergo fides est virt⁹ ¶ P vita spũalis est per vtutẽ. est aũt vita spũalis p fidem vt dicit Ro. z abbac. j. ergo fides est virt⁹. ¶ P p vtutes efficiũt filij dei. hoc aũt fit per fidẽ: Jo. j. dedit eis potestatez tc̃. ergo fides ẽ virt⁹. ¶ Ulteri⁹ videt q fides nõ sit vna virt⁹. quidã enĩ articuli fidei sunt de eternis vt q̃ ptinẽt ad trinitatẽ psonarũ. q̃dã vero de tẽporalib⁹: sicut q̃ ptinẽt ad incarnationẽ xpi: sz sciẽtia z sapiẽtia sũt diuersa dona per hoc q sunt de tẽporalib⁹ z eternis: ergo fides nõ est vna virtus ¶ P spes z timor differũt p hoc q spes est de bonis futuris. timor vero de malis: sz fides est vtriscz: qz est de suppliciis z premijs: ergo fides nõ est vna virt⁹. ¶ P ad fidẽ pertinẽt multa que sũt moralis pbie ficut fornicationẽ eẽ mortale peccatũ. Et que sunt naturalis: sicut mũdũ nõ esse eternũ. Et que sunt pbie pme sicut deũ habere curã de actibus humanis: ergo videt q fides nõ sit vn⁹ habit⁹. ¶ Sz contra Eph̃. iiij. vna fides. ¶ P. sicut prudẽtia dirigit intẽtionem in polliticis: ita fides in gratuitis vt dicit augustin⁹. sz prudentia est vna q̃tuis diuersis intẽtionẽ dirigat: ergo z fides ¶ R⁹ dicendũ ad pmã questionẽ q sicut supra dictum est cum virtutis sit reddere opus bonum operatio potest dici bona vel formaliter inquantũ procedit ex potentia que mouetur in bonum fm rationẽ boni vel materialiter scõm q est congrua z cõnaturalis potentie. Et vtroq̃z modo actus fidei est bonus: quia z congruit intellectui inquantum est verozum. z iterum procedit a voluntate imperãte que mouetur in bonum quasi in obiectum. Ex parte autem intellectus quãuis habeat bonitatez ratione obiecti: nõ tamen habet perfectionem: quia deficit modus vt dictum est eo q non habeat cõspicuam veritatẽ cui adheret: sed ex parte volũtatis potest habere pfectionẽ inquãtũ volũtas perfecta in appetitu boni firmitatẽ z certitudinem facit in fide. Et ideo Ber. dicit q fides ẽ volũtaria q̃dã z certa ꝓlibatio nõdũ ꝓpalate veritat. vñ patz q fides ẽ virt⁹ nõ q̃dẽ intellectualis: sz eo mõ quo cõiter loq̃mur de vtute que ꝓducit actũ bonũ ex bonitate volũtat ꝓcedẽtẽ. Nec tñ ẽ virt⁹ moralis: quia nõ est ordinatiua appetitus sensibilis vt constat circa delectationes z tristicias z operatiões: sicut circa materiam z obiectum: sz est virtus theologica: qñ quidam genus philophi nõ cognouerunt. ¶ Ad primum ergo dicendum q prima propositio habet veritatem de virtutibus quas philosophi cognouerunt qui pter intellectuales nullas virtutes nisi morales posuerunt. ¶ Ad secundũ dicendum q ratio inclinans voluntatem ad credendum articulos est ipsa veritas prima que est infallibilis: sz ratio que inclinat voluntatem ad credendum alia est vel aliqñ signum fallibile vel dictum alicuius scientis qui z falli z fallere potest. vnde voluntas non dat infallibilem veritatem intellectui credenti alia credibilia: sicut dat infallibilem veritatem credenti articulos fidei z propter hoc. hec fides est virtus z non alia. ¶ Ad tertiũ dicendum q fides non est contra rationem: sed supra rationem. z iõ non dicit abnegare rationẽ quasi rationem veram destruens: sz quasi eam captiuans in obsequiuz christi vt dicit apostolus pma Thozin. x. ¶ Ad quartũ dicendũ q ꝓphetia nullo mõ põt esse virtus neq̃z intellectualis cũ non perficiat per eã operatio intellectus scõm modum intellectui cõnaturalẽ: quia ea que

per ꝓphetiã reuelant nõ possunt resolui ad ꝑncipia naturaliter cognita. Neq; est virt⁹ theologica: q2 nõ habet deũ ꝓ obiecto: ſz res tẽpozales. Neq; iterũ act⁹ intellect⁹ per ꝓphetiã a voluntate imperat. ¶ Ad q̃ntũ dicẽdũ q̃ fides habet exẽplar in deo q̃tuz ad id qõ ꝓfectionis in ipſa est. ſ. cognitionẽ z certitudinẽ: ſz nõ q̃tũ ad id qõ est impfectiõis. Ex hoc ꝛnĩ nõ habet rõnẽ virtutis. ¶ Ad secundaz questionẽ dicendũ q̃ habit⁹ multitudinẽ z veritatẽ habet ex obiecto: obiectũ aũt fidei est veritas ꝑma q̃ est simplex z inuariabilis. Et ideo in fide inuenit duplex vnitas Ex hoc enĩ q̃ vnũ z simplex ẽ cui fides ĩnitit habit⁹ fidei in habẽte nõ diuidi tur in plures habit⁹. Ex hoc aũt q̃ veritas est habet potẽtiã vniendi diuersos habẽtes fidẽ in similitudinẽ vni⁹ fidei q̃ attendit scõm idẽ creditũ: q2 sicut dicit Dio. vij. ca. de diui. no. veritas habet vim colligẽdi z viuẽdi. Ecõtrario erroz z ignorãtia diuisiua sunt. ¶ Ad ꝑmũ ergo dicendũ q̃ fides nõ est de aliquo tpali: sicut de obiecto. ſz inquãtũ ptinet ad veritatẽ eternã que est obiectũ fidei: sic cadit sub fide: sicut fides credit passionẽ inquãtũ de⁹ passus est. ¶ Ad secũdũ dicẽdũ q̃ spes z timoz ad affectũ pertinẽt cui⁹ ꝓpriũ obiectum est bonũ z malũ inquãtũ huiusmodi. z ideo diuersifi canẽ fm differentiã boni z mali: ſz bonũ z malũ non differũt in rõne veri. Et ideo fides cui⁹ obiectũ est verum nõ distinguit ex hoc q̃ aliquo modo ẽ de bonis z malis. ¶ Ad tertiũ dicendũ q̃ fides cõsiderat oĩa illa diuersa sub vna ratione. ſ. fm q̃ inititur veritati ꝑme. z ideo fides nõ diuersificat penes ea q̃uis sint diuerse scientie de eis que ea considerant rationibus ꝓpriis que diuerse sunt.

AD quintũ sic ꝓcedit. videt q̃ fides nõ sit ꝑor alijs virtutib⁹. oẽs enim virtutes sil' infundũt: ſz eozum que sunt sil' vnũ nõ est post alterũ: ergo fides nõ est prioz alijs vtutib⁹. ¶ ℔ fundamẽtũ est ꝑma pars edificij: ſz sup illud Luc. xj. dico vobis amicis meis ne terreamini dicit glo. Fortitudo est fundamẽtũ fidei. Et Bern̄. dicit q̃ in humilitate fũdãt alie vtutes. Et siliter timoz videt eẽ fũdamẽtũ: q2 dicit initiũ sapiẽtie timoz dñi: ergo videt q̃ fides nõ sit ꝑma. ¶ ℔ virtutes theologice vt pri⁹ dictum est ad hoc sunt vt fiat quedam hoĩs ordinatio ad finẽ: ſz spes z charitas ꝓpinquiores sunt fini q̃ fides: q2 habẽt finez prio obiecto sub rõne finis: ergo fide ꝑores sunt. ¶ ℔ sup̃ psal. Noli emulari ꝛc. dicit glo. q̃ spes introducit ad fidez: ergo spes est prioz fide. ¶ ℔ fm ordinẽ potentiarũ est ordo habituũ: ſz fides est in intellectu fm q̃ est motus a volũtate vt patz ex ꝑdictis: cũ ergo charitas sit in volũtate videt q̃ charitas sit prioz fide. z sic fides nõ est ꝑma. ¶ ℔ fides est ꝑncipaliter in intellectu speculatiuo: ſz speculatiua vita sequitur actiuã: q2 null⁹ peruenit ad contẽplatiue ocium nisi pri⁹ de pureẽ mens per exercitiũ actiue: ergo vtutes mozales q̃ pertinent ad vitã actiuã sunt priores fide. ¶ Sz ꝛtra cognitio ꝑcedit affectionẽ: q2 nihil diligit nisi cognitũ vt dicit Aug. ſz fides est in cognitione. cetere aũt vtutes in affectiõe consistũt: ergo fides alijs prioz est. ¶ ℔ in oĩb⁹ vtutib⁹ req̃rit recta intẽtio: ſz fides intẽtionẽ dirigit vt dicit Augu. g̃ fides est ante alias vtutes ¶ ℔ per oẽs vtutes hõ accedit ad deũ ſz accedẽtẽ ad deũ oportz credere vt dicit Heb. xj. g̃ fides ẽ ante alias vtutes ¶ ℟. dicendũ q̃ aliq̃d põt dici pri⁹ altero z tẽpore z natura: tpe quidẽ oẽs vtutes sunt sil': q2 sil' oinit⁹ infundit: ſz fm naturã ordo vtutũ pensandus est ex actib⁹ sicut z ordo potẽtiarũ que sil' in aĩa cõcreãt. Act⁹ autẽ fidei cõsistit in cognitiõe veri quã ꝑsupponit affectio boni que exigit in oĩb⁹ alijs vtutib⁹. Et ideo fides quãtũ ad id qõ fidei est: prioz est omnib⁹ alijs virtutib⁹ fm naturam. ¶ Ad ꝓimuz ergo dicendũ q̃ obiectio illa ꝓcedit de ordine temporis. ¶ Ad secũdũ dicendũ q̃ fundamẽtũ dicit in spũali⁹ metaphorice ad similitudinẽ fundamẽti. materialis potest aũt ista fil'itudo attẽdi quãtũ ad duo. ſ. quãtũ ad ordinẽ: q2 fundamẽtũ ꝑcedit alias ptes. Et etiã quãtũ ad vtutẽ fundamẽti: q2 fundamẽtũ totũ edificiũ sustentat quoz̃ vtriq; p fil'itudinẽ in fide inuenit: q2 ipsa in oĩbus alijs naturaliter prioz est z alie in ipsa firmant: q2 sine ipsa impossibile est placere deo Heb. xj. Fortitudo aũt dicit fundamentũ q̃tũ ad alterũ inquãtũ. ſ. spũale edificiuz cõtra aduersa firmum reddit humilitas cõtra ꝓspera que sunt occasio culpe. Sed timoz cõtra ipsaz culpã: q2 timoz dñi expellit peccatũ. Eccl. ꝑmo timoz ꝑcedit alia que affectionẽ pertinẽt cũ ad charitatẽ introducat vt dicit augustin⁹. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q̃ spes z charitas sunt ꝓpinquiores fini quãtũ ad cõsecutionẽ: q2 charitas quodãmodo attingit finẽ. vnde ex hoc non habent q̃ sint fm naturã pri⁹ fide: ſz cõsequũt eã: quia eis finẽ ostendit. ¶ Ad quartũ dicendũ q̃ sicut finis est prioz in intẽtione z posterioz ineſſe: ita quãto aliquid est ꝓpinquius fini est pri⁹ in ꝓposito q̃uis sit posteri⁹ ineſſe vel tẽpoze vel natura: z ideo spes fm q̃ magis ꝓpinquat ad cõsecutionẽ finis q̃ fides ꝑcedit fidẽ in ꝓposito: sed non ineſſe Et fm hoc dicit spes introducere ad fidẽ nõ que iaz sint: ſz que ꝓponit futura: sicut cũ alicui ꝓponũt eterna bona. pri mo vult ea. secũdo vult eis inherere per amoreẽ. z tertio vult sperare ea. z quarto vult credere ea vt credẽs possit iam sperare z amare z habere. vnde in essendo fides prioz ẽ. ¶ Ad quintũ dicendũ q̃ q̃uis fides ꝑsupponit volũtatẽ: nõ tamẽ ꝑsupponit volũtatẽ iam amantẽ: ſz amare intendentem inquãtũ est fides: q2 nõ potest affectus in aliquo firmari per amoreẽ in quo intellect⁹ nõ est firmatus per assensum: sicut etiã nõ põt tendere in aliq̃ nõ desideriũ q̃ pri⁹ intellect⁹ nõ apprehẽdit. vnde iste est naturalis ordo actuũ q̃ prius apprehendit de⁹ q̃ pertinet ad cognitionẽ ꝓcedẽtẽ fidẽ deinde aliquis vult ad eũ peruenire. deinde amare vult: et sic deinceps vt dictũ est pri⁹. ¶ Ad sextum dicendũ q̃ fides nõ pertinet tantũ ad vitã cõtemplatiuã. immo est ꝓncipiuz z actiue z cõtemplatiue inquantũ ostendit finem vtriusq;.

Questio tertia.

DEinde queritur de formatione fidei. z circa hoc quorunt quatuor. ꝓmo vtrũ fides per charitatẽ formetur. secũdo vtrũ fides informis sit donũ dei. tertio vtr̃ sit ĩ demonib⁹. q̃rto vtr̃ remaneat charitate aduenĩẽte.

AD ꝑmũ sic ꝓcedit. videt q̃ fides nõ formet ꝑ charitatẽ. Forme enĩ est ꝑcedere cũ sit ꝓncipiũ rei: sed charitas est posterioz fide vt dictũ ẽ: ergo fides nõ formaꝛ per charitatẽ ¶ ℔ oĩs res habet speciẽ a ꝓpria forma: ſz fides fm suã speciẽ differt a charitate: ergo charitas nõ est forma dei. ¶ ℔ vni⁹ rei nõ sunt diuerse forme: ſz fides formaꝛ ꝑ gratiã: ergo non formaꝛ ꝑ charitatẽ. ¶ Sz ℑ fides sine charitate nõ põt elicere actũ meritoziũ que charitate veniẽte elicit: ergo charitas dat fidei aliquã vim: et ita videt eã aliquo mõ formare. ¶ ℔ forma rei est decoz eius ſz fides fit decora vt de⁹ eã acceptet per charitatẽ: ergo charitas formaꝛ fidẽ ¶ Ulteri⁹ videt q̃ fides informis sit virtus: q2 dicit augustin⁹ in li. de vera innocẽtia. q̃ cetere virtutes ꝑter charitatẽ possũt ineſſe bonis z malis: g̃ fides fm q̃ ẽ virt⁹ põt eẽ in malis: ſz fides q̃ est in malis ẽ informis: g̃ fides informis ẽ virt⁹. ¶ ℔ virt⁹ ẽ circa difficilia z ex hz laudẽt dicit phs: ſz difficilimũ ẽ credere articulos fidei vñ aug⁹ dicit z habet in seq. dis. q̃ laus fidei ẽ credere q̃ nõ vides: g̃ videtur q̃ fides informis q̃ oẽs articulos credit sit vtus. ¶ ℔ nihil opponit vitio nisi sit virt⁹ aut vitiũ: ſz infidelitat] vitio opponit fides ĩformis: cũ g̃ fides ĩformis nõ sit vitiũ. videt q̃ sit virt⁹ ¶ Sz ℑ fides ĩformis ẽ mortua vt dr̃ Jac. j. ſz nihil mortuũ hz rõnẽ vtut]: g̃ fides ĩformis nõ ẽ virt⁹. ¶ ℔ vtute null⁹ male vtit vt dic aug⁹ ſz fide informi aliq̃s male vtit: g̃ fides ĩformis nõ ẽ virt⁹. ¶ Ulteri⁹ videt q̃ fides formata z ĩformis differũt spẽ: q2 dic phs. v. meth. q̃cũq; differũt genere differũt z spẽ: ſz fides ĩformata z ĩformis differũt genere: q2 fides formata ẽ virt⁹ nõ aũt fides informis: g̃ fides formata z informis differũt spẽ. ¶ ℔ spes rei est de forma sua: ſz fidei forma est charitas: g̃ fides informis nõ est illi⁹ speciei cui⁹ est fides formata. ¶ ℔ eiusdem

forme ſm ſpeciē eſt idē actus ſm ſpeciem: ſz fidei formate act⁹ eſt credere in deū. nō aūt fidei informis: ergo fides formata ⁊ informis differūt ſpē. ¶ Sz contra habit⁹ diuerſificant ex actib⁹ ⁊ obiectis. ſz fides informis ⁊ formata nō differūt q̄tū ad obiectū ꝓpriū fidei qō eſt veritas vna: ergo fides formata ⁊ informis non differūt ſpē. ¶ Ꝑ illud qō eſt extra eſſentiā rei nō variat ſpeciē: ſicut lumē adueniēs aeri in corpe lucēti: ſz charitas ē habit⁹ ſeparat⁹ a fide ꝑ eſſentiā ergo fides formata charitate nō differūt ſpē a fide informi ¶ Rᵒ dicēdū ad ꝑmā qōnē q̄ in agētibus ordinatis fines agētiū ſecūdor ordināt ad finē agentis ꝑmi: ſicut totū vniuerſum ordinat ad bonū qō eſt deᵒ vt dicit pᵇs in. xj. Metha. ſicut exercit⁹ ad bonū ducis. ⁊ ideo actio ꝑmi agētis eſt ⁊ prior ⁊ posterior: prior in mouēdo: qz actiōes oīum ſecundorū agētiū fūdāt ſup actionē ꝑmi agēt⁹ q̄ cū ſit vna cōiter oēs firmās ſpecificat eiᵒ effect⁹ in hoc ⁊ in illo ſm exigētiā illi⁹: ſicut vno ꝓcepto ducis p̄cipiētis bellū vnus accipit gladiū ali⁹ parat equū. ⁊ ſic de aliis Eſt aūt posterior in vtendo alior act⁹ ad finē ꝓpriū. ⁊ ſic oēs actiōes alior agētiū modificant per actionē ꝑmi agētis. Lū ergo in viribᵘ aīe voluntas habeat locū ꝑmi motoris Act⁹ eius eſt prior quodāmō actib⁹ aliarū viriū inquātū imperat eos ſm intētionē finis vltimi ⁊ vtiē eis in cōſecutiōe eiuſdē. Et ideo vires mote a volūtate duo ab ea recipiūt. ꝑmo formā aliquā ipſi⁹ ſm qō oē mouēs ⁊ agēs imprimit ſuā ſilitudinē in motis ⁊ patiētib⁹ ab eo. hec aūt forma vl eſt ſm formā ipſi⁹ volūtatis ſm q̄ oēs vires mote a volūtate libertatē ab ea ꝓticipāt vel eſt ſm habitū pficientē volūtatē q̄ eſt charitas. ⁊ ſic oēs habit⁹ qui ſūt in viribᵘ motis a volūtate charitate pfecta ꝓticipāt formā charitatis. hec tñ forma quā a voluntate vires mote ꝓticipāt eſt oīb⁹ cōis. vnde ꝓter eā habit⁹ qui ſūt pfectiōes earū habēt ſpāles formas ſm q̄ ogruit potētie quā pficiūt per cōpationē ad act⁹ obiecta. Sc̄o recipiūt a volūtate cōſūmationē in fine. ⁊ ſic charitas dicit finis aliar virtutū in quātū per eā funi vltimo cōiūgūt. Quia ergo fides vt dictū eſt: eſt in intellectu ſm q̄ mouet a volūtate: ideo p charitatē q̄ eſt pfectio volūtatis formal forma cōi ſibi ⁊ alijs vtutib⁹ tñ ꝓter eā habet formā ſpālē ex rōne ꝓprij obiecti ⁊ potētie in qua eſt. ⁊ ſiliter cōſūmationē per charitatē recipit. ¶ Ad ꝑmuz ergo dicendū q̄ fides ſimplr charitatē ꝓcedit: qz velle qō ad fidē exigit ſine charitate eſſe pōt: ſz fides formata charitatē ſeq̄t. ¶ Ad ſecūdū dicēdū q̄ oēs vtutes cōueniūt in fine: vnde earū act⁹ nō differūt ſm modū illū quē recipiūt ex ordine ad finē: quē moduz dat eis charitas: ſed ſcōm modū quē habēt ex nā potētie ⁊ obiecto ꝓprio. ⁊ iō ſm hāc etiā formaz diſtinguit a charitate fides ⁊ ſm hanc nō formal ab ea. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ fides formal a gr̄a mediāte charitate: qz inq̄tū act⁹ fidei ē ex charitate ſm hoc eſt deo accept⁹. ¶ Ad ſecūdā queſtionē dicēdū q̄ virtutis eſt facere actū pfectū. Act⁹ aūt potētie mote ab alia potentia nō pōt eſſe pfect⁹: niſi ⁊ ſuperior potētia ſit perfecta p habitū vt nō deficiat in dirigēdo vel mouēdo: ⁊ inferior vt nō deficiat in exequēdo: ſicut patz in actu cōcupiſcibilis q̄ ad hoc q̄ ſit perfect⁹ requirit q̄ cōcupiſcibilis ſit pfecta p habitū tēperātie ⁊ rō per habitū ꝓudētie q̄ ſi deſit ꝓuidentia in rōne quātūcūq; ſit diſpoſitio in cōcupiſcibili ad actū tēperātie virtutis rōnē nō habebit vt dicit pᵇs in. vj. Ethi. Quia ergo credere eſt act⁹ intellect⁹ ſm q̄ eſt mot⁹ a voluntate ad hoc q̄ iſte act⁹ pfect⁹ ſit oportz q̄ intellect⁹ perfectus ſit per lumē fidei ⁊ volūtas ſit pfecta p habitū charitatis. et ideo informis fides nō habet actū pfectū. ⁊ ideo nō pōt eē virt⁹. ¶ Ad ꝑmū ergo dicēdū q̄ Augu. large accipit nomen virtutis ꝓ quacūq; diſpoſitiōe inclinātē ad actū quo bonū agit. ¶ Ad ſecūdū dicēdū q̄ ad hoc q̄ ſit virt⁹ nō ſolū oportet q̄ homo faciat ea que ſūt virtutis vt q̄ faciat iuſta vel fortia: ſed q̄ faciat eo mō quo virtuoſus facit q̄tus etiā aliquo mō ex hoc q̄ facit ea que virtutis ſunt laudari poſſit. hic aūt modus vt ex dictis patz deficit in actu fidei informis. ⁊ ideo nō eſt virt⁹. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ etiā diſpoſitio ad virtutē opponit vitio. vnde nō oportet q̄ fides informis que infidelitati opponit ſit virt⁹. ¶ Ad tertiam queſtionē dicēdū q̄ differentia habitū penſanda ē ex actibus. Lōtingit aūt aliquos actus dupliciter cōſiderari: vel ſm ſpeciē nature: vel ſm ſpeciem moris. ⁊ quādoq; conueniunt ſm ſpeciē quantū ad vnū dictorū ⁊ differūt ſm aliud ſicut occidere nocentē ⁊ innocentē nō differūt ſm ſpeciem nature: ſed ſm ſpeciē moris: quia vnū eſt actus vitij ſcilicz homicidij alterū actus virtutis ſiue iuſticie: ſed occidere latronem ⁊ liberare innocentē ſunt actus diuerſi ſm ſpeciem nature ⁊ conueniūt ſm ſpeciē moris: quia ſunt act⁹ iuſticie Si ergo actus fidei formate et informis cōſiderent ſm ſpeciem nature ſic ſunt idē ſpecie: quia ſpeciē naturalē habet actus ex ſubiecto ꝓprio. Si aut̄ conſiderent ſm eſſe moris: tunc differūt ſm completū ⁊ incompletū in eadē ſpecie ſicut actus quo quis facit iuſticia nō vt iuſtus ⁊ quo facit iuſta vt iuſtus. Et ſimiliter fides formata ⁊ informis: in ſpecie nature ſunt penitus idē: ſed in ſpecie moris differūt nō quaſi in diuerſis ſpecieb⁹ exiſtētes: ſed ſicut perfectuz et imperfectū in eadē ſpecie ſicut diſpoſitio ⁊ habitus vtutis. ¶ Ad ꝑmū ergo dicendū q̄ virtus eſt gen⁹ fidei ſcōm eē moris a quo tamē nō penitus fides informis eſt aliena: ſz eſt ſicut imperfectū in illo genere. ¶ Ad ſecūdū dicendum q̄ a forma quā habet virtus ex ratione potētie ⁊ obiecti ꝓ prij habet ſpeciē nature: ſz ſpeciē moris habet a forma quā habet a potentia mouētē ⁊ dirigente. ⁊ ideo non ſequit q̄ differant ſpecie niſi ſicut dictū eſt. ¶ Ad tertiū dicēduz q̄ ſic ſupra dictū eſt per illa tria vn⁹ nūero act⁹ deſignat q̄tū ad diuerſa. vnde aliquid eſt in actu fidei formate qō nō eſt in actu fidei informis: non tamē eſt penitus alius.

Ad ſecūdū ſic ꝓcedit. videt q̄ fides informis non ſit donū dei: ſed habit⁹ acquiſitus. Aug⁹ enī dicit q̄ per ſcientiā fides acquirit nutrit ⁊ defenditur: ſed null⁹ habit⁹ acquiſit⁹ per ſcientiā aliquā eſt donum dei quaſi habit⁹ infuſus: ergo fides informis nō ē habit⁹ infuſus. ¶ Ꝑ Ro. x. dicit q̄ fides ex auditu eſt. Et Joh. xx. dicitur Thome: quia vidiſti me ⁊ crediſti. Et Joh. iiij. voca virū tuū glo. intellectū ad credendū. Et Aug⁹ dicit q̄ null⁹ credit niſi volēs. Ex quib⁹ oīb⁹ habet q̄ fides eſt ex aliquo quod in nobis eſt: ſed omne tale eſt habit⁹ acquiſit⁹: ergo fides eſt habit⁹ acquiſit⁹. ¶ Ꝑ pbi crediderūt deū oīpotētē: ſz nō habuerūt habitū infuſum: ergo fides nō eſt habit⁹ infuſus. ¶ Ꝑ habit⁹ per ſeipſum eſt ſufficiēs ad mouendū potentiā in actū: ſed in actū fidei homo fidelis non pōt niſi inſtruat: ergo fides eſt habitus acquiſitus. ¶ Ꝑ dei perfecta ſunt opera. Deut. xxxiij. ſed fides informis eſt quid imperfectum: ergo nō eſt a deo. ¶ Ꝑ actio peccati nō dicitur eſſe a deo ꝓpter deformitatē quā habet ānexā que a deo non eſt: ſed ex hoc ipſo q̄ fides informis eſt habet quandā deformitatē: ergo fides informis nō eſt a deo. ¶ Sed contra prima Lbozin. xiij. Si habuero omnē fidē dicit glo. q̄ fides que eſt ſine charitate donū dei eſt: qz etiam in malis ſunt multa dona dei: g̃ informis fides a deo infuſa. ¶ Ꝑ nullus poteſt in his que ſunt ſupra naturam: niſi per aliqō diuinitus datū: ſed aliquis habēs fidē informem aſſentit his que ſunt ſupra naturā: ergo oportet q̄ hoc fiat per aliquid diuinitus infuſum. ¶ Ꝑ altiora ſunt ea de quib⁹ eſt fides q̄ ea de quibus eſt ꝓphetia: ſed ꝓphetia non pōt eſſe ſine lumine infuſo: ſicut in bonis ſimiliter in malis: ergo multo minus fides. ¶ Reſpōſio dicendū q̄ ſicut ſupra dictū eſt. habit⁹ ad hoc ſunt neceſſarij vt potentie que p naturam nō ſunt determinate ad actū perfectū determinent per habitū. Lontingit autem quādoq; q̄ inferior potentia nō eſt determinata ad actum illuz perfectum: ſed ſuperior potentia determinat ad ipſum: ſicut concupiſcibilis nō eſt determinata ad tenendū mediū in delectatiōe ex ꝓpria natura: ſed ratio determinat per naturā ſuam ad illud: ⁊ ideo

habit⁹ tēperātie acq̄rit⁹ in cōcupiscibili ex vi supioris potē tie. Nulla aūt potētia fm suā naturaz determinat⁹ ad illa q̄ sunt supza naturam rōnis nostre quoz̄ est fides. z ideo ad hūc actū indigem⁹ habitu q̄ non est acq̄sit⁹. qui q̄dē in duo bus nos adiuuat. In hoc. s. q⁹ intellectū facit facilē ad credē dū: credēda cōtra duriciē. z discretū ad refutādū nō creden da cōtra errorē. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q⁹ habit⁹ infusus fi⁹ est habitui innato: qz sicut nāli habit⁹ dat⁹ in creatiōe ita infusus in repatiōe. naturalis aūt habit⁹ sicut intellect⁹ p̄ncipioz indiget vt cognitio determinet⁹ per sensuz quo ac quisit⁹ nō indiget: qz dū acquirit⁹ per actū determinationē recipit. Et sil̄iter oportz q⁹ fidei habit⁹ determinationē reci piat ex parte nostra. Et quātū ad istā determinationē dicit⁹ fides acquiri per scientiā theologice que articulos distin guit: sicut habit⁹ p̄ncipioz̄ dicit⁹ acquiri per sensum quātū ad distinctionē p̄ncipioz̄: nō quātū ad lumē quo p̄ncipia cognoscūt. ¶ Ad secūdū dicēdū q⁹ in fide quattuoz cōside rant⁹. s. ipsum q̄ credendū est. Ratio volūtatē determinās ad credēdū volūtas intellectū imperās. Intellect⁹ exequēs Et fm hoc fides q̄stū ad ei⁹ determinationē z q̄stū ad eius actū qui in nobis est q̄⁹ habitus sit infusus dicit⁹ esse ex quattuoz que in nobis sunt: qz q̄stū ipsum credendū dicit⁹ esse ex auditu: qz determinatio credendoz̄ fit in nobis per locutionē interioz̄ē qua de⁹ in nobis loquit⁹ vel per vocem exteri oz̄ē. Quātū vero ad rōnē que inducit volūtatē ad cre dendū dicit⁹ esse ex visione alicui⁹ q⁹ ostēdit deū esse qui lo quit⁹ in eo qui fidē annūciat. Quātū vero ad imperiū volū tatis dicit⁹ fides esse ex volūtate. Quātū aūt ad executionē intellect⁹ dicit⁹ esse act⁹ fidei ex intellectu. ¶ Ad tertiuz di cendū q⁹ p̄bi ꝓprie loquēdo nō crediderūt deū oīpotentez sz sciuerūt: qz demonstratiue illud ꝓbauerunt: sz si aliqui il lud sine demonstratiōe crediderūt: nō crediderūt illud q̄si deo dicēti hoc: sed alicui signo ex quo illud cōiecturati sūt. ¶ Ad quartū dicendū q⁹ nō pōt actus habit⁹ infusus fidei in actū exire nisi fides determinet⁹: vel a deo per reuelatio nē: vel ab hoīe per doctrinā z simile est de habitu p̄ncipioz̄ ¶ Ad quintū dicēdū q⁹ perfectio dōnoz̄ operū est ex ipso sz q⁹ fit in eis aliqua impfectio hoc accidit ex pte recipiētis ¶ Ad sextū dicēdū q⁹ in actu peccati nō solū est defect⁹ de bite circūstātie: sz est ibi positio indebite. z ideo nō tātū est imperfect⁹: sz est etiā mal⁹. z ideo nō pctū non dicit⁹ a deo esse: sz in actu fidei informis est defect⁹ alicui⁹ q⁹ debet eē nō aūt est ibi positio alicui⁹ q⁹ esse nō debeat. z ideo actus ille est imperfectus: nō autē malus z ꝓpter hoc a deo est actus: non autem defectus.

Ad tertiū sic ꝓcedit. videt⁹ q⁹ fides informis non sit in demonib⁹. visio enī fidei est in speculo z in enig mate vt dicitur p̄ma Lhozin. ix. sed enigmatica z specularis cognitio est in nobis ex hoc q⁹ per sensum natu liter cognitionē accipim⁹ q⁹ nō est in demonibus: ergo in eis nō pōt esse fides informis. ¶ P̄ fides informis est do nū gratuitū vt dictū est: sz post pctū angelo nō est infusum aliq⁹ donū gratuitū. Ante aūt in eis fides nō erat: sed visio ergo nō habēt fidē informē. ¶ P̄ act⁹ fidei ex volūtate est sed null⁹ act⁹ demonū ex volūtate deliberata ꝓcedēs bon⁹ est vt in. ij. li. dis. vij. dictū est. ergo cū act⁹ fidei informis sit bon⁹ videt⁹ q⁹ nō habeāt fidē informē. ¶ Sz cōtra Jaco. j. demones credūt z cōtremescunt. ¶ P̄ Ro. j. sup illud ex fi de in fidē dicit glo. fides informis demonū est. ¶ Ulte rius videtur q⁹ in hereticis maneat fides informis: ipsi enī credūt deū trinū z vnū: z deū factū hoīez: sz hec sūt supza na turā cū g̃ ea q̄ sūt supza nāz nō pūt credi sine bitu fidei ifusu videt⁹ q⁹ i eis maneat fides ifusa ¶ P̄ i sciētijs ita ē q⁹ q̄ ob liuiscit⁹ vnū scibiliū q̄ ptinēt ad vnā sciētiā adhuc manet ha bit⁹ q̄stū ad alia scibilia: sz fides ē habit⁹ articuloz: g̃ si ali q̄s heretic⁹ describit vnū articulū adhuc manet fides in eo q̄stū ad aliū articulū. ¶ P̄ fides informis est p̄ncipiū timo ris seruilis q̄ ē in demōib⁹ vel hereticis: ergo fides informis est in eis ¶ Sz cōtra oīs habit⁹ infusus expellit⁹ per actū cō trariū: sicut patz inducēdo in alijs: sz heretic⁹ habet actū op positū fidei: ergo habit⁹ fidei in eo nō manet. ¶ P̄ esset sil̄ fidelis z infidelis q̄⁹ ē impossibile. ¶ R⁹ dicēdū ad p̄mā questionē q⁹ de rōne fidei est q⁹ credens assentiat aliq⁹ q̄ nō videt nec fm se nec resoluere ea pōt ad ea q̄ videt: sz incli nat⁹ ad credēdū ex aliq̄ rōne q̄ sufficit ad determinandū as sensum in id q⁹ credit⁹ q̄stus nō sufficiat ad inducēdū ad vi sionē ei⁹ q⁹ credit⁹. Ratio aūt hec inducēs ad credēduz pōt sumi vel ex aliquo creato: sicut q̄n p aliq⁹ signū inducimur ad aliq⁹ credēdū: vel de deo vel de alijs reb⁹: vel sumit⁹ ab ipsa veritate increata: sicut credim⁹ aliq̄ q̄ nobis diuinit⁹ di cta sunt p ministros Et p̄mo mō dicta fides cogit intellectū ad credēdū per h⁹ q⁹ nō apparet aliq̄d oppositū. sz scdo mō in tellect⁹ nō cogit⁹: sz ex volūtate inclinat⁹. Et p̄mo mō ē fides in demonib⁹ inq̄stū ex ipsa nāli cognitione sil̄ z ex miracu lis q̄ vidēt supra naturā eē multo subtili⁹ q̄⁹ nos cognunt⁹ ad credendū ea que naturalem ipsoz cognitionē excedūt. Nō aūt scdo mō. ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q⁹ q̄stus in intellectu demonis nō fit obscuritas q̄ est in nobis: ex sensu tū obscu ritas alia per h⁹ q⁹ possunt per cognitionē nālē ad visionem veritatis ptingere quaz credere per aliqua signa cōpellunt⁹ ¶ Ad secūdū dicēdū q⁹ fides que est in eis nō est habit⁹ in fusus: sz ex nāli cognitione ꝓcedit. ¶ Ad tertium dicendū q⁹ in eis intellect⁹ cogit⁹ ad assentiēdū. vnde nō oīno ex libe ra volūtate ꝓcedit. ¶ Ad secūdā questionē dicēdū q⁹ sicut supza dictū ē: fidei habit⁹ infusus i duob⁹ nos adiuuat. s. ut credam⁹ q̄ credēda sūt: z vt eis q̄ nō sūt credēda nullo mō as sentiam⁹. p̄mū aūt hō pōt ex ipsa estimatiōe sine habitu in fuso. sz scōm. s. vt discrete in hec z nō in illa inclinet⁹ ē ex ha bitu infuso tū q̄ quidē destructio est fm quā nō credimus oī spiritui. Que qz in heretico nō ē: cōstat q⁹ habit⁹ fidei in ipso nō manet. Et si aliq̄ credēda credat hoc ē ex rōne hūa na. si enī habitu fidei ad hec credēda inclinaret⁹ cōtraria fi dei refutaret: sicut oīs habit⁹ remittit⁹ eis q̄ cōtra illū habi tū sūt. ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q⁹ q̄stus credāt aliq̄d q⁹ est supza naturā: nō tū credūt illud p habitū infusum quo diri gunt⁹: sz p estimationē hūanā. ¶ Ad secūdū dicēdū q⁹ habi tus sciētie inclinat ad scibilia p modū rōnis. iō pōt habens habitū sciētie: aliq̄ ignozare q̄ ad illū habitū ptinēt: sz habi tus fidei cū nō rōni innitat⁹ inclinat p modū nature sicut et habit⁹ moraliū virtutū z sicut habit⁹ p̄ncipioz. z ideo q̄stus manet nihil oppositū fidē credit. ¶ Ad tertiū dicendū q⁹ ex illa estimatione humana etiam in eis timoz seruilis causatur sicut in demonibus.

Ad q̄rtū sic ꝓcedit. videt⁹ q⁹ fides informis euacuet⁹ charitate aduenīēte. j. Lhozin. ix. Cū venerit q̄⁹ p fectū ē euacuabit⁹ q⁹ ex pte ē sic̄ veniēte visiōe eua cuabitur fides: sed fides informis est impfecta respectu fi dei formate: ergo fides informis tollit⁹ aduenīēte formata. ¶ P̄ fides informis ē p̄ncipiū timoris seruilis: sz aduenīēte charitate tollit⁹ timoz seruilis: g̃ z fides informis. ¶ P̄ gr̃a aduenīēs nō hz minorē efficaciā infideli q̄⁹ i infideli: sz i in fideli totū fidei habitū causat: g̃ z i fideli q̄ hz fidē formatā sz fides formata z informis sūt vni⁹ spēi vt pz ex dictis: g̃ cū due forme vni⁹ spēi nō possūt sil̄ eē in eodē subiecto oportz q⁹ aduenīēte charitate z gr̃a fides informis tollat⁹. ¶ Sed oppa dona infusa sūt p̄manētioza q̄⁹ acq̄sita: sz gr̃a aduenīēs nō tollit habit⁹ acq̄sitos: g̃ mlto min⁹ tollit habitū ifusuz fi dei ¶ P̄ nihil corrūpit⁹ nisi a suo ꝯrio: sz fides informis nō ꝯriat⁹ gr̃e: qz habit⁹ boni nō sūt ꝯrarij adinuicē: sz solū ma li seu bon⁹ malo: g̃ fides informis nō tollit⁹ fm habitū adue niēte charitate. ¶ Ulteri⁹ videt⁹ q⁹ etiā si maneat q̄stū ad habitū q⁹ nō manet q̄stū ad actū. per actū enī fidei informis z si aliquid fiat q⁹ est bonū: nō tū aliq̄d bene: sz per actum fidei formate aliquid bene fit: ergo fides informis non ma net quātū ad actū suū aduenīēte charitate. ¶ P̄ lumen mi nus nō illumīat p̄sente maioze luce: sz fides informis ē mi

nus lumē q̄ charitas: ergo p̄sente charitate actus fidei in formis nō manet. ¶ P̄ vnusquisq; virtuosus operat quā/to meli⁹ potest sicut ꝛ natura: ſz actus fidei formate quē vir tuosus habens charitatē exercet melior est actu fidei infor/mis: ergo in eo actus fidei informis vacat: sicut ille qui pōt aliq̄d per filogismū demonstratiuz cognoscere non curat per filogismū dialeticū illud cōsiderare. ¶ Sz cōtra in mo ralib⁹ multo min⁹ est aliquid frustra q̄ in naturalib⁹ ꝛ p̄ci pue q̄tū ad habit⁹ infusos: ſz habit⁹ fine actu frustra est cū actus sit finis ei⁹ sicut ꝛ potētie: ergo nō est habit⁹ fidei sine actu. ¶ P̄ actus fidei informis est credere deo vel deū: sed hec manet adueniēte charitate: ergo act⁹ fidei informis nō euacuat. ¶ Ulteri⁹ videt q̄ fides informis nō possit fie ri fides formata. Fides enī informis mortua est vt dicitur Jsaē. v. sed opus mortuū nō viuificat: ergo nec fides infor/mis viuificat per formā charitatis. ¶ P̄ fides est accidēs sed accidētia vt dicit Boe. variari nō possunt: ergo videtur q̄ illa eadē fides que fuit informis nō possit fieri formata. ¶ P̄ ex duob⁹ accidentib⁹ non fit vnū: ſz gratia aduenies est vnū accidēs: ergo ipsa nō formaꝫ fidē informē p̄ius: ſz nouū habitū fidei formate causat. ¶ Sed ꝺtra natura sem per operat via breuissima: ergo similiter ꝛ gratia: ſz hec via est magis breuis vt habit⁹ p̄i⁹ informis formet q̄ q̄ nou⁹ habit⁹ infundat: ergo illa fides que p̄ius erat informis for matur. ¶ P̄ habit⁹ infusus plus cōuenit cū gratia q̄ poten tia naturalis: ſz potentia naturalis imperfecta ꝛ informis p̄ gratiā adueniētē formaꝫ: ergo multo forti⁹ habitus fidei informis. ¶ R⁹ ad p̄maz questionē dicendū q̄ remoto eo q̄ nō pertinet ad speciē rei. nō oportz q̄ substātia rei tolla/tur: sicut ſi ab aere tollat tenebra adhuc manet aer Jnformi tas aūt fidei nō pertinet ad speciē fidei: q̄ spēs fidei est per modū quē habet ex natura potētie in qua est sicut in subie/cto per relationē ad suū obiectū. dicit aūt formata et info/mis per relationē ad aliquid extrinsecū. ſ. ad volūtatē vt di ctū est: sicut aer formaꝫ lumine per oppositionē cozporis lu minosi. Et ideo patz q̄ informitas nō pertinet ad speciē fi dei. Cū ergo charitas aduenies nō tollat nisi informitatē a fide cōstat q̄ substātia habit⁹ fidei adhuc manet ¶ Ad p̄i mū ergo dicēdū q̄ impfectio quā habz fides respectu visio nis est ſm gen⁹ cognitiōis. ꝛ ideo pertinet ad speciem fidei ꝛ ꝓpter hoc visio aduenies fidē euacuat. nō aūt ita est in ꝓ posito vt dictū est. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ etiā timoꝛ seruꝫ lis nō tollit quantū ad habitū: sed quantū ad seruilitatem. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ gratia in habēte fidē nō causat aliū habitū fidei. ꝛ hoc nō ē per inefficaciā gr̄e: ſz accidit ex par te subiecti q̄ nō pōt recipe ad q̄ iam habet. ¶ Ad secun dam questionē dicēdū q̄ sicut manet habit⁹ fidei informis sine informitate: ita ꝛ act⁹ sine informitate: q̄ habit⁹ ē quo quis agit cū ipſi⁹ affuerit vt dicit aug⁹. ¶ Ad p̄imuz ergo dicendū q̄ hoc q̄ aliquis per fidē informē faciet bonū per/tinet ad substantiā habitus. ꝛ ideo hoc manet: ſz q̄ faciat nō bñ hoc pertinet ad informitatē: ꝛ ideo nō manet. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ lumē fidei informis et charitatis nō sūt vni⁹ rōnis. ꝛ ideo vnū nō obfuscat aliud: ſz perficit illud cū vnuz sit māle respectu alteri⁹ ¶ Ad tertiū dicendū q̄ actus fidei informis deficit ab actu fidei formate rōne informita tis. ꝛ sc̄m hoc nō manet. ¶ Ad tertiā questionē dicēdū q̄ sicut dicit pḥs in. vj. Ethi. in boie ante cōpletū esse virtutis moralis existit quedā naturalis inclinatio ad virtutē illaz que dicit virt⁹ naturalis. ꝛ hec eadē v̄tutis rōnē sumit ſm q̄ a superiori potentia. ſ. rōne perfectionē accipit: Et simili/ter fides informis p̄exist̄it in intellectu ante cōpletū esse virtutis: ſz rōnē virtutis accipit ex perfectiōe superiozis po tentie. ſ. volūtatis. vnde vna ꝛ eadē fides que p̄i⁹ erat info/mis postea fit formata: nec est alia fides que aduenit: q̄ fi/des formata ꝛ informis nō differūt specie vt ex dictis patet due aūt forme vni⁹ speciei simul esse non possunt: q̄ forme diuersificant ſm numerū ex diuersitate materie vl̄ subiecti

¶ Ad p̄imum ergo dicendū q̄ opus mortuū trāsit ꝛ non pōt idē numero iterū sumi. ꝛ ideo viuificari nō pōt: ſz habi tus informis manet. ꝛ ideo formari pōt. ¶ Ad secūdū dicē dū q̄ accidēs nō variat quasi subiectū variationis: ſz quia ſm ipsuz subiectū diuersimode se habet q̄ō subiectū varia/tionis est sicut patz in intēsione ꝛ remissione calozis ¶ Ad tertiū dicendū q̄ ex gratia ꝛ fide nō fit vnū accidēs: ſz mo/dus charitatis participatur ad perfectionem fidei sicut mo dus p̄udētie participat ad perfectionē virtutis mozalis: ꝛ ideo charitas aduenies dicit formare fidē p̄exist̄entem. Accipit autē fides. Fides ꝓpie dicit ex hoc q̄ aliquis as/sentit eis que nō videt. hoc aūt cōtingit dupliciter. vno mō ſm q̄ homo inducit per rationē humanā. ꝛ sic dicit fides opinio vehemēs. Et adhuc magis extenso noīe oīs certitu/do que fit per rōnē humanā etiā ſi ad visionē inducāt dici/tur fides ſm q̄ argumentū dicit ratio rei dubie faciens fi/dem. dicit aūt ꝛ veracitas boīs: fides inquantū est causa q̄ credat quis etiā de his que nō videt. ꝛ sic dicit Tullius. q̄ fides est fundamētū iusticie fidez p̄o fidelitate accipiens. Et vlteri⁹ ipsa cōscientia sc̄m quā aliquis hanc veracitatē tenet dicit fides Ro. xv. omne q̄ō nō est ex fide glo. i. ex cō sciētia. Alio modo ſm q̄ homo inducit per rōnē diuinā. ꝛ sic dicit fides ipse habit⁹ quo creditꝫ siue sit formaꝫ siue in formis ꝛ actus ꝛ obiectū. ꝛ sacramētū inquātuz est causa et signū hui⁹ fidei. Et quelibet certitudo que habet de dīnis extenso noīe dicit fides etiā ſi videant. Nō sicut corrupta Scienduz q̄ hic Aug⁹. experimētalē cognitionē quā quis habet de fide sua sepat a quattuoꝛ generib⁹ visionū. ſ. a vi/sione exteriori per hoc q̄ dicit: sicut cozpoza ꝛ a visione ima ginationis que ex ipsa relinquit in hoc q̄ dicit Et per ipso/rū imaginationez ꝛ a visione imaginatiue que ex diuersis imaginib⁹ rerū visarū formaꝫ aliquā rē nūq̄ visam in hoc q̄ dicit. Nō sicut ea que nō videm⁹ ꝛ a visione intellectuali eoꝝ que sunt extra nos per hoc q̄ dixit nec sicut dominez. Quid est fides nisi credere. ꝛc. hic diffinit habituz fidei per actum p̄opꝛium.

¶ DISTINCTIO .XXIIII.

¶ Quomodo intelligit quod scriptū est: cū factū fuerit credatis.

Hic querit ſi tm̄ fides de non vi sis ē: quomō veritas aplis ait. Nūc dico vobis p̄iusq̄z fiat ut cū factū fuerit credatis. Vbi in nuit videt q̄ fides illis fuerit de factis ꝛ visis. Sup q̄ Aug. mo uet q̄nē: ꝛ absoluit: ita inquiēs Quid sibi vult ut cū factū fuerit credatis. Nec est laus fidei ſi q̄ credit nō videt. Nā ꝛ thomas cui dictū ē: q̄ vidisti me credidisti: nō hoc credidit q̄ vidit. Cernebat. n. ꝛ tāgebat carnē viuētez quā vi/derat morientē: ꝛ credebat deū in carne ipsa latētē. Credebat ergo mēte q̄ nō videbat: ꝑ hoc q̄ sensi bus cozpis apparebat. Si vo dicūt credi q̄ vident sicut dicit vnusq̄sq; oculis suis credidisse: nō ipsa est q̄ in nobis edificat fides: ſz ex reb⁹ q̄ videt agit in nobis: ut ea credāt q̄ nō videt. Ex his apte intel ligit q̄ ꝓpie fides nō apparētiū ē: nec illa est fides q̄ in xp̄o edificamur q̄ dicim⁹ vsitata locutiōe nos ea credere q̄ videm⁹. Alibi tm̄ dicit Aug. fidē eē de reb⁹ p̄sentib⁹ q̄ō erit i futuro cū ꝑ speciē deū p̄sentē ꝓtēplabimur: q̄ tm̄ nō ꝓpe dz fides: ſz veritas Est in quit. Augu. fides qua credunt ea que non vident

sed tñ etiã est rerũ fides: qñ nõ verbis: sz reb⁹ ipsis presentib⁹ creditur. Quod erit cũ per speciem manifestam se contemplandã sanctis pfebebit dei sapientia. Sed non proprie hec dicit fides: immo fidei merces ad quã credendo perueniet: ut ex fide verborũ trãseat iustus in fidẽ rerũ.

¶ Si petr⁹ habuit fidẽ passionis qñ vidit hominẽ illum pati.

Si vero queritur vtr petr⁹ fidẽ passionis habuerit: cũ hoiez xp̃m pati oculis cernebat Dicim⁹ enĩ eũ fidez passionis habuisse: nõ in eo q̃ credebat hoiem pati: qz hoc videbat: sz in eo q̃ credebat deũ esse q̃ patiebat. Nõ enĩ virt⁹ fidei erat q̃ credebat hõ pati z mori. qõ iudeus cernẽs credebat: sz q̃ credebat de⁹ esse qui patiebatur Vnde Aug⁹ sup illũ locũ psalmi respõdit ei in via vtutis sue. Laus fidei est: nõ qz credit hoiez illum mortuũ qõ z pagan⁹ credit: sz qz credit illũ glificatũ z uerũ deuz. Credit igit fides deũ mortuum: et glorificatũ hoiez. Nõ igit fuit Petro fides credere hoiez illũ mori: quod oculis cernebat: sz credere deũ esse qui moriebat. Nec nobis etiã fides in hoc merek q̃ credim⁹ hoiez illũ mortuũ: qõ z iude⁹ credit: sed quia credimus hoiem deum mortuuz esse.

¶ Si aliqua sciuntur que creduntur.

Post hoc queri solet cũ fides sit de nõ apparentib⁹ z nõ uisis: utrũ sit etiã de incognitis tãtũ. Si enĩ de incognitis tãtũ est de his videk tãtũ esse que ignorãk. Sz sciendũ est q̃ cum visio alia sit interior: alia exterior: non est fides de subiectis exteriori visioni. est tñ de his que uisu interiori utcũq; capiũk. Et quedã utiq; hic sic capiũtur ut intelligãk: z si nõ ut in futuro quedã aũt non qz cũ fides sit ex auditu: nõ mõ exteriori: sz interiori nõ põt esse de eo qõ oĩno ignorak que ipsa ad sensuz corpis nõ pertinet: ut ait Aug⁹ dicẽs. Quãuis ex auditu fides in nobis sit nõ tamẽ ad eũ sensum corpis ptinet: q̃ dicit audit⁹: qz nõ est son⁹: nec ad ullum sensuz corpis: quoniã cordis est res ista: nõ corpis. Quedã ergo fide credũk q̃ intelligũk naturale rõne. q̃dã vo que nõ intelligũk. unde ppheta: Nisi credideris nõ intelliges. Qõ aug⁹ aperte distinguit. Alia sũt inq̃t que nisi intelligam⁹ nõ credimus. alia que nisi credam⁹ nõ intelligem⁹. Nemo tñ põt credere in deũ nisi aliq̃d intelligat: cũ fides sit ex auditu pdicatiõis. idẽ in li. de trinitate Certa fides utcũq; incboat cognitionẽ. Cognitio vo certa nõ pficit nisi post hãc uitã. Ambrosi⁹ quoq; ait ubi fides nõ statim cognitio. ubi cognitio est fides pcedit. Ex his apparet aliqua credi q̃ nõ intelligũtur: uel sciũk nisi prius credãk. Quedã vo intelligi aliqñ etiã anteq; credãk. Nec tñ sic intelligũk mõ ut in futuro scienk: z nũc etiã p fidez qua mũdank corda ampli⁹ intelligũk: qz nisi p fidẽ diligak deus nõ mundak cor ad eũ sciẽdũ. unde aug⁹. Quid est deũ scire nisi mẽte eũ cõspicere firmeq; percipere. Sz z priusq; valeam⁹ pcipere z pspicere deũ sicut pcipik a mũdis cordib⁹: nisi p fidẽ diligak: nõ poterit cor mũdari: ut ad eũ uidẽdũ sit aptuz. Ecce hic apte habes: qz nõ põt sciri de⁹: nisi prius diligẽdo credak. Supra aũt dictuz est q̃ nemo põt credere in deũ nisi aliq̃d intelligak: unde colligit non posse sciri z intelligi credẽda q̃dã: nisi pri⁹ credãk: z q̃dã non credi nisi pri⁹ intelligãk: z ipsa per fidẽ amplius intelligi. Nec ea q̃ pri⁹ credũk q̃z intelligãk penit⁹ ignorãk: cuz fides sit ex auditu. Ignorãk tñ ex pte: qz non sciũk. credik ergo qõ ignorak: sz non penit⁹. sicut etiã amak qõ ignorak. unde aug⁹. Sciri aliq̃d z non diligi potest. Diligi vo qõ nescik: q̃ro utrũ possit. Si non potest: nemo diligit deũ añq; sciat. ubi aũt sũt illa tria: spes: fides: z charitas nisi in aio credẽte qõ nondũ scit: z sperãte z amãte qõ credit. Amak ergo z qõ ignorak: sz tñ creditur.

¶ Postq; determinauit magister de fide fm suã substantiã: hic determinat de ea in cõparatione ad siũ obiectuz. Et introducitur pars ista occasione diffinitiõis fidei ab apl̃o date qua fidẽ argumẽtũ nõ apparẽtiũ dicit. diuidit autez pars hec in duas. in p̃ma inq̃rit vtrũ fides sit de non visis. In secũda vtruz sit de incognitis ibi: Post hec queri solet. Circa p̃mũ duo facit. p̃mo ostẽdit fidẽ ꝓprie loquẽdo esse de nõ visis. Scõo remouet quãdã instantiaz que fieri posset ibi. Si vo querik vtrũ Petrus. ¶ Questio p̃ma.

Hic querũk tria. p̃ma q̃d sit obiectũ fidei. Scõo qualiter se habeat ad cognitionẽ nostrã. Tertio de merito z laude fidei.

cipium amicicie vt dicit phs in.ix.ethi. Unde gradus charitatis fm hunc modum amoris attendendi sunt: quia charitas amiciciam includit vt supra dictū est. bonū autē illud vnusq̄sq; maxime vult saluari quod est sibi magis placens: quia hoc est appetitui informato per amorem magis cōforme: hoc est autē suū bonū. vnde fm q̄ bonū alicuius rei est vel estimatur magis bonū ipsius amantis: hoc amans magis saluari vult in ipsa re amata. bonū autē ipsius amantis magis inuenitur nisi perfecti⁹ est. z ideo quia pars quelibz imperfecta est in seipsa: perfectionē autē habet in suo toto: ideo etiam naturali amore pars plus tendit ad conseruationem sui totius q̄ suiipsius. Unde etiaz naturaliter animal opponit brachium ad defensionē capitis ex quo pendet salus totius. Et inde est etiā q̄ particulares homines seipsos morti exponunt pro conseruatione cōmunitatis cuius ipsi sunt pars. quia ergo bonū nostrum in deo perfectū est sicut in causa vniuersali prima z perfecta bonorū: ideo bonuz in ipso esse magis naturaliter cōplacet q̄ in nobisipsis. z ideo etiā amore amicicie naturaliter de⁹ ab homine plus seipso diligitur. z quia charitas naturā perficit: ideo etiā fm charitatē deum supra seipsuz homo diligit: z super omnia alia particularia bona. charitas aūt supra naturalem dilectionē ipsius addit quandā associationē in vita gratie vt supra dictum est. Quidam autē dicunt q̄ aliquis naturaliter amore concupiscentie deū plus seipso diligit inq̄ntū diuinū bonū est sibi delectabilius. sed amore amicicie plus seipsuz naturaliter q̄ deū diligit dum plus se vult esse z viuere: z habere aliqua bona q̄ deum. sed charitas ad hoc naturam eleuat vt etiā per amiciciam aliquis plus deū diligat q̄ seipm. Sed prima opinio ꝓbabilior est: quia inclinatio nature hominis inq̄ntū est homo nunq̄ contradicit inclinationi virtutis: sed est ei cōformis. ¶ Ad p̄mū igit̄ dicendū q̄ amor non est vnio ipsarū rerū essentialiter sed affectuū. non autē est inconueniēs vt illud quod est min⁹ coniūctū fm rem sit magis coniūctū fm affectū dum plerūq̄ ea que realiter nobis coniuncta sunt nobis displiceant: z ab affectu maxime discordent. sed amor ad rerū vnionē inducit quantū possibile est: z ideo amor diuin⁹ facit hominē fm q̄ possibile est non sua vita sed dei viuere. sicut Apostolus dicit Gal. ij. Uiuo ego iam non ego viuit vō in me christus. ¶ Ad secundū dicendū q̄ q̄uis vnicuiq; sit amabile q̄ sibi est bonū: nō tn oportet q̄ propter hoc sicut propter finem ametur quia est sibi bonū: cum etiam amicicia non retorqueat ad seipsum bonū q̄ ad alterum optat. diligimus enī amicos etiam si nihil nobis debeat inde fieri. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ amicabilia que sunt ad alterum veniunt ex amicabilibus que sunt ad seipsum: non sicut ex causa finali sed sicut ex eo quod est prius in via generationis: quia sicut quilibet sibi prius est notus q̄ alter z q̄ deus: ita etiā dilectio quaz quisq; habet ad seipsum est prior ea dilectiōe quā habet ad alterū in via generationis. ¶ Ad q̄rtū dicēdū q̄ opera nostra propzie loquendo non proportionant affectioni qua ipsum in seipso diligimus: quia ex nostris operibus nihil ei accrescit vel accrescere potest. sed si esset possibile q̄ ex nostris operib⁹ aliquid ei accresceret habens charitatem: multo plura faceret propter beatitudinē ei conseruandā q̄ propter eam sibi adiscendam. ¶ Ad quintū dicendū q̄ deus vbiq; equaliter diligitur: tamen diuinū bonum in isto esse non est tantum amabile sicut ipsum esse in deo: quia non eque perfecte in omnibus est.

AD quartū sic procedit. videtur q̄ non possit in dilectione dei haberi respectus ad aliquam mercedem: quia Jo. x. mercēnarius vituperatur. sed mercēnarius dicitur qui mercedem querit. ergo dilectio dei ex charitate non admittit respectum mercedis. ¶ Augustinus dicit Deo licz sine premio seruiri non possit: tamen sine intuitu premij seruiēdū est. sed premiū nihil aliud est q̄ merces laboris: ergo sine respectu mercedis deo seruiendū est. ¶ amicicia ciuilis q̄uis habeat multas dilectiones z vtilitates: tamen ad eas non respicit sed supra honestum fundatur. sed amicicia charitatis magis est honesta q̄ amicicia ciuilis. ergo nec ipsa ad aliquaz vtilitatem respicit. ¶ merces est finis eorum que propter mercedem fiunt. sed finis diligitur magis q̄ ea que sunt ad finem. si ergo de⁹ propter aliquaz mercedem diligeretur aliquid aliud magis diligeretur deo: qō est contra rationem charitatis. ¶ sicut per charitatem homo adipiscitur premiū: ita etiam fugit et penam. sz charitas expellit timorem pene maxime si sit perfecta: ergo videtur q̄ etiā excludit intuitū mercedis. ¶ Sz contra. sicut dicitur in glo. Matth. j. spes generat charitatē. sed spes est expectatio mercedis: ergo charitas potest esse cum intuitu mercedis. ¶ Hebre. xj. dicitur de sanctis patribus q̄ aspiciebant in remunerationez. sed constat q̄ ipsi diligebant deum ex charitate. ergo dilectio dei ex charitate compatitur intuitum mercedis. ¶ amicorum est q̄ querant inuicē perfrui. sed nihil aliud est merces nostra q̄ perfrui deo videndo ipsum. ergo charitas non solum excludit: sed etiam facit habere oculum ad mercedem. ¶ R⁰ dicendum q̄ merces propzie dicitur premium quod quis ex laboze vel aliquo opere meretur. premiū autē est qō alicui in bonum eius redditur. vnde merces inquantuz huiusmodi importat aliquid referibile per amorē ad id cui merces redditur. Mercedem enī aliquis propter seipsum amat: nō tamen est de ratione mercedis q̄ sit intentionis finis: quia plerūq; aliquis mercedem ex opere non querit cui merces datur. ea autem que propter se aliquis diligit vel sunt pfectiones illius formaliter: sicut sanitas virtus operatio dilectio z huiusmodi. vel sunt effectiua vel conseruatiua horum aut contrariorum prohibitiua. Unde si aliquis amat aliud extra se propter seipsum illud potest dici merces inquantū ex eo aliq̄d in ipso relinquitur vel conseruatur. sed sicut supra dictum est de ratione amicicie est q̄ amicus sui gratia diligatur. vnde amicus non habet in amicicia rationem mercedis propzie loquendo q̄uis ea que ex amico in nobis fiūt rationem mercedis habere possint: sicut delectationes z vtilitates quas ex ipso amans consequitur: ratione quarū ipse amicus merces dicitur quasi causaliter: sicut dicitur deus merces nostra ratione eorum que ex ipso in nobis sunt. patet ergo q̄ ponere mercedem aliquam finem amoris ex parte amati est contra rationem amicicie. Unde charitas per hunc modum oculum ad mercedem habere nō potest. hoc enim esset deum non ponere vltimū finem: sed bona que ex ipso cōsequitur. Sed ponere mercedem esse finem amoris ex parte amantis: non tamen vltimuz prout. s. ipse amor est quedam operatio amantis: non est contra rationem amicicie: quia ipsa amoris operatio cum sit quoddā accidens nō dicitur amari nisi propter suum subiectum vt ex dictis patet. z inter ea que propter se aliquis diligit potest esse ordo salua amicicia. vnde z ipsam operationem amoris possum amare non obstante amicicia propter aliquid aliud. erit tamen contra rationē virtutis si virtutis operatio propter aliquid aliud virtute inferius cuiusmodi sunt temporalia bona diligatur. patet ergo q̄ habēs charitatem non potest habere oculum ad mercedem vt ponat aliquid quodcūq; finē amati. s. dei. hoc enim esset cōtra rationem charitatis vt est amicicia quedam. Nec iterum vt ponat aliquid bonū temporale finem ipsius amoris: quia hoc est contra rationem charitatis vt est virtus. potest tamē habere oculum ad mercedē vt ponat beatitudinē creatā finē amoris: non aūt finē amati. hoc enī neq; est cō rationē amicicie neq; ꝓtra rationē virtutis cū beatitudo virtutū sit finis. ¶ Ad p̄mū ergo dicendum q̄ mercēnarius ibi dicitur qui opus speciale propter mercedem temporalem exercet. ¶ Ad secundum dicendum q̄ sine intuitu premij seruiendum est ita q̄ premium non ponatur finis eius quod amatur z cui seruit: sed q̄ ponatur finis ipsius seruitij vel amoris. ¶ Ad tertium dicen-

dum q amicicia non respicit delectationes ⁊ vtilitates amicoꝝ quasi finem propter quam amicus amat. ¶ Ad quartum patet solutio per ea que dicta sunt. ¶ Ad quintum dicendum q bonum de quo est spes magis est consonū amori q̄ malus de quo est timor. ⁊ ideo q̄uis perfecta charitas foras mittat timorem pene: non tamen oportet q foras mittat intuitum mercedis.

AD quintum sic proceditur. videtur q homo ex charitate non debeat seipsum magis q̄ proximus diligere. Illud enī propter quod aliud relinquitur magis amatur. sed charitas facit hominē seipsum relinquere quodāmodo ⁊ amato inherere: quia Diony. dicit q amor ponit hominez extra se: ⁊ collocat eum in amato. ergo plus amat amicum q̄ se. ¶ P̄ deum magis q̄ nosipsos diligimus inquantum bonum nostrum perfectius in eo q̄ in nobis inuenit̄. sed similiter perfecti⁹ inuenitur in aliquo ꝓximorū q̄ in nobis qui bona que nos habemus perfecti⁹ habent: ergo debemus magis proximū q̄ nosipsos diligere. ¶ P̄ illud quod aliquis maxime in seipso diligit est viuere ⁊ esse. sed charitas facit ponere vitam corporalem pro fratribus. quidam enim gentiles pro amore amicorū se morti exposuerunt sine aliqua spe vite eterne. ergo amicicia ⁊ charitas facit magis diligi proximū q̄ seipsum. ¶ P̄ illos magis diligimus quorum bona magis optamus: ⁊ mala magis vitamus. ⁊ sicut dicit philosophus in. ix. ethi. in tristitijs amicos tarde vocandum: ad eorum aūt tristitias prompte eundem: In letitijs autē econuerso: quia eos prompte vocandum difficulter ad eorum letitias se ingerendum. ergo charitas facit magis amare proximos q̄ seipsos. ¶ P̄ beneficentia est effectus charitatis. sed magis laudantur qui sunt benefici ad amicos q̄ qui sunt benefici ad seipsos. ergo charitas facit magis amare proximos q̄ seipsum. ¶ P̄ amicia facit hominem gaudere de conuersatione cum amicis. sed homo magis delectatur de conuersatione ad amicos q̄ de cōuersatione sui ad seipsum: ergo plus amicos et proximos q̄ seipsum diligit. ¶ Sed contra. q̄nto q̄s amat salutem alicuius tanto vitat peccatum eius. sed homo magis debet vitare peccatum suum q̄ peccatum alterius: ergo magis debet amare vitam suam q̄ salutē alterius. ¶ P̄ misericordia ex amore causatur. sed homo debet incipere misereri a seipso ſm q dicit Augusti. ergo ⁊ a seipso debet incipere amorem. ¶ P̄ illud quod est naturale vehementius est q̄ illud quod est voluntarium tñ. sed amor sui est ex inclinatione nature. amor autē aliorum est ex voluntate rationis tñ. ergo ex charitate homo plus seipm q̄ alios diligit. ¶ R° dicendū q sicut aliquid inuenit̄ perfectius in causa perfecta ⁊ in vniuersali q̄ in effectu particulari: ita aliquid perfectius inuenitur in re q̄ in sui similitudine. vnde cū bonum proprium alicui⁹ inueniatur in deo sicut in causa vniuersali: in se autē sicut in effectu: in proximo autē sicut in similitudine sicut deum plus q̄ seipsum diligere debet benuolentie dilectione: ita etiam plus se q̄ proximū. sed sciendum q cum in homine sit duplex natura. s. interior videlicz rationis que dicitur homo interior: ⁊ exterior. s. natura sensualis que dicitur homo exterior plus homo debet diligere se q̄tū ad naturam interiorem q̄ q̄tū ad natūrā exteriorem. ⁊ iō ea q̄ sunt bona nature interioris plus debet optare q̄ ea que sunt bona sibi ſm natūrā exteriorem. omnia autē opera virtutis sunt sibi bona ſm interiorem naturam inter que etiam sunt illa que quis ad amicū operatur. ⁊ ideo plura bona exteriora sunt impēdenda amicis q̄ nobisipsis inquantū consistit in hoc bonū virtutis quod est nostrū maximū bonū. sed de bonis spiritualibus semper plus nobis q̄ amicis impendere debemus ⁊ velle: ⁊ similiter etiam a malis vitandis. ¶ Ad primū ergo dicendū q in amore amatū vt amatum potius est q̄ amans vt amans. sed quia amans est etiā amatū a seipso: ideo poti⁹ potest esse in amore inq̄tum est amatum q̄ amatū extrinsecū: ⁊ magis collocatur in ipso affectus amātis q̄ in exteriori amato. ¶ Ad secundū dicendū q q̄uis bonū quod ego habeo possit in proximo perfectius inueniri q̄ in meipso: tamen in me semper inuenitur perfectius vt propriū: quia bonū quod est in ipso non est meū nisi per similitudinē. bonū autē quod est in deo est meum etiam ſm causam. ¶ Ad tertiū dicendum q tradere seipsum morti propter amicū est perfectissimus actus virtutis: vnde hūc actū magis appetit virtuosus q̄ vitā ꝓpriā corporalē. vnde q aliquis vitaz propriā corporalē propter amicū ponit nō⁹ tingit ex hoc q alq̄s plus amicū q̄ seipm diligat: sed quia in se plus diligit quis bonū virtutis q̄ bonū corporale. ¶ Ad quartū dicendū q in hoc ipso q homo non vult esse onerosus amico tristitias suas cōmunicando eidem: sed magis beneficus ⁊ delectabilis ſm virtutē operatur. ⁊ ita spirituale bonū plus sibi q̄ amico tribuit. ¶ Ad quintum dicendum q de bonis spiritualib⁹ magis nobis impendim⁹ q̄ amicis. de corporalibus autē magis amicis q̄ nobis ratione iam dicta. ¶ Ad sextū dicendū q conuersatio cum amicis est nobis delectabilis inquantū cognoscimus bonum ipsorum q nobis quasi nostrum complacet. ⁊ quia per visum meli⁹ cognoscunt̄ res q̄z per alium sensum: ideo amici magis se videre desiderant. ⁊ quia magis potest homo cognoscere que sunt alteri⁹ q̄z que propria: ideo magis delectatur in conuersando ad amicū q̄z etiam ad seipm q̄uis virtuosus ad seipsum delectabiliter cōuersēt̄ inq̄tū in seipso ꝑsiderat memoriā ⁊ ꝓpositū ⁊ spem bonoꝝ q̄ ei de lectationē ingerūt vt dicit̄ in. ix. ethi.

AD sextū sic proceditur. videt̄ q homo ex charitate magis debet diligere extraneos q̄z ꝓpinquos. charitas enim sicut ⁊ amicicia fundamentū habet honestū. sed maior honestas vel virtus inuenit̄ q̄q in extraneis q̄z in propinquis: ergo magis sunt diligendi ex charitate extranei q̄z propinqui. ¶ P̄ charitas facit conformitatē hominis ad deū. sed deus plus diligit extraneos nostros q̄z propinquos si sunt meliores: ergo ⁊ nos magis eos diligere debemus. ¶ P̄ effectus respondet affectui. sed in aliquibus debemus maiorem effectum amoris ostendere ad extraneos q̄z ad propinquos: sicut in collatione beneficioꝝ ecclesiasticorū si extranei meliores sint: ergo magis diligendi etiā ex affectu q̄q extranei q̄z ꝓpinq̄. ¶ P̄ cōcordia in charitate importatur ⁊ ex charitate efficitur. sed aliquando magis concordandū est extraneis q̄ propinq̄s: sicut in bellis magis obediendum est duci exercitus q̄z patri. ergo magis sunt diligendi extranei q̄z propinqui. ¶ P̄ illud quod est debitum proponendum est ei quod non est debitum. sz reddere retributionem beneficiorum est debitum: benefacere autē propinquis non est debitum quandoq̄. ergo magis benefaciendum est extraneis q̄z propinquis. ⁊ ita ad minus q̄ztū ad effectū amicicie extranei propinquis preponēdi sunt. ¶ Sed contra. Hala. vj. Operemur bonum ad oēs maxime autē ad domesticos fidei: ergo propinqui preferēdi sunt extraneis. ¶ P̄. j. Thimo. iij. dicit̄ Qui suoꝝ ⁊ maxime domesticorū curam non habet fidem negauit ⁊ est infideli deterior. ergo magis habenda est cura propinquorum q̄z aliorꝝ. ¶ P̄ magis homo debet seipm diligere q̄z alios: ergo quāto aliqui sunt sibi magis propinqui magis debet eos diligere. ¶ R° dicendum q sicut dictum est proximos diligimus inquantū in eis bonum nostrum per similitudinem inuenitur loquendo de amore benuolentie. hec autē similitudo attenditur ſm q cum eis cōmunicamus. vnde ⁊ ſm diuersas cōmunicationes diuersas amicicias philosophus distinguit. Est enī cōmunicatio alia quidem naturalis ſm q in naturali origine aliqui cōmunicāt vt in ista cōmunicatione fundatur amicicia patris ⁊ filij ⁊ aliorum consanguineoꝝ. alia vō cōmunicatio est iconomica: ſm quam homines sibi in domesticis officijs cōmunicāt. Alia vō cōmunicatio politica ſm quā boies ad conciues suos cōmunicant. Quarta cōmunicatio est diuina ſm quā omnes ho-

mines cõmunicant in vno corpore ecclesie vel actu vel potẽtia. ⁊ hec est amicia charitatis que habetur ad omnes etiã ad inimicos. Quia ergo charitas benivolentiam importat que amicis bona optat ⁊ operatur bonũ ad ipsos: ideo ſm vnamquãcp predictarũ amiciciarũ amandi sunt amici q̃tũ ad bona pertinẽtia ad cõmunicationẽ illam super quã amicicia fundatur. vnde ad patrẽ ⁊ cõsanguineos amicabiliter nos habere debem⁹ in eis que ad conseruationẽ nature pertinent ad domesticos in his que ad dispensationẽ domus pertinent. Ad concives in his q̃ ad civilem vitã spectant: sic̃ est simul cõuersari ⁊ morari in operibus civilibus. Ad oẽs autẽ homines in his que ad deum spectant vt omnib⁹ optemus vitã eternã: ⁊ operemur ad salutẽ ipsor ſm modũ nostrũ. Tamen simpliciter loquendo ſm illam amiciciam maior debet esse dilectio que magis accedit ad id quod magis diligendũ est. maxime autẽ diligendus est deus. ⁊ post hoc maxime debet homo seipsum diligere vt dictũ est. ⁊ quia vltima dictarũ amiciciarũ. s. charitatis magis appropinquat ad dilectionẽ dei: ideo si ab illa priores amicicie sepent̃ potior simpliciter esset ipsa sine alijs q̃ alie sine ipsa. non autẽ sepant̃ q̃tũ ad aliquẽ qui in hac vita viuat: sed post mortez sepant̃ ab amicicia charitatis dãnati. vnde plus debeo diligere hominẽ christianũ q̃ patrem meũ infidelem defunctũ simpliciter loquẽdo q̃tus liceat ſm affectũ naturalem in illud magis ferri quod magis ſm naturã nobis coniunctũ ẽ. Prima aũt amicicia magis proxima est ei q̃ aliquis seipm diligit q̃ secũda: ⁊ secũda q̃ tertia: tertia simil̃ q̃ quarta tũ. ⁊ ideo Ambro. hunc ordinẽ dilectionis ponit vt primo diligantur consanguinei ad quos habetur prima amicicia. Secundo domestici ad quos habetur secũda q̃tũ ad illos qui nobiscum in domo cõuersantur. Et tertia q̃tũ ad illos qui in nobis in civilib⁹ ⁊ honestis actibus familiares sunt. Tertio inimici ad quos solũ quarta amicicia habetur. ⁊ hoc intelligendũ est simpliciter loquendo. sed ſm q̃d potest ordo iste mutari vt. s. magis amicabiliter me habeã ad familiarẽ qui mihi cõuenit in operibus honestis q̃tũ ad societatẽ in istis q̃ ad patrẽ qui in istis non cõmunicat. ⁊ sic ẽ intelligẽdum de alijs. ¶ Ad primũ ergo dicendũ q⁹ amicicia politica fundamentũ habet cõmunicationẽ in honestis operib⁹: in quibus simul aliqui cõuersantur. sed amicicia naturalis habet fundamentũ cõmunicationẽ naturalem. ⁊ hec cõmunicatio proprior est illi qua hõ sibi cõicat. vnde sicut hõ simpliciter seipsum debet magis diligere quo ad naturam etiam si malus sit q̃ aliũ bonũ: ita etiam naturam patris sui magis diligere debet simpliciter loquendo q̃ alium bonũ. nõ quidem inquantũ malus: sed ad hoc vt bon⁹ sit. ¶ Ad secũdũ dicẽdũ q⁹ in hoc deo conformamur q⁹ diligim⁹ eos magis qui nobiscũ magis cõmunicant: sicut ⁊ ipse eos qui secum magis cõmunicant magis diligit q̃uis non sint idez qui nobiscũ ⁊ cũ eo magis cõmunicant. ¶ Ad tertiũ dicendũ q⁹ in illis que non pertinẽt ad cõmunicationẽ naturalez quã cum patre vel consanguineis habemus non oportet q⁹ magis consanguineis benefaciamus: q̃ illis qui magis coniuncti sunt nobis ſm illam cõmunicationẽ ad quam illa bona pertinẽt. ⁊ ideo beneficia ecclesiastica nõ sunt danda magis cõsanguineis: sed eis qui magis sunt idonei ad regimẽ ecclesie: quia illi q̃tũ ad hoc q⁹ dispẽsatores diuinorum summus magis nobiscũ cõmunicant. sed de patrimonio ꝓprio ⁊ de his que homo proprio ⁊ licito lucro acquirit potest benefacere cõsanguineis potius q̃ alijs ⁊ debet nisi ex alia parte sit aliquid quod preponderet vel indigentia vel vtilitas. ¶ Ad q̃rtũ patet solutio per iam dicta: q⁹ ad vnũquoddcp magis amicabiliter nos debemus habere in eis que ad cõmunicationẽ illam pertinẽt ſm q⁹ amicicia nobis iungitur ¶ Ad quintũ dicendũ q⁹ in his que ad conseruationẽ nature pertinẽt magis sumus debitores parentibus a quib⁹ naturam accepim⁹ q̃ aliquib⁹ alijs: ⁊ cõsanguineis consequẽter. ⁊ ideo magis liberare debem⁹ patrem a morte q̃ extraneum etiam si ille nos in casu simili liberasset. sed in alijs beneficijs possumus nos quandocp magis amicabiliter habẽ ad extraneos q̃ ad propinquos.

Ad septimũ sic ꝓcedit. videtur q⁹ pater non sit maxime diligendus. effect⁹ enim affectui respondet: ⁊ ipm demonstrat. sed magis ostendere debemus effectũ amoris filijs q̃ patrib⁹. non enim filij debent parentibus thesaurizare: sed econuerso. ij. Corin. xiij. ergo filij magis amandi sunt q̃ parentes. ¶ Pꝫ charitatis ordo nature ordini nõ repugnat cũ charitas naturã non destruat sed perficiat. sed naturaliter homo plus diligit filium q̃ patrẽ: sicut etiã naturaliter plus diligit beneficians beneficiatum q̃ econuerso inq̃ntũ relucet in eo suũ bonũ magis vt dicitur in. ix. ethi. ergo ⁊ ſm charitatẽ filij parẽtibus sunt magis amandi. ¶ Pꝫ vnusquisq⁹ debet seipsum plus diligere q̃ aliquẽ aliũ post deũ. sed vxorẽ debet homo diligere sicut seipsum cũ sit vnus corpus cũ ea: ergo debet vxorẽ magis q̃ aliũ aliquẽ diligere. ¶ Pꝫ magis debemus diligere eos qui nos magis diligunt. sed matres magis diligunt filios q̃ patres: ergo ⁊ filij magis debẽt diligere matres q̃ patres. ¶ Pꝫ similitudo est causa amicicie. sed filie magis similantur matrib⁹ q̃ patribus: ergo ad minus filie debẽt plus amare matres q̃ patres: ⁊ sorores q̃ fratres. ⁊ ita ordo qui in littera ponit non est vniuersalis. ¶ Pꝫ fratres petri sunt propinquiores patri eius q̃ filij sui. si ergo pater esset super omnes alios diligendus fratres essent magis diligẽdi q̃ filij: cuius contrariũ in littera dicitur. ¶ Sed cõtra. super omnia debemus diligere deũ. sed amor quẽ habem⁹ ad patrẽ magis similat̃ amori quẽ habemus ad deũ qui est pater noster: ergo patrẽ super omnes alios magis debem⁹ amare. ¶ Pꝫ ille cui nunq̃ sufficienter potest retribui maxime est amãdus. sed sicut dicit ph̃s in. viij. ethi. nunq̃ sufficienter possumus retribuere patribus a quibus esse nutrimentũ ⁊ disciplinã accepim⁹: ergo maxime inter proximos debem⁹ patrẽ amare. ¶ Pꝫ q̃nto maior est amor tanto firmior est. sed amor filij ad patrez est firmior q̃ econuerso: quia filij non possunt abnegare parẽtes sicut possunt patres filios abnegare: ⁊ eos propter aliquod crimen accusare ⁊ expellere a se vt dicitur. viij. ethi. ergo magis diligendi sunt patres q̃ filij. ¶ R⁹ dicendum q⁹ amicicia propinquorũ vt dictũ est fundatur super cõmunicatione naturali. omnis autẽ cõmunicatio naturalis fundatur super originẽ ſm quã est pater ⁊ filius. fratres enim dicũtur aliqui in hoc q⁹ ab eodem patre nascunt̃: ⁊ sic deinceps. vnde tota amicicia propinquor⁹ fundat̃ super amicicia patris ad filiũ. ⁊ ideo hec amicicia ẽ maior q̃ aliqua alia propinquorũ. in hac autez amicicia quodãmõ filij preponunt̃ parẽtib⁹ quodãmõ parẽtes filijs ſm duplicẽ modũ amoris. Amatur enim aliquid vt res distincta: sicut amo hominẽ. Et aliq̃d vt alteri⁹ existẽs: sicut amo manũ meã vel aliud membrũ vno amore quo amo meipm. loquendo ergo de amore alicui⁹ rei in se sic magis amant̃ parẽtes q̃ filij. loquẽdo aũt de amore quo aliq̃d amat̃ in altero sic filij magis diligunt̃ q̃ parẽtes. Cui⁹ rõ est q⁹ vnũquodcp tãto magis diligit q̃nto nobis magis ꝓpinquũ est. ꝓpinqui⁹ aũt est aliq̃d alicui qõ hz ordinẽ essentialẽ ad illũ q̃ qõ accidẽtaliter ad ipm ordinat̃. causa aũt essential̃ est effectui sicut gen⁹ speci. sz effect⁹ ad cãz accidẽtal̃r se hz: q⁹ sequit̃ esse ei⁹ sicut spẽs ad gen⁹ nisi effect⁹ sit aliq̃d cause: q⁹ sic effect⁹ compatit̃ ad cãm ꝑ modũ partis integral̃ q̃ est actu ⁊ essentialiter in toto. ſm aũt q⁹ est aliq̃d cause nõ ẽ distinctũ ab ea: sz est vnũ cũ ipsa. Considerãdo ergo patrẽ ⁊ filiũ vt sũt q̃dã pson̄e in se distincte: sic pr̃ magis amat̃ cũ sit cã q̃ filij⁹ q̃ est effect⁹. sz q⁹ filij⁹ est q̃dã res pr̃is: ⁊ nõ econuerso: iõ diligit̃ filij⁹ alia dilectõe inq̃ntũ res pr̃is ẽ vt membrũ diligẽtis ipsi⁹. Vñ ph̃s dicit q⁹ illud quod ẽ ex aliquo genitũ est ꝓpinqui⁹: sicut mẽbrũ puta pes vel digitus. ⁊ q⁹ hmodo q̃si vna dilectione diligit̃ cũ illa q̃ aliq̃d seipm diligit: ideo ſm hoc filij⁹ magis q̃ pater diligit̃. ⁊ ſm hanc viam assignat ph̃s tres rationes q̃re filij magis diligunt̃ pa-

rentibus. Prima est quia filij sunt sicut membrum patris: vnde aliqs diligit filiū sicut seipm. Secūdo qz patres sciunt magis aliquos esse suos filios q̄z ecōuerso. Tertio quia bonū patris in filios refulget sicut bonū cause in effectu. vñ naturaliter quilibet artifex diligit opera sua sicut filios. sed qz amor quo diligit aliqd in seipso magis habet de ratiōe benivolentie que est in principiū amicicie z radix: ideo amicicia magis habet ad patrē q̄z ad filiū: z charitas sim q̄uis aliquo amor sit magis ad filiū. Quidam autē dicunt q magis amant filij affectu naturali: sed patres affectu charitatis. sz hoc nō placet mihi: quia nihil naturaliū inordinatū est. eēt autē inclinatio inordinata si inclinaret in diligendū magis quod min⁹ diligendū est. vnde charitas ordinē nature non mutat sz pficit. ℂ P in quibusdā hō magis inclinat naturaliter ad amorē patris q̄z ad amorē filij: sicut hō facilius expellit a se filiū q̄z patrē quē non expellit nisi propter abūdantē malitiā vt phs dicit in. viij. ethi. Sim etiā quedā alia inclinant magis ad parētes q̄z ad filios inclinatione naturali in quibusdā: sicut narrat Basi. in exameron li. viij. de ciconijs que parētes suos etate cōfectos fouent plumis: alimēta ministrāt: z in volatu supportāt. vnde constat q etiā sm naturalem inclinationē z sm charitatem distinctione opus est. ℂ Ad pmū ergo dicēdū q pater causa est filij. cause aūt est influere in causatū: z non ecōuerso. vnde amor naturalis ad filiū attendit sm inclinationē naturalem affectus ad benefaciendū sibi. sz amor filij ad patrē attendit sm inclinationē naturalem ad subijciendū se ei. z hec inclinatio non est minor q̄z prima imo maior. Unde maiorē malitiam oportet aduenire ad hoc q hō auertatur ab ista inclinatione q̄a prima. q̄uis autez aliqñ in casu pater sit inferior filio inq̄ntū indiget auxilio eius: hoc tū nō cōuenit patri inq̄ntū pater est: qz inq̄ntū pater est semp est superior z causa. z ideo quia natura semp inclinat ad illud quod semp est z p se: non ad illud qō accidit in casu: ideo non est tanta inclinatio naturalis ad benefaciendū patri sicut ad benefaciendū filio. sed hanc inclinationē facit ratio que in hominib⁹ supplet illud ad qō natura non sufficiebat. Jn alijs autē aīalib⁹ in quib⁹ hoc frequēter cōtingit q patres propter senectutē indigent filiorū auxilio quia rationē non habent indidit natura inclinationē filijs vt patrib⁹ puideret: sicut ecōuerso vt dictū est de ciconijs. ℂ Ad secundū dicēdū q ratio illa procedit de amore filij sm q diligit vt bonū patris. sic enī beneficiatū naturaliter plus diligit q̄z beneficias inq̄ntū est factura benefaciētis: quia relucet in eo opus suū. ℂ Ad tertiū dicēdū q vxor in actū generationis assumit: vnde videt in eodē gradu ponēda eē q̄tū ad amorē benivolentie cū filijs. ℂ Ad q̄rtū dicēdū q matres naturaliter plus diligūt filios q̄z pres propter tres rōnes. Primo qz magis laborant in eorū generatione: vnde ponūt magis ibi de suo. Secūdo quia magis sciūt q sunt sui filij q̄z patres. Tertio qz statim natos secum tenēt z nutriunt: nō autē patres. sicut z cōsanguineos cū quib⁹ conuersati sum⁹ magis diligim⁹: quia amicicie naturali adiungit amicia socialis. z hoc totū redit ad hoc q plus de suo ponit mater in filio q̄z pater. sz plus de eo quod est filij ponit a patre q̄z a matre: quia pater dat formā z mater dat materiā. z iō naturaliter hō plus diligit patrē z cōsanguineos ex parte patris q̄z ex parte matris. ℂ Ad quintū dicendū q filia in his q̄ ad pfectionē ptinēt: qz ipsa magis in se diligit plus similat patri q̄z matri. sz in his q̄ ptinēt ad defect⁹ plus similat matri q̄z patri: z hoc non est dilectiōis rō. z ideo etiā hō plus diligit naturaliter frēs q̄z sorores inq̄ntū pfecti⁹ imitatur patrē q̄ sorores. ℂ Ad sextū dicendū q q̄uis frēs sint ppinquores pri: tū filij sūt ppinquores nobis. nos aūt debem⁹ nosipsos magis diligē q̄z pres: z iō magis filios q̄z fratres diligimus.

AD octauū sic proceditur. videtur q inconuenienter distinguunt isti grad⁹ charitatis: quia pfectio charitatis cōsistit in hoc q deus ex toto corde diligat. sz hoc nō est impossibile in via vt supra dictū est: ergo charitas in via nō pōt eē pfecta. ℂ P illud quod est semp in augeri nō pōt eē pfectū. sz charitas q̄z diu in hac vita sum⁹ semp pōt augeri vt in. j. li. di. xvij. dictū est. ergo nō pōt esse pfecta. ℂ P in quolibet motu pūt accipi infinita media inter primū z vltimū. sz charitas incipiēs est q̄si principiū motus. termin⁹ aūt pfectio charitat⁹ est. ergo pūt infiniti grad⁹ assignari. ℂ P qñ incipit etiā est pficiēs. ergo nō debet distingui pficiens ab incipiente. ℂ Sz cō. vita spūal similat vite nāli. sz in pfectu nālis vite assignant determinati gradus etatum. ergo z in charitate sm quā est spūalis vita aīe debēt determinati gradus assignari. ¶ Ulteri⁹ videt q oēs teneant ad charitatē pfectā: quia stare in via dei vt dicit Bern̄. retrocedere ē. sz oīs q procedit in via dei ad pfectionē tēdit: ergo oēs tenent ad pfectionē charitatis tēdere. ℂ P quilibet tenet magis diligere proximū q̄z corpus proprium. sz ponere vitā corporalem pro fratrib⁹ est pfecte charitatis. ergo quilibet tenet ad pfectā charitatē. ℂ P illi q negauerunt deū ppter timorē mortis a pctō nō excusant. sz nō peccassent nisi tenerent ad hoc: ergo quilibet tenet ad mortiēdū pro xpō qō est pfecte charitatis. ℂ P phs dicit in. viij. ethic. q in bonorib⁹ qui sunt ad parētes z ad deū nō possum⁹ reddere equivalens. sz iusticia attendit in h̄ q reddit alijs quod pōt. sz ad opus iusticie oēs tenent: ergo quilibet debet pro deo facere totū quod pōt. pōt aūt ad opa pfectiōis se extēdere: ergo tenet ad illa. ℂ Sed cōtra. quilibet peccat omittens id ad qō tenet. si ergo oēs tenent ad pfectā charitatē oēs imperfecti dānarent: quod falsum est. ¶ Ulteri⁹ videt q habentes charitatē pfectā teneant ad oīa que sunt pfectionis: qz sicut dicit Grego. cū crescūt dona rōnes etiā crescūt donorū Et Lu. xij. dicit: Cui plus cōmittit plus ab eo exigit. sz ei q habet pfectā charitatē plus cōmittit: ergo z plus tenet sm exigentiā doni accepti. z ita videt q teneat ad ea q̄ pfectionis sunt. ℂ P sicut se habet imperfectus ad cōmunia: ita se hz pfect⁹ ad ea q̄ pfectionis sunt. sed imperfectus tenet ad cōmunia: ergo z pfectus ad ea q̄ pfectionis sunt. ℂ P apl's tenebat ad euāgelizandū: quia dicit. j. Cozin. ix. Si nō euāgelizauero ve mihi est: necessitas enī mihi incūbit. quod est pfectionis nō nisi quia habeat pfectā charitatē: ergo illi qui habent perfectā charitatē tenent ad ea que perfectionis sunt. ℂ Sed otra. q̄nto alīqs plus habet de charitate plus habet de libertate: qz vbi spūs dñi ibi libertas. ij. Cozin. iij. sz pfectam charitatē habens potissime habet libertatē: ergo minus habet de obligatione: ergo obligatus est ad minora q̄z alij. ℂ P perfectionis est in lingua non offendere: z peccata venialia vitare. sz hoc nullus facit etiā apostoli: ergo perfecti non obligant ad ea que pfectionis sunt. ℂ &° dicendū ad primā questionē q sicut in augmēto corporali distinguūt diuerse etates sm diuersos effect⁹ notabiles in quos natura pficit quos prius exercere non poterat: ita etiam in augmēto spūali assignant gradus diuersi charitat⁹ sm aliquos notabiles effectus quos in habēte charitatē charitas relinqt. Prim⁹ ergo effectus charitatis est vt hō a peccato discedat. z ideo mens charitatē habentis in primis circa h̄ maxime occupat vt a peccatis preteritis emūdet: z a futur⁹ precaueat. z q̄ntū ad hunc effectū dicit charitas incipiens. Secūdus effect⁹ est vt iam fiduciā de liberatione peccator hīs in bonū adipiscendū se extēdat. z q̄ntū ad hunc effectū dicit charitas pficiēs nō quin in alijs statib⁹ pficiat: sz qz in hoc statu precipua cura est de adipiscendis bonis dū hō semp ad pfectionē anbelat. Terti⁹ effectus est vt hō iam ad ipsa bona q̄si connutritus quodāmō sibi naturalia habeat ipsa: z in ea quiescat z delectet. z hoc ad pfectā charitatem ptinet. Status aūt medius duo habet. Unū sm q compat ad primū statū: quia roborat otra mala de quib⁹ charitas incipiēs sollicita est. Aliud qō nutrit sm q tēdit in statum tertiū semp mag⁹ ac magis bona q̄si sibi incorporādo. Sim etiā pfecta charitas duos habet gradus. Unus est sm q in

bonis cõmunib⁹ quasi iam secura conquiescit. ⁊ fm hoc dicitur perfecta. Alius fm q̃ ad quelibet difficilia manũ mittit. ⁊ fm hꝫ dicit̃ pfectissima: vel pfecta q̃tũ ad statũ vie: pfectissima q̃tũ ad statũ patrie. ¶ Ad primũ ergo dicendũ q̃ ꝓceptũ illud quodãmõ seruat̃ in via q̃tũ ad pfectionẽ vie: quodãmõ in patria q̃tũ ad pfectionẽ patrie. ¶ Ad secũdũ dicendũ q̃ q̃uis charitas semp augeat̃ q̃tũ ad intensionez circa eosdem effectus: nõ tñ augeat̃ vt addant̃ ei aliq̃ notabiles effectus qui ꝓius nõ fuerũt. ¶ Ad tertiũ dicendum q̃ q̃uis possint accipi infinita media: nõ tñ hñt notabilem diuersitatẽ. ¶ Ad quartũ dicendũ q̃ q̃uis incipiens ꝓficiat magis tñ occupat̃ mens eius circa remotionẽ maloꝝ q̃ circa pfectũ in bona. ⁊ ideo nõ dicit̃ ꝓficiens q̃tũ ad statũ: q⁹ moralia denominant̃ a fine. ¶ Ad secundã q̃nẽ dicendũ q̃ quantitas charitatis dupliciter põt attendi. Uno modo fm intensionẽ charitatis. Alio modo fm obiecta: sicut est etiã de quãtitate cuiuslibet virtutis vl̃ moralis vel naturalis. ⁊ fm hoc etiã põt attendi duplex pfectio charitatis. vna fm intensionẽ. ſ. vt pfecte diligat. alia fm obiecta vel effectus vt pfecta faciat. Una queq; autẽ harũ pfectionũ põt dupliciter attẽdi in charitate. habet enĩ pfectionẽ q̃tũ ad eẽ suũ fm q̃ est pfecta in specie sua. ⁊ hec est pfectio sufficiẽtie. ⁊ ad hãc oẽs tenemur sicut ad charitatẽ: quia charitas habet quantitatẽ determinatã vtroq; modo cara quã nõ ꝓrigit̃. ⁊ in hꝫ stat pfectio essentialis ipsi⁹. habet etiã pfectionẽ q̃tũ ad bñ esse. ⁊ in hac pfectione distinguendũ est quia ad pfectionez que est ꝑ intensionẽ tenet̃ tendere q̃uis nõ teneat̃ eã habẽ. Sed ad pfectionẽ q̃ est fm obiecta non tenet̃ simpliciter q̃s neq; tendere neq; eam habere ſz tenet̃ eam non ꝺtẽnere nec ꝺtra eam se offirmare. ⁊ ratio est quia ꝓmiũ essentiale ad quod tendere tenemur mensurat̃ fm intensionẽ charitatis non fm magnitudinẽ factoꝝ: q⁹ deus magis pensat ex q̃nto q̃ quantũ fiat. ſz tñ tenet̃ in casu ad aliqua opera pfectiõis operib⁹ silia vt dicet̃. ¶ Ad ꝑmũ ergo dicendũ q̃ intelligit̃ de pfectu qui est fm intensionẽ in quẽ debet homo semper conari. ¶ Ad secũdũ dicendũ q̃ cũ scimus fratrẽ posse liberari ꝑ mortẽ corꝑis a morte anime sine ꝑiculo aĩe nostre: tũc tradere animã ꝓ fratrib⁹ nõ est pfectionis ſz necessitatis: alꝫ aũt est pfectionis. Et sil̃r dicendum ad tertiũ q̃ pfectionis est q̃ homo persecutoꝛib⁹ se offerat q̃ñ incũbit periculũ fidei. sed q̃ cõꝓhensus nõ neget hoc necessitatis est. ¶ Ad quartũ dicendum q̃ in illis que nõ sunt determinata ad vnũ nõ põt tota potẽtia obligari ad aliq̃d vnũ q⁹ ꝓret rõ cõtingẽtie fm quã aliq̃d deficere põt in minori parte. cũ ergo boies in statu isto nõ habeant liberũ arbitriũ determinatũ non exigit̃ q̃ totum posse expẽdat̃ in seruitiũ dei. hoc enĩ erit in patria q̃ñ iam defect⁹ incidere non poterit. ſz sufficit q̃ nihil de posse nostro ꝺtra deũ expẽdam⁹: ⁊ illa q̃ nobis determinata sunt faciam⁹: alꝫ periret ratio nostri stat⁹. vnde sicut dicit̃ non exigit a nobis quantũ ipse dedit nobis quia nõ possum⁹: ita non exigit a nobis quantũ possumus: quia hoc esset ꝺtra rationẽ nostri status. ¶ Ad tertiã questionẽ dicendũ q̃ habens charitatẽ perfectã potest intelligi dupliciter. Uno modo q̃tũ ad perfectionẽ charitatis q̃ est penes obiecta: sicut dicunt̃ pfecti illi quib⁹ cõpetit opera pfectiõis facere vel ex voto sicut religiosis: vel ex officio sicut prelatis. ⁊ sic ex debito nõ tenent̃ tales pfecti ad q̃ alij nõ teneant̃ nisi ad illa q̃ vouerunt: vel q̃ officio suo sunt annexa. vnde nec prelati nec religiosi tenent̃ ad oĩa cõsilia. Alio mõ q̃tũ ad perfectionẽ charitatis q̃ est fm intẽsionẽ: sicut aliq̃s secularis laic⁹ feruẽs in charitate. ⁊ talis nõ obligat̃ ad opera pfectionis nisi sicut alij: sed obligat̃ ad intensius deũ diligendũ ꝓ bonis acceptis. ⁊ ad hoc ex habitu charitatis pfectio inclinat̃. ¶ Ad primũ igit̃ dicendũ q̃ tenet̃ ad plus ⁊ perfectius agendum: sed non ad opera alia facienda ex commisso q̃uis alius forte plus teneatur ex dimisso. sed cõmissum multo maius est q̃ dimissum: quia bonum est magis bonum q̃ malum sit malum: tamẽ ille qui est debitor ex dimisso tenetur ad aliqua ad que ista non tenetur sicut ad satisfaciendum. ¶ Ad secundum dicendum q̃ illa ratio falsum supponit nisi intelligat̃ de perfectis qui vouerunt aliqua perfectionis opera ad que tenentur ꝓe alijs. ¶ Ad tertium dicendum q̃ paulo competebat hoc ꝓpter officium ꝓlationis. Sciendum tamen q̃ ratio facta ad oppositum minus concludit: quia perfecti non minus tenentur sed minus ex debito mouentur: quia amor magis eos q̃ debitus monet etiam in his que debẽt. ⁊ q̃tũ ad hoc dicitur maior in eis esse libertas. ¶ Multorum charitas inordinata est. Charitatẽ hic large ꝓ dilectione vel amicicia ponit. Qui si boni sint malis filijs ꝓponẽdi sunt nõ in illis q̃ ad naturalẽ cõicationẽ ꝑtinent: sicut est hereditatis dimissio educatio ⁊ huiusmodi: nisi forte supabundans malitia filioꝝ eos indignos paterno beneficio faciat. ¶ Perfecta charitas ẽ vt q̃s sit paratꝰ ꝓ fratrib⁹ mori. Cõtra Impfectꝰ nõ est paratus ꝓ deo mori: ergo pfectus magis diligit ꝓmiũ q̃s impfectus deũ. Et dicendũ q̃ hoc ꝺtingit ex hoc q⁹ pfectꝰ minꝰ amat vitã corꝑalem q̃ impfectus. ⁊ iterũ pfectꝰ hoc facit ex supabũdãtia diuine charitatis. nõ enĩ põt eẽ vt aliq̃ charitas tantũ diligat ꝓximũ quantũ aliq̃ deũ. sed he due dilectiones nõ sunt nisi vnius generis. ſz vna est vt finis ⁊ causa diligendi. alia vt eiꝰ quod est ad finẽ: ⁊ vt eiꝰ quod rationẽ diligẽdi ex alio sortit̃: vnde non sunt compabiles. ¶ Cũ ad perfectionẽ peruenerit. Instantiã videt̃ habere in beato petro cui dñs dixit Extẽdes manũ tuam ⁊ alius ducet te quo tu non vis. Et in beato Martino qui viuere non recusauit. ¶ Ad primũ igit̃ dicẽdũ q̃ illud intelligit̃ de volũtate nãli hoc autẽ de volũtate rõnis. ¶ Ad secundũ dicendũ q̃ pfecta charitas inq̃ntũ habet aliud de amore concupiscẽtie sic vult potissime frui deo. ſz fm q̃ consistit principali⁹ in beniuolentia sic facit appetere id quod est deo placitũ. ⁊ fm hoc loquebatur beatus Martin⁹. De augmento aũt charitatis dictũ est in primo libro.

¶ DISTINCTIO .XXX.

¶ Si melius est diligere amicos q̃ inimicos: ⁊ econuerso.

Hic solet queri quid potius sit plurisq; meriti diligere amicos an diligere inimicos. Sed hec cõparatio implicita est. Si enĩ cõferatur dilectio amicoꝝ tñ dilectioni amicoꝝ ⁊ inimicoꝝ ꝑspicua est absolutio. ſz si in aliquo vno boie q̃ diligit simul amicũ ⁊ inimicũ: quid horũ potius sit querat̃: obscura est respõsio: q⁹ de motu mẽtis id agit̃ de quo nõ est nobis facile iudiciũ An vn⁹ ⁊ idẽ mot⁹ sit erga amicũ ⁊ inimicũ: ſz erga amicũ intẽsior. An duo. vn⁹ erga inimicũ q̃ dz difficilior. alter erga amicũ: q̃ videt̃ feruẽtior. Nec incõgrue putat̃ melior q̃ est feruẽtior. vel si vn⁹ idẽq; est inde potior vbi est ardẽtior: nõ ipsobe extimat̃. Aug. tñ sentire videt̃ mai⁹ esse diligere inimicũ q̃ amicũ: q̃ ꝓfectoꝝ esse dicit diligere inimicos ⁊ bñfacere eis. neq; hoc a tãta multitudine i plurali q̃nta exaudit̃ in oꝛone dñica cũ dicit̃ Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoꝛib⁹ nr̃is. Illam enĩ sponsionem dicit a multis impleri qui nondũ diligũt inimicos. Ait enĩ sic Magnũ est erga eum qui tibi nihil mali fecerit esse beniuolum

vel beneficū. Illud multo grandius ⁊ magnificē/tissime bonitatis est: ut tuū quoqz inimicū diligas ⁊ ei qui tibi vult malum:⁊ si potest facit:tu semper velis bonū faciasqz qđ possis audiēs dicēte iesuz. diligite inimicos vestros:⁊ bñfacite his qui oderunt vos:⁊ orate p persequētib⁹ ⁊ calūniātib⁹ vos Sed quoniā perfectorū filiorum dei est istud: quo quidē se debet ois fidelis extendere ⁊ humanū animū ad hunc effectū orando deū secūqz agendo luctandoqz perducere: tñ quia hoc tam magnū bonū tante multitudinis nō est quantā credimus exaudiri:cuz in oratione dicit. dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris.p/culdubio verba sponsionis hui⁹ implent:si homo qui nōdū ita profecit:ut etiā diligat inimicū: tamē quādo rogat ab homine qui peccauit in eum ut ei dimittat:dimittit ex corde: qui etiā sibi rogāti vult dimitti cū orat ⁊ dicit:sicut nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Quicūqz vero rogat hoiem in quem peccauit:si peccato suo mouet ut roget: non est ad huc deputādus inimicus:ut eū diligere sit difficile sicut erat quādo inimicicias exercebat. Qui sqs vero rogāti ⁊ penitēti nō dimittit:nō estimet a domino sua peccata dimitti: qz mentiri veritas non potest. Que cū docuisset oratione hanc in ea sentētiā posita cōmendauit dicēs: Si dimiseritis hominibus peccata eorū:dimittent ⁊ vobis peccata vestra. Si vero nō dimiseritis:nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Ecce hinc haberi videtur qđ ⁊ pretaxauim⁹ scilicet maioris virtutis esse diligere inimicū ⁊ benefacere ei cui illū qui nihil mali nobis fecit:uel amicū. Quod si quis cōcedere simpliciter noluerit dicens:intētius diligit amicus qm inimicus.⁊ ideo illud poti⁹ isto determinet ista fm pmissam intelligentiā: dicēs ibi cōparationez esse factā inter dilectionē qua tñ diligit amicus ⁊ illā qua amic⁹ ⁊ inimic⁹ diligit. Illud vero qđ sequit magis nos mouet qđ.s.dicit nō esse tāte multitudinis diligere inimicos quāto exaudit cum dicit. dimitte nobis ⁊c. Vbi dat intelligi q alicui a deo dimittūt pctā nō diligēti inimicuz: si tñ fratri rogāti qui in se peccauit dimittat. Sed cū pctā nō dimittant alicui adulto: nisi charitatē habeat: sequit ut charitatē habeat qui non diligit inimicū. Quō ergo noie ꝓximi ois homo intelligit in illo mādato diliges ꝓximū tuū sicut teipsuz. Si enī ois hō ꝓximus est:tūc inimic⁹. Precipimur ergo inimicos diligere. Et qz illud ꝑceptuz generale est: oib⁹ ꝑcipit oēs homes diligere etiā inimicos. Quidā qđ hic dicitur simpliciter tenere volētes illud ꝑceptū determinat dicētes illic perfectis dari in ꝑceptū diligere omnē hoiez etiā inimicos. Minorib⁹ vero in cōsiliū. In ꝑceptū vero eos diligere q nihil mali fecerūt eis:⁊ inimicos nō odire Sed meli⁹ est ut intelligatur oib⁹ illo mādato ꝑcipi cūctos diligere etiam inimicos. Cui sensui attestāt auctoritates superi⁹ posite ⁊ alie multe. Illud vero Augu. nouissime positū de perfecta charitate dictum intelligit:que tñ perfectorū est.qui nō soluz amicos: sz inimicos perfecte diligūt:eisqz benefaciunt. Que perfectio dilectionis nō est tante multitudinis quāta exaudit̄ in oratione dñica. Et hoc reuera grande est ⁊ eximie bonitatis. ſ. perfecte diligere inimicū Ita ⁊ cum dicit in plurali verba illius sponsionis ab homine:qui non ita perfecit ut diligat inimicum: de dilectione perfecta accipiendum est.

¶ Postqz determinauit magister de ordine charitatis respectu diuersorū diligendorū quātū ad quātitatē dilectionis: Nic determinat ordinē quātū ad efficaciā merēdi. Diuidit aūt hec pars in duas. In ꝑma ꝓsequit̄ suā intētionē in secūda mouet quādā dubitationē ex dictis ibi: Illud vo qđ sequit̄. ꝑma in duas. in ꝑma ponit questionē. in secūda determinat eā ibi: Sed hec cōparatio. ⁊ circa hoc tria facit. ꝑmo determinat qstionē. scōo obijcit in cōtrariū ibi Aug⁹ tñ sentire videt ⁊c. tertio soluit ibi: Qđ si qs simplr. Illud vo qđ seqt̄ ⁊c. hic tria facit. ꝑmo ponit dubitationē scōo ponit quādā falsam solutionē ibi. Quidā qđ hic dr ⁊c. tertio ponit opinionem ꝓpriam ibi: sz melius est vt intelligatur.

¶ Questio prima.

Hic qrit̄ qnqz. ꝑmo vtz oēs diligere teneāt̄ inimicos. scōo vtz teneant̄ eis signa dilectiōis exhibere. tertio qd maioris meriti sit diligere inimicū vl diligere amicū. qrto qd sit maioris meriti diligere deū vel ꝓximum. quinto vtrum tota virtus merendi penes charitatez consistat.

Ad ꝑmū sic ꝓcedit. videt q nō oēs teneāt̄ ad diligēdū inimicos. Luc. viij. diligite inimicos vestros. dic glo. h⁹ pfecto ē:sz ad ea q̄ sūt pfectiōis nō oēs tenētur vt supra dictū ē:g ⁊ tenent̄ oēs inimicos diligere. ¶ ℙ nō tenēt̄ ad plura hoies i noua lege q̄s in veteri vt pz math. xiij. sup illud accipiēs panes ⁊c. dic glo. nō alia q̄s q̄ scripta erāt ꝑdicat: sz legē ⁊ ꝓphetas gratia eē demōstrat: sz in veteri lege nō tenebāt̄ hoies ad diligēdū inimicos. Math. v. Dictū ē antiqs diliges amicuz tuū ⁊ odio habebis inimicū tuū:ergo nō tenemur ad dilectionē inimicoꝝ. ¶ ℙ nā non inclinat in aliqd cōtrariū charitati: sz ois natura inclinat in dēstationē cōtrariꝰ: cū ergo inimic⁹ inq̄tū huiusmōi sit cōtrari⁹ nobis videt̄ q nō teneamur ex charitate inimicos diligere ¶ ℙ illos qb⁹ malū optam⁹. ⁊ de quoꝝ malis gaudemus nō diligim⁹: sz licet optare mala inimicis ⁊ de eoꝝ malis gaudere. vnde in scriptura sacra frequēter ponunt̄ imprecationes cōtra inimicos ⁊ in cōsolationē fideliū inducitur hostiū destructio:ergo nō tenemur iimicos diligere. ¶ ℙ charitas facit voluntatē hois volūtati diuine cōformari: sz deus odit aliquos sicut dicit̄ Malach. j. Esau odio habui. ergo licet inimicos odio habere. ¶ ℙ hoc videtur exp̄esse in psal. perfecto odio oderaz illos. sz ois perfectio ex charitate ē: ergo charitas facit iimicos odire nō solū q nō faciat eos diligere ¶ Sed cōtra Leuit. ix. nō queras vltionē nec memor eris iniurie ciuiū tuorū. ¶ ℙ ꝓuerb. xix. si ceciderit inimicus tuus ne gaudeas. ¶ ℙ charitas attēdit in homine imaginē dei fm quā possibiles sunt ad cōicandū nobiscū in vita gratie vt supra dictū est: sed hoc inuenit̄ in inimicis:ergo tenemur diligere inimicos ex charitate. ¶ ℟° dicendū q fm hoc tenemur aliquē diligere fm q nobiscuz aliquam cōmunicationē habet. inimicus autez noster habet quandam nobiscū cōmunicationē in natura scōm quā est possibilis ad cōmunicanduz nobiscum in diuina vita. ⁊ ideo in his que pertinent ad naturā suam ⁊ ad gratiam habendam debemus eum diligere: sed inimiciciam suaz quā aduersus nos habet nō debemus diligere: quia scōm eam nobiscum nō cōmunicat:nec etiam sibiipsi: sed magis contrariatur:sicut etiam de alijs peccatis dictum est. ¶ Ad ꝓmum igitur dicendum q diligere inimicos quantum ad ostensionem signoꝝ beniuolentie hoc perfectionis est et ad hoc non oēs tenentur: sed q homo inimico suo optet

gratiam dei ⁊ vitam eternam quod specialiter charitas respicit hoc necessitatis est. ¶ Ad secundum dicendum q̄ in veteri le.etiā homines tenebant̄ ad dilectionē inimicorum sicut patet per auctoritatē leuiter inductam. Unde q̄ dicitur odio habebis inimicū tuū non est ex lege sumptū: quia nusq̄ hoc in littera inuenit̄: ꝫ est additū ex ꝓtaua interpretatione iudeorū qui ex quo p̄cipiebat̄ dilectio ꝓximi concludebāt q̄ inimici essent odiēdi. additū aūt est consilium in noua lege de ostensione signorū benuolētie ad inimicū ¶ Ad tertiū dicendū q̄ natura inclinat ad odiendū inimicū nō inquantū est similis scōm conuenientiaz ī nattura aut imperceptibilitate gratie: sed inquantuz est dissimilis. hoc aūt contingit inquantū est inimicicias exercēs q̄ sumopere nobis displicere debet. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ charitas attendit ad quedam bona per se scilicet ad bona gratie. Ad quedā autē per accidens inquantū ad ista ordinantur. Bona autē tēporalia que per accidēs charitas attendit ⁊ ex cōsequenti possunt se inuicē in diuersis impedire: quia ꝓspe ritas vnius inducit aduersitatē alterius. Unde quia charitas ordinē habet ⁊ plus debet diligere quisq̄ se q̄ alīū ⁊ ꝓpinquos q̄ extraneos ⁊ amicos quā inimicos ⁊ bonū commune multorū q̄z bonū ꝓriuatū vnius potest aliquis salua charitate optare malū tēporale alicui ⁊ gaudere si contingit non inquantū est malū illius: ꝫ inquantū est impedimētū malorū alterius quē plus tenet̄ diligere vel cōmunitatis aut ecclesie Similiter de malo etiā eius qui in malū tēporale incidit ꝑm q̄ per malū pene impedit̄ frequēter malum culpe eius. Sed bona gratie mutuo se nō impediunt: quia spiritualia bona a plurib⁹ integre possideri possunt. ⁊ ideo quātū ad hoc nullus salua charitate pōt malū alteri optare vel de malo gaudere nisi inquātū in malo culpe vel damnationis alicuius relucet bonū diuine iusticie quod pl⁹ tenet̄ diligere q̄z aliquē hoīez: sed hoc nō est p̄r se de malo gaudere: sed de bono q̄ adiunctū est malo. ¶ Ad quintū dicēdū q̄ deus etiā nō vult malū alicui⁹ loquendo de malo culpe: ꝫ permittit ⁊ hec permissio bona est. malū aūt pene cui⁹ ipse est actor vult nō inquātū malū: quia nō delectat̄ in penis: sed inquātū iustū. ¶ Ad sextum dicendū q̄ nō oderat eos perfecto odio nisi inquātū deo inimici erant. hoc autē est inquantū peccabāt. vnde nō odiebat in eis quos perfecto odio oderat nisi peccatum.

Ad secundū sic procedit̄. videt̄ q̄ omnes teneantur ad ostendendū signa amicicie inimicis. signa enim amicicie sunt p̄cipue beneficia ad amicos: ꝫ homo tenet̄ bñfacere inimicis ꝓuerb. xxv. Si esurierit inimicus tu⁹ ciba illū: ergo tenet̄ ostendere signa amicicie ad inimicos. ¶ P̄ ecclesia orat ꝓ inimicis vt p̄z per glo. Matth. vj. ⁊ in collecta pietate tua vbi dicit amicis ⁊ inimicis nr̄is verā charitatē largire: ꝫ oratio est p̄cipuū bñficiū q̄ō alicui impēdi pōt: cū ergo act⁹ ecclesie cuilibet mēbro ecclesie conueniat videt̄ q̄ q̄libet q̄ est mēbruz ecclesie teneat̄ inimicis beneficus esse. ¶ P̄ null⁹ debet habere simulatā dilectionē ꝫ dilectio que nō ostēdit se in ope nō est vera dilectio: q̄z ꝓbatio dilectiōis est exhibitio operis vt Grego. dicit ⁊ ꝑma Joh. iiij. dicit̄. Nō diligam⁹ lingua ⁊ vbo: ꝫ opere ⁊ veritate: ergo cū q̄libet debeat inimicū diligere q̄libz tenet̄ opera dilectiōis ad illū exhēdere. ¶ P̄ simul Matth. vj. p̄cipit̄ Diligere inimicos ⁊ bñfacere eis: ergo eadem rōne hoīes obligant̄ ad vtrūq̄: ꝫ ad ꝑmū oēs tenēt̄: ergo ⁊ ad secūdū ¶ P̄ abnegare hoī signa familiaritatis ⁊ sua bñficia quedā vindicta est: ꝫ homo tenet̄ nō se vindicare sicut p̄z Ro. xij. Nō vosmetipsos vindicātes: ergo tenet̄ nō subtrahere sua bñficia inimicis. ¶ Sed cōtra Matth. v. dicit glo. q̄ bñfacere inimicos ⁊ orare ꝓ eis est cumul⁹ perfectiōis: ꝫ ad illa q̄ sunt perfectiōis nō oēs tenent̄: ergo neq̄ ad p̄standū inimicis bñficia. ¶ P̄ in veteri lege frequēter filijs israel p̄ceptū fuit vt persequerent̄ hostes suos ⁊ nō inirent cū eis fedus: ergo nō tenebant̄ benefacere eis: ergo nec modo. ¶ P̄ videmus q̄ etiā modo ecclesia indicit bella contra Tyrānos ⁊ infideles: ergo licet inimicis mala facere multo igitur minus nō oportet eis bñfacere. ¶ R⁹ dicendū q̄ effect⁹ charitatis debet affectui respondere. vnde ꝑm q̄ tenet̄ quis affectū charitatis ad inimicū habere: ita ⁊ effectū ad eū exhēdere. charitas aūt vt dictū est respicit bona gratie que sunt cōmunia oīb⁹ viuentib⁹ vel actu vel potētia. ⁊ ideo est cōmunior vel latior q̄z aliqua alia amicicia que ad pauciores se extēdit inquātū fundat̄ sup̄ cōicatione aliqua que non ad oēs est. In oīb⁹ aūt illud q̄ō est cōe vehemētius est: ꝫ illud q̄ō est ꝓpriū plura cōplectit̄ actu: ⁊ perfectio cōis est in hoc q̄ se extēdit ad illa que cōplectit̄ ꝓpriū vt gen⁹ perficit̄ per additionē differētie: sicut esse vehemētius inheret q̄z viuere: ⁊ tñ viuere aliq̄d cōplectit̄ actu q̄ō esse non habet nisi in potētia. vnde perfectio esse est ꝑm q̄ se extēdit ad vitā: sic ergo charitas vehemētius optat alicui bona gratie: circa que est p̄ncipaliter q̄z aliqua alia amicicia bona correspōdētia illi amicicie tñ nō est de necessitate charitatis: ꝫ de pfectione q̄ ad illa bona se extendit. Et ideo quilibet ex necessitate tenet̄ odiēti se optare bona eterna. nō aūt bona tēporalia: ꝫ hoc est de perfectiōe charitatis vt etiā ad ista se extēdat: sed q̄z remotio mali p̄cedit ordine generationis adeptionē boni. ideo affect⁹ nulli optat aliq̄ō bonū cui aliq̄ō malum inquātū est malū optat. Unde q̄zuis sit de perfectiōe charitatis vt bona tēporalia optem⁹ inimicis tñ est de necessitate salutis vt mala ei⁹ optem⁹ inquātū mala: ꝫ per accidens vt p̄z⁹ dictuz est. Et sil̄iter est de effectu: q̄z cooperari in bis q̄ sunt ad vitā eternā ꝓ loco tēpore ⁊ modo suo tenet̄ homo etiā inimico saltē vt ordādo in cōi vt eū a suis orationib⁹ nō excludat q̄zuis forte specialē mētionē de eo nō faciat: sicut nec oportet q̄ de oīb⁹ ad quos charitatē habet specialē orationē faciat: ꝫ cōmunē. In alijs aūt bonis nō tenetur ei cooperari nisi necessitas incūbat: sed est de perfectione charitatis: sed tunc nō facere ei malū nisi inquātū est impedimētū maioris mali vel ꝓmotiuū maioris boni vt iusticie vt alicuius huiusmodi. ¶ Ad ꝑmū ergo dicendū q̄ beneficia amicabilia ꝓcedūt ex liberalitate nō ex debito. Necessitas autē facit omnia cōmunia. ⁊ ideo in necessitate subueniendū est etiā inimicis: sed hic est magis effect⁹ iusticie q̄z amicicie. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ oratio est de his bonis que pertinēt ad cōicationē spūalis vite que charitas ꝑincipaliter attendit. Et ideo non est simile de hoc et de alijs. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ nō est simulata dilectio q̄ tantū exhibetur in opere quantū habet̄ in affectu. ¶ Ad quartum dicenduz q̄ illa duo equali passu currūt vt dictū est. ¶ Ad quintū dicenduz q̄ negare homini signa familiaritatis q̄n necessitas expeteret esset vindicta: vel etiā q̄n veniā peteret vel q̄n se ille qui hostis habet̄ ad familiaritatē ingereret si habeat̄ p̄sumptio q̄ nō simulate vel irrisorie faciat: q̄z tunc diligit ⁊ inter amicos deputādus est: sed q̄ aliquis vltro se ad familiaritatē inimicū ingerat hoc perfectiōis est. ¶ Ad sextū dicendū q̄ glosa loquit̄ de illo beneficio q̄ sequitur charitatē perfectā ꝑm q̄ procedit in illa que sunt aliarū specialium amiciciarū. ¶ Ad septimū dicendū q̄ preceptum fuit antiquis vt persequerēt̄ hostes ⁊ cū eis fedus non inirent inquantū per eorum amiciciam in idolatriam pertrahebantur ⁊ inquantum erāt executores diuine iusticie ex precepto eius qui auctoritatem habebat. non autem ita q̄ ex vindicta facerent. ¶ Et similiter dicendum ad octauum q̄ ecclesia hoc modo mouet bella aduersus iniquos vel vt iusticiam faciat vel vt maius malum euitet aut magis bonum inducat.

Ad tertium sic procedit̄. videt̄ q̄ maioris meriti sit diligere inimicum q̄z amicum. Matthei. v. dominus dicit ⁊ dilexeritis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis: sed meritum dicitur respectu mercedis: ergo maioris meriti est diligere inimicum q̄z amicū. ¶ P̄ illud q̄ō est perfectionis est maioris meriti: q̄z cha-

ritas perfecta plus meretur q̄z imperfecta: sed diligere inimicū est charitatis perfecte. diligere autē amicū non: ergo diligere inimicū est maioris meriti. ℂ P̄ vbi maior est difficultas ibi maius meritū: quia magis ptinet ad virtutē q̄ est circa difficile: sed diligere inimicū est difficilius q̄z diligere amicū: ergo est maioris meriti. ℂ P̄ fm Grego. sententia tāto sunt magis accepta quāto minus debita: sed min⁹ est debitū diligere inimicū q̄z diligere amicuz: ergo magis deo acceptū z magis meritoriū ℂ P̄ virtus merendi est ex gratia: sed dilectionē inimicorū mouet tantū gratia ad dilectionē amicorū mouet simul natura cū gratia: ergo magis est meritoriū diligere inimicū q̄z diligere amicum. ℂ Sed contra quāto aliquis actus est magis bonus tanto est magis meritorius: sed meli⁹ est diligere amicū q̄z inimicuz: qz est actus magis cadens supra debitā materiam: ergo meli⁹ est diligere amicū q̄z inimicū. ℂ P̄ minus bonū dimittendū est pro magis bono si necessitas incūbit: sed dilectio inimicorū dimittenda esset magis q̄z dilectio amicoruz quod patet ex effectu qui affectui proportionat: quia quādo nō possumus amicis z inimicis in extrema necessitate existentib⁹ subuenire tenemur magis subuenire amicis q̄z inimicis: ergo diligere amicū est magis bonuz q̄z diligere inimicum ℂ P̄ illud qō est cōmune z principiū melius est q̄z illud quod superaddit: sicut esse melius est q̄z viuere si sine esse consideret vt dicit Dionysius ca. v. de di. no. sed diligere amicū est cōmune z primum fundamentū charitatis cui superaddit dilectio inimicorū: ergo diligere amicū est melius z magis meritoriū q̄z diligere inimicū. ℂ R° dicendū q̄ predicta cōperatio dilectionū potest intelligi dupliciter scilicet quantū ad actus z quantū ad habitus. Si quantuz ad actus sciendū est q̄ quādo queritur de duob⁹ actibus q̄s sit melior z magis meritorius oportet q̄ questio intelligatur de illis per se loquēdo fm genus suum. cōtingit enim q̄ illud qō fm genus est minus bonū vel meritoriū aliquo aduenīente efficiat magis bonū vel meritoriū sicut parū opus ex magna charitate factū magis est meritoriū q̄z magnū ex parua. bonitas autē actus ad duo mensurat ex quibus bonitatē recipit scilicet ex termino vel obiecto z ex principio quod est volūtas. ex termino autē habet speciē bonitatis: sed ex voluntate habet rationē merēdi: quia fm hoc est in potestate facientis q̄ ex voluntate procedit. Si ergo comparem⁹ dilectionē amici z inimici quātū ad terminos siue obiecta: cum obiectum magis competēs dilectioni sit amicus q̄z inimicus sic melius est diligere amicū q̄z inimicum. Si vō comparem⁹ duas dilectiones predictas ad principium qō est voluntas: sic vbi est maior conatus voluntatis ibi oportet esse maius meritū: quia quāto est maior conatus voluntatis tāto est feruentior volūtas de fine ꝓpter quē attentat illud qō fm se sibi est magis repugnās q̄tuis sit magis remissa quādoq̄ circa id ad qō magis conat. meritum autē consistit ex hoc q̄ voluntas ad finem afficit. Et ideo si cōparemus actus taliū dilectionuz. dilectio inimici est magis meritoria inquātū huiusmodi: quia fm q̄ hui⁹ mōi exigit maiorē conatū z maiorē feruorē circa finē q̄tuis dilectio amici sit magis intensa circa obiectuz: sed dilectio amici est melior quātū ad bonitatē essentialem que consequit speciē actus: quia actus specificat ex obiecto. Si aūt comparent predicte dilectiones quātū ad habitus sic oportet q̄ vel intelligat de dilectione inimicorū que est necessitas: z sic nulla est cōparatio: quia idē habit⁹ est equalis respectu vtriusq̄ vel de dilectione inimicorū que est pfectionis: z sic dilectio inimicorū includit dilectionē amicorū: et nō ecōuerso: z sic dilectio inimicoruz melior est. ℂ Ad primū ergo dicēdū q̄ dilectio qua tantuz amici diligunt non ꝓcedit ex gratia z ideo nō pōt esse meritoria nec mercedez habere: sed tamē si actus dilectionis qua amicos diligim⁹ sit gratia informat⁹ meritori⁹ est z mercedem habet. ℂ Ad secūdū dicēdū q̄ diligere inimicū nō oīb⁹ modis perfectionis est: sz in quātū perfectiōis est efficit magis meritoriū fm q̄ exigit maiorē conatū. ℂ Ad tertiū dicēdū q̄ difficultas nō facit ad meritū nisi inquātū facit maiorē inclinationem z conatū voluntatis in aliquid. ℂ Ad quartū dicēdū q̄ debitum nō diminuit rōnē meriti nisi quaten⁹ diminuit rationē voluntarij fm q̄ quandā necessitatē importat: sz si volūtarie debitū reddat nihilomin⁹ ibi erit tūc meriti q̄tū est ibi de rōne voluntarij. ℂ Ad quintū dicēdū q̄ natura nō est cōtraria gratie. vnde amixtio nature ad gratiā nō facit remissionē in effectib⁹ gratie que causat ex permixtiōe cōtrarij. ℂ Ad sextū dicendū q̄ act⁹ habet bonitatē ex obiecto z ex fine. z bonitas que est ex obiecto est materialis respectu illi⁹ que est ex fine quā volūtas attēdit z penes istaz potius consistit meritū. ℂ Ad septimū dicenduz q̄ in illis que se habēt fm additionē vnius ad alterū est cōsequētia in cōtraria nō cōsequentia in ipso: sicut patet in boīe z animali: sicut enī se habz homo ad aīal: ita se habet nō animal ad nō homo. vnde qz conat⁹ qui est in dilectione inimicoꝝ se habet ex additione ad illū qui est in dilectione amicorū ideo sicut diligere inimicū est maioris meriti fm q̄ est maior conat⁹: ita dimittere dilectionē amicorū est magis malū. ℂ Ad octauum dicēdū q̄ ratio illa ꝓcedit de bonitate quā actus habet ex ꝓpria rōne sue speciei q̄ est ex obiecto.

Ad quartū sic procedit. videt q̄ diligere proximuz sit magis meritoriū q̄z diligere deū. naturalib⁹ enī nō meremur: sz diligere deuz est naturale: qz amor sūmi boni omnib⁹ naturaliter ineſt vt dicit Dio. iiij. ca. de di. no. ergo diligere deū est min⁹ meritoriū q̄z diligere ꝓximū qō nō est a deo naturale. ℂ P̄ illud qō est fructuosius videt esse magis meritoriū: sz ea q̄ pertinēt ad vitā actiuam sūt magis laboriosa z fructuosa q̄z ea que pertinēt ad cōtēplatiuā: ergo sunt magis meritoria: sz dilectio ꝓximi pertinet ad vitā actiuā. dilectio aūt dei ad cōtēplatiuaz: ergo est magis meritoriū proximū diligere q̄z diligere deū. ℂ P̄ sicut diligere inimicum ponit in vltimo gradu: ita diligere deū ponit in primo gradu charitatis: sz diligere inimicum est magis meritoriū q̄z diligere amicū: ergo eadē rōne diligere ꝓximū q̄z diligere deū. ℂ P̄ illud quod presupponit aliud z nō conuertit videt esse perfecti⁹: sed dilectio proximi psupponit dilectionē dei: qz de⁹ est ratio diligendi ꝓximum: ergo dilectio ꝓximi est magis meritoria q̄z dilectio dei. ℂ P̄ actus in quo exigitur maior conat⁹ oportet q̄ sit magis meritorius: sz maior conat⁹ exigit ad diligēdū inimicū q̄z ad diligendū deuz: ergo dilectio ꝓximi ad minus quātū ad dilectionē inimicorū est magis meritoria q̄z dilectio dei. ℂ Sed contra ꝓpter qō vnūqōq̄ tale z illud magis: sz dilectio ꝓximi nō est meritoria nisi inquātū ordinatur ad deū actu vel habitu: ergo dilectio dei est magis meritoria. ℂ P̄ quanto charitas est magis intēsa magis erit meritoria: sz intensius diligit charitas deū q̄z ꝓximū: ergo in hoc magis merebit. ℂ P̄ quelibet virtus efficaci⁹ operat circa obiectū suū quāto est sibi magis ꝓpriū z p se: sz obiectū p se charitatis est de⁹: ꝓxim⁹ aūt nō nisi cōsequēter sic magnitudo visus ꝯsequēter colorē p se q̄ cū mereri sit effect⁹ charitat⁹ videt q̄ sic visus meli⁹ cognoscit colorē q̄z magnitudinē: qz circa colorē nō decipit sic circa magnitudinē: ita charitas magis mereat in dilectiōe dei q̄z in dilectiōe ꝓximi. ℂ P̄ qō est difficili⁹ videt esse magis meritoriū: sz diligere deū videt difficili⁹ q̄z diligere ꝓximuz. dicit enī ꝓma Jo. iiij. qui ꝓximū quē videt nō diligit deū quē non videt quō pōt diligere: ergo dilectio dei est magis meritoria q̄z dilectio ꝓximi. ℂ R° dicēdū q̄ dilectio dei ē causa z rō dilectiōis ꝓximi. vñ dilectio dei includit virtute in dilectione ꝓximi sic cā in effectu z dilectio ꝓximi includit in dilectione dei sic effect⁹ in cā ptāte nihilomin⁹ tūc alius ē modus dilectionis qui terminat in proximū et qui sistit in deo sicut alius actus est quo considerantur principia z conclusiones quāuis p dicto modo mutuo se includāt cōparando: ergo

hos duos motus ex duabus partibus vt supra dictum est inuenimus dilectionē dei potiorem q̄ dilectionē proximi scilicet ꝛ quantū ad obiectū quod est competētius dilectioni ꝛ quantū ad voluntatē que intensius et promptius afficitur in deum q̄ in proximum. ꝛ ideo motus dilectionis in deū est melior ꝛ magis meritorius quā motus dilectionis in proximum nisi dilectio proximi procedat ex maiore dilectione dei q̄ sit dilectio que fertur in deū immediate in aliquo actu q̄ quidē aliquādo contingit: sz nō semper: qz minima dilectio charitatis in deū sufficit vt extendat affectum in primum. ¶ Ad primū igit̄ dicendū q̄ illa que sunt pure naturalia nō sunt meritoria: sed illa que procedūt ex natura perfecta charitate ꝛ gratia sunt meritoria: nec natura ratione meriti diminuit vt dictū est. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ supposito q̄ actꝰ actiue vite sit magis meritoriꝰ q̄ actus cōtemplatiue q̄ forte nō est verū vt infra dicet̄ nō oportet q̄ dilectio ꝓximi sit magis meritoria q̄ dilectio dei: quia dilectio dei est principiū eorum que ad vtrāq; vitam pertinēt vt dictū est. Uel aliter dicendū q̄ dilectio dei ꝛ ꝓximi q̄tū ad actū interiorem pertinet ad vitā cōtemplatiuā. vñ Greg. dicit super Ezech. O. cōtemplatiua vita insistit dilectioni dei ꝛ ꝓximi: sed quātū ad actus exteriores vtraq; ad vitaz actiuam pertinet quātuis huiusmodi actus in proximos expendat̄: quia deꝰ operū nostrorū nō eget. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ dilectio inimici nō erat magis meritoria nisi inquantū procedebat ex fortiori virtute que fortitudo attendebat̄ sm̄ qd̄ voluntas intēsius deo adherebat. vnde nō sequit̄ q̄ dilectio ꝓximi sit magis meritoria: nisi magis etiam deus diligeret̄. ¶ Ad quartum dicendū q̄ dilectio ꝓximi presupponit dilectionē dei nō sicut perfectꝰ minus perfectum sicut erat in aliis gradibꝰ: sed sicut effectus causam. ꝛ ideo ratio nō sequit̄. ¶ Ad quintū dicendū q̄ ille conatꝰ voluntatis nō est nisi ex hoc q̄ vehementiꝰ ad deū afficitur vt dictum est priꝰ: quia nullus amat̄ ad aliquid nisi sm̄ desiderium finis. Hoc autem qd̄ in contrariū obiicit̄ q̄ diligere deū est difficilius intelligendū est nō de dilectione naturali qua oia ipsum amant: sz de dilectione gratuita. ꝛ hec etiā dicit̄ difficilior nō quasi laboriosior cū sit dulcior: sed quia magis vires nature excedit: quia est in altius obiectum.

Ad quintū sic procedit̄. videt̄ q̄ meritū nō consistat in charitate p̄cipaliter. gratia enim dicit̄ esse p̄ncipium merēdi: sz charitas non est idē quo gratia ergo nō consistit meritū p̄ncipaliter penes charitatem. ¶ P̄ actus est meritoriꝰ per ordinē ad finē sicut ꝛ laudabilis: sed cuiuslibet virtutis est facere actū laudabilem: ergo ꝛ facere actū metitoriū: ꝛ ita videt̄ q̄ meritū nō consistat penes charitatem. ¶ P̄ nullꝰ meret̄ nisi iustificatus: sz fidei est iustificare vt patz Ro. v. ergo apud ipsam p̄cipue est virtꝰ meritoria. ¶ P̄ illud qd̄ facit ad diminutionē meriti nō videtur esse radix merēdi: sed charitas facit diminutionē meriti: qz facit omnia facilia nō solum inquātū est habitꝰ: sed etiā inquantū est amor vt ex p̄dictis patz: cum ergo difficultas faciat ad meritū videt̄ q̄ charitas nō sit radix merendi. ¶ P̄ si charitas esset radix merēdi vbicūq; esset equalis charitas esset equale meritū: sz aliquādo aliq̄s habēs paruā charitatem facit aliquē actū in quo magis meret̄ q̄ ille qui habet magnā charitatē in aliquo paruo actu quē facit: ergo charitas nō est radix merēdi. ¶ Sed cōtra illud videt̄ esse radix merendi sine quo nullū meritū valet: sz charitas est huiusmodi vt patet p̄ma Thozin. xiij. ergo charitas est radix merendi. ¶ P̄ illud videt̄ esse radix merēdi qd̄ opponit̄ omni demerito: sed charitas est huiusmodi: ergo ipsa est radix merēdi. ¶ P̄ ex hoc meremur q̄ deo cōiungimur: sed hoc facit charitas: ergo ipsa est radix merēdi. ¶ Rꝰ dicendū q̄ sicut supra dictū est meritū p̄prie dicit̄ qd̄ aliquis exhibet ad hoc q̄ faciat aliquid suū qd̄ est p̄miū meriti. vnde ad meritū requirit̄ duo p̄ncipaliter vnū est q̄ sit exhibitum ꝛ non extortū: ꝛ quia nihil potest exhiberi nisi q̄ in potestate exhibētis est. ideo requirit̄ q̄ sit voluntariū: quia volūtas facit nos esse dominos nostrorū actuum. Aliud requirit̄ vt hoc quod exhibet̄ sit sufficiens ad faciendū suum illud qd̄ exhibet̄. Et ex vtraq; parte p̄ncipalitas merēdi est ex charitate. ipsa enim est in voluntate sicut in subiecto ipsam perficiens quantū ad primū actum eius ꝛ principalem. ꝛ iteruz cum sit amor dei facit amatum ipsum qd̄ est primū esse suū inquantū vnit ei. ꝛ ideo principalitas meriti est in charitate. in aliis aūt sm̄ q̄ charitate informāt̄. ¶ Ad primū igit̄ dicendū q̄ gratia facit meritū sicut principiū remotum constituens nos inesse spirituali fine quo nō possumus mereri aliquod spirituale: sed charitas est sicut principium proximū. ¶ Ad secundū dicendū q̄ fides nō iustificat nisi per charitatē sic formata. ideo autē specialiter fidei attribuitur iustificatio: quia primū in quo distinguitur iustus ab iniusto est actus fidei sicut primū in quo distinguitur viuum a nō viuo est actus nutritiue potentie. ꝛ ideo dicit̄ viuere sm̄ illam potentiaz ꝛ sentire sm̄ tactum qui est primꝰ sensuum vt dicit̄. ij. de anima. ¶ Ad tertium dicendū q̄ actus aliarum virtutū nō sunt meritorij nisi inquantū sunt informati charitate sicut nec actꝰ virtutū sunt laudabiles nisi inquātū sunt voluntarij. ¶ Ad quartum dicendū q̄ difficultas nō facit ad meritū nisi forte dimissiones pene per modū cuiusdam cōmutationis: sed ad meritū quod ordinat̄ ad consecutionez boni ad quod proprie ordinē habet non facit nisi sm̄ q̄ exigitur maior conatus qui est sm̄ maiorem inclinationem voluntatis in illud: ꝛ quia habitus ꝛ amor ex hoc faciunt facilitatem: quia faciunt maiorē inclinationem voluntatis. ideo talis facilitas non diminuit rationez meriti. ¶ Ad quintū dicendū q̄ habitus virtutū quāuis inclinēt voluntatē tamen nō cogunt. ꝛ ideo potest esse q̄ habitum maiorē habens quādoq; minorem intentionez inducit in actu: sicut etiam quādoq; nullā: ꝛ tunc actus ex maiori charitate procedens minus intensus est magis meritorius respectu p̄mij accidentalis q̄ respicit ipsum actū: sed minꝰ respectu p̄mij essentialis qd̄ respicit capacitatē que est ex habitu charitatis. An vnus ꝛ idem motus hoc est impossibile nisi vnus propter alterū diligatur ꝛ actuali consideratione referatur in illud. Erga amicū feruentior. hoc est intelligendum respectu ipsius obiecti: sed respectu finis ille qui habet maiorē conatum inquantū huius est feruentior. Cū dicitur in oratiōe dimitte nobis ꝛc. videtur sm̄ hoc q̄ quicunq; seruat rancorem peccat dicendo hanc orationem. Et dicendum q̄ nō peccat: quia non dicit eam in persona sua: sed in persona ecclesie: vel si in persona sua non quantuz ad id qd̄ agit: sed quantum ad id aliud qd̄ optat peruenire.

DISTINCTIO .XXXI.

¶ Si charitas semel habita ammittatur.

Illud quoq; non est pretereundum q̄ quidā asserunt charitatem semel habitā ab aliquo nō posse excidere: nullūq; damnā dū hāc aliquādo habere. Qui hanc traditionē subditis muniunt testimonijs. Apostolꝰ ait Charitas nunq̄ excidet. Augꝰ. etiam inquit Charitas que deseri potest nunq̄ vera fuit. Itē Charitas est fons pprius ꝛ singularis bonorum: cui nō cōmunicat alienus. Alieni sunt omnes qui audituri sunt. nō noui vos. De hoc fonte scriptura ait: Fons aque viue sit tibi proprius: ꝛ nemo alienus cōmunicet tibi. Si autem alieni sunt qui audituri

sunt illam vocez: non ergo huic fonti cōmunicant damnādi. Item Augustin⁹ super epistolā Joānis Radicata ē charitas: secur⁹ esto: nihil mali ꝓcedere pōt. Itē Grego. in moralib⁹. valida est ut mors dilectio. virtuti enī mortis dilectio cōparat: qz nimirū mētē quā semel cepit a dilectiōe mūdi fūdit⁹ occidit Itē aug. sup epl̄am Joānis. Unctio inuisibilis charitas est: q̄ in quocūqz fuerit radix illi erit que ardēte sole arescere nō pōt. nutrit calore solis: nō arescit. Itē Beda sup Joānē. Querēdū ē quō spāle filij dei agnoscendi signū fuerit ꝙ sup eū descenderit: et māserit spūs. Quid maius est filio dei ꝙ in ipso manere spūs astruatur. Notandūqz qui semper in dño māserit spūs. in sanctis vero cū diu mortale corp⁹ gestāt partim semp maneat: partim rediturus se cedat. Manet enī apud eos ut bonis insistāt actibus. Recedit vero ad temp⁹ ne semper infirmos curādi mortuos suscitādi: demones eijciendi: uel etiā ꝓphetādi habeant facultatē. Manet ergo semp ut possint habere ⁊tutes: ⁊ mirabiliter ipsi viuant. Venit ad temp⁹ ut etiā alijs per miracloz signa quales sint intus effulgeāt Itē Greg. In sanctorū corāib⁹ ꝑm quasdā virtutes semper permanet spūs: ꝑm quasdā recessurus venit ⁊ venturus recedit In his virtutib⁹ sine quib⁹ ad vitam nō peruenit in electorū suorū corāib⁹ pmanet. In his vero per quas sanctitatis virt⁹ ostēdit. ut in exhibitione miraculorū: aliqñ adest aliquādo se subtrahit. Itē ambro. ficta charitas est que in aduersitate deserit. Hoc innuere videt ꝙ charitas semel habita nō amittat. Ideo q̄dā in p̄taxatā ꝑsilierūt audaciā dicētes: charitatē a dānandis nō haberi: nec a quoquā habitā posse amitti. quos rō vincit ⁊ auctoritas. Quidā enī ad tēp⁹ sunt boni: q̄ postea fiunt mali: ⁊ ecōuerso. Unde quorūdā noīa ꝓpse dicit scripta in libro vite: qui tñ postea abierūt retro. Sed scripta dicit nō ꝑm p̄scientiā: sz ꝑm p̄sentez iusticiā cui deseruiebāt: qz digni tūc illo bono erāt: qō habituri sunt p̄scripti ꝑm p̄scientiā. unde Ambro. Quibusdā gratia data ē in vsuz: ut salui iude ⁊ illis discipulis quib⁹ dñs dixit: Ecce noīa vestra scripta sūt in celis. ⁊ postea abierūt retro. Sed hoc dixit ꝓpter iusticiā cui deseruiebāt: qz boni erant: Frequēter enī ante sunt mali qui futuri sūt boni. ⁊ aliquotiēs prius sunt boni q̄ futuri sūt et pmāsuri mali. Scōm qō dicūt scribi in libro vite uel deleri.

¶ Determinatio auctoritatum predictarum.

Quod vero apostolus ait: charitas nūqz excidit: nullaten⁹ p illis facit. Dignitatē enī charitatis ostendēs dicit eā non excidere: qz hic ⁊ in futuro erit. Sed fides ⁊ spes euacuabūtur ⁊ sciētia. Itē ꝙ dicit charitas nūqz fuisse vera que deseri pōt: nō ad essentiā charitatis refert: sz ad efficiētiā: qz nō efficit charitas q̄ deserit hoiez vere beatū. nec ꝓducit ad verū bonū. Huic etiam fonti alieni id est dānādi nō cōicant. s. in fine: qz nō perseuerāt. Pōt tñ hoc ⁊c. que de charitate dicta sūt de ꝑfecta intelligūt quā soli perfecti habēt: que semel habita non amittit. Exordia vero charitatis aliqñ crescūt: aliqñ deficiūt. Sūt enī virtutis exordia et ꝑfect⁹ ⁊ perfectio: quos gradus ille discernit: qui parabolā illā intelligit. Sic est regnū dei quemadmodū si iacet homo in terra semen: ⁊ dormiat: ⁊ exurgat semē: ⁊ germinet: ⁊ crescat ⁊c. Et si ergo ꝑfecta charitas sic radicata ē ut amitti nequeat: incipiēs tamē ⁊ ꝓfecta amitti pōt: ⁊ sepe amittit. ⁊ dum habet nō finit habentē criminaliter peccare. Quod Aug⁹ ostēdit ita inquiēs. Quia radix oīuz malorz cupiditas ē: ⁊ radix oīuz bonorz est charitas simul ambe esse nō possunt. Nisi vna radicit⁹ euulsa fuerit: alia plantari nō pōt. Sine causa aliqs conat ramos incidere: si radicem non contendit euellere.

¶ Quare fides spes ⁊ scientia dicunt euacuari et non charitas: cum ⁊ ea ex parte sit.

Aduertendū etiam est quomō fides spes ⁊ scientia dicant euacuari: quia ex parte sūt ⁊ non charitas: cum ⁊ ipsa ex parte sit. Ex parte enim id est imperfecte diligim⁹ sicut ex parte scimus: ut ait Ysitius super leuiticū. Cum ergo omne quod ex parte est euacuetur: cur charitas excipitur: que dicit nunqz excidere. Charitas quidē ex parte est etiam: ut sepe sancti docent: qz ex parte diligimus nunc: ⁊ ideo ipsa euacuabit inquantum ex parte est: quia tolletur imperfectio: ⁊ addetur perfectio remanebitqz ipsa aucta: ⁊ actus eius ⁊ modus diligendi. ut diligas deum ꝓpter se ex toto corde: ⁊ ꝓximū tuum sicut teipsuz. Sed imperfectionis modus climinabit. fides vero ⁊ spes penitus euacuabunt. Scientia vero scōm actum ⁊ modū suum: qui nunc est: non scōm sui essentiā tolletur. Ipsa enim virtus scientie remanebit: sed alium tenebit vsum ⁊ modum.

¶ Si christus ordinem charitatis prescriptuz habuit.

Nunc autem superest inuestigare: si christus scōm ꝙ homo: ordinez diligendi prescriptum seruauerit Quod si est omnē hominem sicut seipsum dilexit. Omnib⁹ ergo vitam optauit. omnesqz saluos fieri voluit. Sed nō omnes salui sunt: ⁊ ita non est factum quod optauit. Sed nō est ignorandū in eo fuisse charitatē iuxta modum patrie non vie. eumqz ordinem diligendi implesse: qui seruat in patria: non in via. Qui enim in patria sunt id est iaz beatificati sunt adeo iusticie dei addicti sunt: ut nihil eis placeat nisi qō deo placet. Ac per hoc illorum tm̄ salutem volunt quos deus saluari voluit: eosqz solos sicut se diligunt. Ita ⁊ christus electos tm̄ sicut se dilexit: eorumqz salutem optauit.

¶ Postqz determinauit magister de charitate hic determinat de ei⁹ duratione. Dividit enī in partes duas. In prima parte determinat de duratiōe charitatis quātū ad suaz essentiā. in secunda de duratione eius quantū ad ordinem eius ostendens qualis in christo fuerit ⁊ in beatis futurus sit ibi: Nūc autem superest inuestigare ⁊ceteras. Prima in duas. in prima determinat de duratione charitatis. in secūda de duratione aliorū habituum ibi: Aduertendū est ⁊c.

circa primum tria facit. primo ponit opinionē falsam quo/rūdā qui dixerūt charitatē nō posse amitti ⁊ rōnes opinio/nis illi⁹. Secūdo obijcit in cōtrariū ibi: Quos ratio vincit tertio soluit rōnes in contrariū inductas ibi: q̄ vero aplus ait ⁊c. Hic est duplex questio pma de euacuatiōe charitat⁹ per peccatum. secunda de euacuatione eius per gloriam.

Questio prima.

Circa primū querūt quatuor. Primo vtrum chari/tas semel habita possit amitti. scōo vtrū aliqs pos/sit de libro vite deleri. tertio vtrū minima charitas possit cuilibet tentationi resistere. quarto de quātitate cha ritatis in resurgente.

Ad pmū sic procedit. videt q̄ habēs charitatē non possit eā amittere. oīs enim qui habet charitatē est natus ex deo: q⁹ charitas facit filios dei: ꝫ oīs qui nat⁹ est ex deo nō peccat vt dicit .j. Joh. iij. ergo omnis qui habet charitatē nō peccat: ita charitas semel habita nō pōt amitti. ℂ P̄ in quolibet habēte charitatē est meritum vite eterne: q⁹ charitas est p̄ncipiū merendi vt dictum est: ꝫ initi/ste agit cum aliquo si nō reddat ei qđ meruit: q⁹ hoc est ei debitū: ergo cuilibet habēti aliquādo charitatē debit⁹ vita eterna: ꝫ nulli debit⁹ vita eterna nisi finaliter habeat chari/tatē: ergo quicūq; habet charitatē finaliter habebit eam: et ita nō pōt ad minus finaliter amitti vt videt⁹. ℂ P̄ illud qđ est fortissimū nō pōt vinci a debilissimo: ꝫ charitas est for/tissima: q⁹ est fortis vt mors vt dicit Cant. vlti. peccatum aūt est debilissimū: q⁹ malū est infirmū ⁊ pigrū vt dic⁹ Dio. iiij. ca. de di. no. ergo charitas nō pōt per peccatū expelli: ꝫ nullo alio mō pōt amitti: ergo charitas semel habita amit/ti nō potest. ℂ P̄ radix oīs mali est cupiditas. p̄ma Tbi. vj. ꝫ charitas nō compatit⁹ secū cupiditatē ad minus perfecta vt dicit Aug⁹ in libro. lxxxiij. q̄stionū: ergo qui habet chari tatē nō pōt incidere in aliqđ malū: ⁊ ita nō pōt eam amitte re. ℂ P̄ si peccatū expellit charitatē aut peccatū qđ est aut peccatū qđ nō est. Sed nō peccatū qđ est: q⁹ illud charitatē nō supat: nec illud qđ nō est: q⁹ illud qđ nō ē nō pōt agere ergo pctm̄ nullo mō expellit charitatē. ℂ P̄ illud qđ est in minori parte magis distat ab eo qđ est in plurib⁹ quam ab eo qđ est ad vtrūlibet: ꝫ ex eo q̄ est ad vtrūlibet nō pōt ali/quid p̄cedere vt dicit Cōmē. in. ij. phi. ergo multo minus ab eo qđ est in minori parte: ꝫ charitas q̄uis nō faciat ne/cessitatē ad bonū vt semp fiat. facit tm̄ inclinationem vt plu ries fiat: ergo nō pōt ille q̄ habet charitatē facere malum ad qđ nō se habet sicut in minori parte: ⁊ ita nō pōt peccare vl charitatē amittere. ℂ P̄ amor charitatis ē fortior q̄s amor naturalis: ꝫ amor nālis nō amittit⁹ per pctm̄: ergo nec amor charitatis. ℂ P̄ charitas est maior fide ⁊ vtrūq; est donum dei: cū ergo fides nō tollat⁹ per pctm̄ mortale videtur q̄ nec charitas. ℂ Sed cōtra Apoc. ij. habeo aduersum te pauca: q⁹ charitatē p̄mā reliquisti: ergo charitas pōt amitti. ℂ P̄ in eo q̄ cadere nō pōt nō est necessaria cautela: ꝫ stanti per charitatē necessaria ē cautela. ij. Chozin. ix. qui stat videat ne cadat: ergo charitas pōt amitti. ℂ P̄ dauid charitatem pri⁹ habuit alias nō sibi reddēdā letitiā salutarē peteret: et tm̄ peccauit et charitatem amisit quā sibi restitui petit: ergo charitas semel habita pōt amitti. ℂ P̄ quicūq; nō pōt pec/care habet liberū arbitriū cōfirmatū: ꝫ nō oīs qui habz cha ritatē habet liberū arbitriū cōfirmatū: ergo aliquis habēs charitatē pōt peccare: ⁊ ita charitatē amittere. ℂ ℟° dicē/dū q̄ opinio ponentiū charitatē nō posse amitti ꝓpter suā firmitatem est filis opinioni socratis qui posuit q̄ habens scientiā nō pōt peccare ꝓpter nobilitatē ⁊ certitudinē scie/tie vt dicit phūs in. viij. ethi. ⁊ ideo vtriusq; est similis ⁊ p̄/batio ⁊ improbatio ⁊ p̄batiōis solutio. vtraq; enim potis/sime per experiētiā improbat⁹. p̄obat⁹ aūt per firmitatē scie tie ⁊ charitatis. soluit aūt phūs predictā ꝓbationē de sciētia per hoc q̄ sciētia p̄ncipaliter in vniuersali cōsistit. operatio nes aūt circa singularia sunt. ⁊ ideo cōcupiscētia que in pti culare bonū tēdit nisi reprimat⁹ deductionē sciētie vniuer/salis ad pticulare impedit cōsideratione scientie in pticula/ri operabili absorbēs ⁊ rōnē: ita vt ꝗuis incōtinens in fer/uore cōcupiscētie cōstitut⁹ vniuersale recte cōsideret ⁊ non tantū habitu teneat vt q̄ omnis fornicatio fugiēda ē tamē quādo ad hoc pticulare descendit⁹ per cōcupiscentiā habi/tu rōnis recte ligato in actū recte cōsiderationis circa parti culare homo p̄odire nō pōt. Similiter etiā charitas p̄nci/paliter est circa bonū eternū. vnde facit vniuersalē cōceptio nē haberi: q⁹ nihil contra deū faciendū est. ꝫ quādo ad par ticulare descendit⁹ tentatio aliqua inclinationē predictam charitatis absorbet vt dictū est de scientia: sed q⁹ charitas vehemētius diligit deum ꝗ̄s aliqua cōcupiscētia diligat ali qđ cōmutabile bonū si aliquis affectū quē habet ad deum ad opus pticulare extēderet vt ad regulā operis nunq̄ inci derit in pctm̄: sed q⁹ in potestate nostra ē vti charitat⁹ actu vel nō vti eū charitas voluntatē nō cogat. ideo affectio cō/mutabilis boni ꝓualet ⁊ inducit pctm̄. ⁊ ꝓpter hoc patet q̄ omne peccatum est ex erroꝛe ⁊ ex cōtēptu negligētie. vnde Boeti⁹ dicit. Talia tibi contuleramus arma que nisi prior abiecisses inuicta te firmitate tuerent⁹. Sic ergo homo in peccatū lapsus charitatē amittit: q⁹ per peccatū a deo diui/ditur cum sibi aliū finem cōstituat cū nō possint duo esse fi nes vltimi. vnde cū charitas habeat causam cōiunctam ad deū statim amittit⁹ vnico actu ⁊ hoc inuenit⁹ in omnib⁹ ac/cidentib⁹ que habēt causam extra subiectū: q⁹ nihil pōt per manere seperatū a sua causa essentiali: sicut patz de lumine secus autē est de habitib⁹ qui habēt causam in subiecto: q⁹ illi totaliter nō destruit⁹ per vnū actū peccati. ℂ Ad primū ergo dicendū q̄ hoc intelligendum est si velit vti gratia per quā fili⁹ dei est. per eā enī pōt pctō resistere. ℂ Ad secundū dicēdū q̄ quidā dixerūt q̄ charitas nūq̄ merebit⁹ nisi finalis ꝫ ꝫ falsuz ē: q⁹ charitas finalis nō pōt dici nisi q̄ ē in vltimo termino vite: ⁊ tūc forte hō nihil merebit⁹ ꝫ dormit. vñ dicen dū q̄ quolibet actu charitat⁹ merebit⁹ vitā eternā ⁊ efficit eaz sibi debitā: ꝫ qñ peccat ia efficit⁹ quodāmō ali⁹ vt phūs dic in. ix. Ethi. q⁹ trāsmutat⁹ ab eo qđ erat sibi cōueniēs fm na/turā in id qđ est ꝓter naturā. ⁊ ideo nō oportet q̄ ei reddat⁹ sicut etiā id qđ est debitū reddi sano non redditur furioso. ℂ Ad tertiū dicēdū q̄ nō est ex defectu charitatis q̄ a pec/cato vincat⁹: ꝫ ex defectu habētis charitatē: q⁹ charitate nō vtitur vt dictū est. ℂ Ad quartū dicēdū q̄ cupiditas q̄uis nō fit in actu in eo qui habet charitatē tamē est in radice et potest charitatē impedire ne in actū p̄rumpat. ⁊ quādo nō impedit⁹ tunc germinat ⁊ charitatē expellit. ℂ Ad quintū dicēdū q̄ in eodē instanti in quo pctm̄ aduenit charitas ex pellit⁹: ⁊ sicut illud est p̄mū instās in quo pctm̄ esse incipit ita illud est p̄mū in quo charitas nō esse incipit sicut patz in naturalib⁹ de duab⁹ fōrmis cōtrarijs. ℂ Ad sextū dicendū q̄ illud qđ est ad vtrumlibet inquātū ex alia causa intrinse ca monet⁹ sic determinat⁹ ad alterū: ⁊ sic pōt ab eo effect⁹ p/cedere. vnde qñ nō est determinatū totaliter ab aliquo vno pōt etiā determinari ad oppositū: ⁊ sic ab eo qđ est in pau/ciorib⁹ respectu ipsi⁹ iam determinati per p̄mū pōt contra/riū accidere vt in pluribus⁹ ꝓpter aliqđ aliud determinās qđ contrariū illi determinanti vt in plurib⁹: ⁊ sic est in pro/posito: quia sicut charitas quantū est in se vt in pluribus in clinat ad bonum: ita affectio sensibilis inclinat ad delecta/bile sensui ⁊ ab hoc sicut ex quodam habitu inclinat⁹ volun tas ad peccatū. ℂ Ad septimū dicenduz q̄ amor naturalis est fm voluntatē totaliter determinatā ad vnū. non autem sic est de amore charitat⁹ nisi in illis qui iam cōfirmati sūt. ℂ Ad octauū dicendū q̄ per peccatū nō totaliter seperat⁹ hō a deo: q⁹ sic esse desineret: ꝫ ꝗ̄tū ad vltimā ⁊ perfectā cō iunctionē quā facit charitas. ⁊ ideo non oportet q̄ fides per peccatū tollat⁹ sicut charitas sicut per interpositionē nubis aer radios solis amittit: non tm̄ oīmodā claritatē sicut q̄ est ex reuerberatiōe q̄lis etiā apparet vbi non sunt radij solis.

Ad secūdū sic procedit. videtur q̄ liber vite sit quid creatum. Ecc. xxiiij. hec oīa liber vite Glo. hic liber est ver⁹ z nouū testamētū. hoc aūt est quid creatū: ergo z liber vite. ¶ P Apoc. xxj. alius liber est apert⁹ q̄ est vite glo. xp̄s qui tūc apparebit omnib⁹ patēs: sz nō apparebit oīb⁹ nisi fm humanā naturā: cū ergo humana natura in xp̄o causata sit videt q̄ liber vite sit quid creatū. ¶ P liber inquātū in eo scriptura fit est receptiu⁹ extranee impssiōis sz res increata nō suscipit peregrinā impssionē: ergo nō est quid increatū: sz creatū. Item videt q̄ sit ppriū filij: q2 psal. in capite libri scriptuz est de me glo. In patre qui est caput nostrū: sz illud in dīnitate cui⁹ caput est pater est fili⁹: ergo liber vite est fili⁹. Item videt q̄ spūssanct⁹: q2 spirituisancto attribuit vivificatio: z in simbolo z Joh. vj. spūs ē qui vivificat: ergo cū liber vite ordinet ad vitam cōueniet spiritui sancto vel ppie vel per appropriationē. ¶ Sz cōtra augu. xxj. de ciui. dei. Liber vite est p̄sciētia dei que falli non p̄t: sz p̄sciētia est quid increatū essentiale z appropriabile filio: ergo z liber vite. ¶ Ulterius videt q̄ liber vite sit in respectu dei psal. deleant de libro viuentiū glo. liber viuentiū est dei noticia: sz de⁹ de se habet maxime noticiam: ergo liber vite est respectu dei. ¶ P ipsa est fons vite cuiuslibet. Si ergo erat aliorū que habēt vitā participatiue multo ampli⁹ est suiipsius qui habet vitā originaliter Itē videtur q̄ sit oīuz creaturarū: q2 p̄sciētia est omnū: sz liber vite est dīna p̄scientia vt supra dictum est: ergo erit omniū. ¶ P Joh. j. q̄ factū est in ipso vita erat: sz oīs creatura est facta: ergo omnis creatura in libro vite scribit. Item videt q̄ sit etiam de malis. Luce. x. super illud. Noīa vestra scripta sunt in celis dicit glosa siue celestia siue terrestria opera gesserit. quis per hoc quasi litteris annotatus apud dei memoriā eternaliter est affixus: sz gerere terrestria opera ē malorū: ergo cū nihil aliud sit liber vite q̄z reseruatio dīne memorie videt q̄ liber vite sit etiā malorū. Item liber vite ordinat ad vitā: sz vita nature est cōis bonis z malis. vita aūt gratie cōis p̄scitis z p̄destinatis: ergo liber vite est malorū z bonorū z p̄destinatorū z p̄scitorū. ¶ Sed contra illud dicit esse scriptū in deo q̄d habet exēplar in ipso: sz mala in quātū huiusmodi nō habēt exēplar in ipso: ergo nō sūt ibi scripta. Ulteri⁹ videt q̄ nihil q̄d sit ibi scriptuz debeat dici inde deleri: q2 liber vite est dīna predestinatio vt dicit glo. Philip. iiij. Sed a p̄destinatione nō dicit aliquis excidere: ergo nec a libro vite deleri. ¶ P liber in quo p̄t aliquid describi z deleri est mutabilis: sed liber vite est īmutabilis: q2 est q̄d increatū: ergo nō p̄t aliquis inde deleri. ¶ P illud quid est fm opinionē tātū cū sit fm quid nō debet enūciari simpliciter: sz glo. super illud psal. Deleant de libro viuentiū dicit hoc accipiendum fore tantū fm spem illorū qui se esse scriptos putabāt: ergo videt q̄ nō debeat dici aliquē inde deleri. ¶ Sed cōtra Exo. xxxij. qui peccauerit mihi delebo eū de libro meo: sz multi peccāt: ergo multi delent. ¶ P null⁹ simul est script⁹ in libro vite z dānat⁹: sz multi qui pri⁹ fuerūt scripti in libro vite postea dānāt: sicut patz de discipulis xp̄i quib⁹ dictū est Luce. x. gaudete: quia noīa vestra scripta sunt in libro vite. ex quib⁹ tū multi abierūt retrorsum vt dicit Joh. xj. ergo aliqui q̄ pri⁹ fuerūt ibi scripti delent. ¶ R° dicendū ad primā questionē q̄ liber vite de quo nūc loquimur methaphorice dicit Unde oportet q̄ ei⁹ significatio accipiat fm similitudinē libri materialis de cui⁹ ratione videt esse q̄ cōtineat figuras aliquas q̄s similitudines aliquas illorū qui per librū illū cognoscunt. vnde z liber vite dicit: q2 cōtinet similitudines q̄b⁹ p̄t cognosci vita. nō est aūt sufficiēter liber vite quasi perfectā cognitionē de vita faciēs nisi contineat similitudines de vita cuiuslibet in particulari: q2 cognitio in vniuersali est imperfecta z in potētia: sz habere hoc modo similitudines oīum habentiū vitā determinate nō est nisi dīne mentis in q̄ sunt exēplaria rerū omniū ppria: z ideo liber vite nō est q̄d creatum: sed est dīna noticia de vita nō solū in vniuersali: sed in particulari quātū ad oēs in quib⁹ inuenit vita: z q2 noticia est essentiale z appropriatuz filio: ideo liber vite essentiale quidē est in dīnis z filio appropriat. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ vetus z nouū testimentū dicit liber vite quasi faciens cognitionē de vita vniuersali z docens p̄cepta quib⁹ pertenit ad vitā: nō tamen facit noticiā de vita vniuscuiusq̄z. z ideo aliquo mō potest dici liber vite: sz nō fm completam rōnē. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ xp̄us fm humanā naturā dicit liber vite quasi exemplar vniuersale vite: sz nō quasi filitudo pticulariter faciēs cognoscere vitā vniuscuiusq̄z ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ filitudines vel figure isti⁹ libri non sunt aliq̄d additū essentie eius: q2 rōnes exēplares vt in primo dictū est: sunt ipsa dīna essentia. z ideo nō oportuz q̄ recipiat perigrinas impssiones. ¶ Ad quartum dicēdū q̄ pater dicit caput libri id est filij fm q̄ liber appropriat filio. ¶ Ad quintū dicēdū q̄ q̄tuis vita appropriet spiritui sancto tamē noticia de vita appropriat filio. ¶ Ad secundam questionē dicendū q̄ liber vite dicit noticia dei: q2 autem liber ppie est illorū quoz noticiā facit per figuras z similitudines existētes i libro. ō illoz solū noticia dici p̄t liber que cognoscit de⁹ per filitudinē. mala aūt nō cognoscit de⁹ per filitudines existētes maloz in se: sz cognoscit p̄ moduz p̄uationis. similiter etiā de⁹ seipsuz nō cognoscit per similitudinē suiipsi⁹: sz per hoc q̄ sibi fm essentiā suaz p̄sens est. vnde neq; noticia quā habet de seipso: neq; noticia quā habet de malis p̄t dici liber vite nisi de malis pene inquātuz sunt iusta z bona fm q̄ dicit liber mortis. vita aūt inter bona cōputat. vnde oportz q̄ liber vite intelligat respectu vite q̄ in creaturis inuenit. z q̄tuis de⁹ habeat noticiā de vita nature z gratie z glozie. vnde respectu cuiuslibet dictarum vitarū posset dici dei noticia liber vite tñ p̄fecta rō vite nō inueniet nisi in vita glozie que p̄mixtionē mortis non patit z ideo liber vite fm ppriam sui acceptionē est noticia dei quā habet de vita glozie vniuscuiusq̄z: sic ergo differt liber vite a sciētia dei q̄ est de tpalib⁹ z eternis z a p̄sciētia que ē de bonis z malis. z etiā a p̄destinatiōe: q2 p̄destinatio p̄zie de futuris est z p̄uidētia z directionē in finē importat cū sit ppositū miserēdi: sz liber vite simplicē noticiā de vita importat z nō determinat aliq̄ temp⁹. vnde z scripti in libro vite dicunt z qui vitam habent z qui habituri sunt. Et per hoc patet solutio ad oīa obiecta. ¶ Ad tertiā questionem dicendū q̄ liber vite vt dictū est. est noticia dei de vita glozie alicuius bonnis. res autem aliqua dupliciter habet esse scilicet in se z in sua causa. in sequidē est simpliciter In causa autē sua habet esse fm quid. causa autē glozie est gratia sufficiens quantuz in se est. vnde qui habet gratiam habet iam vitam glozie fm quid: cognitio ergo de vita glozie alicuius habet a deo dupliciter. vno modo inquantuz de⁹ scit ipsam vitam glozie in isto esse: vel futuram esse simpliciter: z tunc talis dicit esse scriptus in libro vite simpliciter vel ascriptus: vt quidā dicunt ad similitudinē illorum qui ascribunt ad miliciam vel ad aliquod officiū. Alio modo inquantū deus scit vitam glozie inesse isti vel futuram esse in eo in causa sua que est gratia. z talis dicit fm quid scriptus in libro vite vel annotatus. vt quidam dicunt: quia ergo non potest esse vt scientia dei fallatur. ideo quēcūq; scit habiturū vitam eternā habebit eam. vnde iste qui simpliciter scriptus est vel ascriptus in libro vite nō potest inde deleri: se quia gratia que est causa glozie in eo qui habet p̄sentem iusticiā quando ipse a iusticia per peccatuz decidit definit esse glozie causa in eo. ideo noticia dei de gra istius nō est vt de causa glozie. vnde iam ista cognitio gratie isti⁹ quā deus habet non pertinet ad librum vite glozie z scōm hoc dicitur deleri de libro vite nō aliqua mutatione in libro facta: sed in ipso ex parte cuius accidit q̄ gratia non est iam causa glozie. z dicit de⁹ aliquē de libro vite delere inquantum permittit eum a iusticia excidere per peccatum.

¶ Ad primū ergo dicendū q̄ predestinatio importat directionē in finē q̄ nō importat liber vite vt dictuz est. ꝛ ideo nō p̄t dici p̄destinat⁹ ille qui habet presentem iusticiā tñ potest aūt aliquo mō dici script⁹ in libro vite vt dictum est. Ad secūdū patet solutio per id q̄ supra dictū est. ¶ Ad tertiuz dicendum q̄ glosa illa loquit̄ de scriptura qua aliquis scriptus est in libro vite simpliciter.

AD tertiū sic procedit̄. videt̄ q̄ nō quelibet charitas possit resistere cuilibet tentationi. sicut enim charitas obsistit peccato: ita ꝛ ratio vt supra dictuz est: ſz nō quelibet ratio p̄t tentationi resistere: sicut patz in incōtinentib⁹ q̄ habēt rationē rectā ꝛ vincunt̄ vt dicit phs: ergo nō quelibet charitas p̄t tentationi cuilibet resistere. ¶ P̄ maior est difficultas in resistendo malo q̄ in operando bonum simpliciter: sed charitas minima nō p̄t in quodlibet bonū: ergo nec p̄t cuilibet tentationi resistere. ¶ P̄ in resistendo maxime tentationi est maximū meritū cū sit ibi maxima pugna que coronā meret̄: ſz minima charitas nō p̄t in maximū p̄mium: ergo nec resistere maxime tentationi ¶ P̄ charitas imperfecta nō resistit venialib⁹: sed maior ē ipugnatio mortaliū q̄ venialiū: q̄ nō resistit maxie tētatiōi. ¶ P̄ p̄ma Chozin. x. fidelis de⁹ qui nō patiet̄ vos tētari supra id q̄ potestis: ſz illi quib⁹ scribebat habebant gratiam sicut patz in p̄ncipio epl̄e: ergo aliqua tentatio est supra posse habentis gratiā vel charitatē. ¶ Sed cōtra nō p̄t euitari omne peccatū nisi oī tentationi resistat̄: ſz minima charitas p̄t vitare omne peccatū. cū etiā homo in puris natural⁹ existens hoc potuisset: ergo charitas quelibet p̄t oēm tentationē vincere. ¶ P̄ plus diligit charitas legem dei q̄ cupiditas milia auri ꝛ argēti vt dicit glosa super psal. ſz maior dilectio minori tentationi resistere p̄t: ergo q̄libet charitas resistere p̄t cuilibet tentationi. ¶ P̄ nullus peccat in eo q̄ nō p̄t vitari vt Aug⁹ dicit: si ergo habens charitatē nō possit cuilibet tentationi resistere videt̄ q̄ tentationi cōsentiens nō peccaret. ¶ R⁰ dicēdū q̄ resistere tentatiōi dupliciter dicit̄. vno modo vt quis a tentatione nō vincatur. Alio modo vt quis tētationē vincat. dicit̄ enī aliquis a tentatione vinci: quādo a p̄posito bono trahit̄ p̄ tentationē in cōsensum peccati: sicut est in incōtinente qui habet rōnem rectā: sed deducit̄. Qui enī nō habet p̄positū bonū vt intemperat⁹ siue luxurios⁹ non vincit̄: q̄ libenter id agit. vincit aūt qui nō solū a tentatione superuenēte in actū peccati nō deducit̄: sed etiā ex magnitudine virtutis quasi nihil tentationē pensipendit. qui vero difficultatē a tentatione patit̄ sed nō deducit̄ resistit. quidē tentationi cū nō consentit: sed nō vincit p̄prie loquēdo. Loquēdo ergo p̄mo modo de resistētia peccati: sic quelibet charitas p̄t resistere peccato p̄pter li. ar. liberatū a seruitute peccati: q̄uis difficultatē patiatur p̄pter tentationis impulsum. Loquēdo vero de tētatione. secūdo modo sic charitas que est parua in p̄ncipio tētationis potest tentationib⁹ resistere: quia in fine tentationis fit magna cū deus pugnāti auxiliū semp administret. si tamē ponat̄ q̄ semp parua maneret nō posset per modum dictum tentationi resistere. ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ nō est simile de incōtinente ꝛ habente charitatē: quia habens charitatē habet iam habitū virtutis quē nō habet incontinens. Et p̄terea incōtinens etiā nō vincit̄ quādo nō posset resistere si vellet rōne recta quā habet vti vt supra dictū est. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ quāuis sit maior difficultas laboris: nō tamē est maior difficultas que attendit̄ ſm excessuz operis ad potentiā que attendit̄ in virtutib⁹ vt dictum est vel potest dici q̄ etiam minima charitas p̄t in magnū meritum respectu p̄mij accidētalis. non aūt respectu p̄mij substantialis vt supra dictū est. ¶ Ad quartum dicendū q̄ venialib⁹ etiam resistere posset si aliquis charitate contra venialiū tentationē vteret̄ nō vt vitaret omnia: ſz quia p̄t singula vitare. ¶ Ad quintū dicendū q̄ apostol⁹ loquitur quātū ad id q̄ homo p̄t sustinere sine animi perturbatione q̄ nō potest nisi charitas perfecta vt in magnis tribulationibus equanimitatē seruet.

AD quartū sic procedit̄. videt̄ q̄ homo semp in minori charitate resurgat Amos. v. v̄go israel cecidit ⁊c̄. glosa nō negat vt resurgat: ſz vt resurgere virgo possit: q̄ semel ab errās ꝛ si reporteť humeris pastoris nō habet tantā gloriā quantā qui nūq̄ aberrauit: ſz gloria cōmensurat̄ charitati: ergo homo post peccatū nō habet tātā charitatē resurgens quantā p̄mo ¶ P̄ ezech. xliiij. leuite q̄ recesserunt a me nūq̄ appropinquabūt mihi vt sacerdotio fungant̄: sed aliquis quantū ad spūale sacerdotiū appropinquat in deo per charitatē: ergo nō habet tantā charitatem qui aliquādo recessit a deo per peccatū quantū ante. ¶ P̄ charitas incipiēs nunq̄ est tāta quanta p̄ficiens ꝛ perfecta sed aliquis quādo cecidit habuit charitatem p̄ficientē vel perfectā: quādo aūt resurgit habet charitatē incipientē: ergo nō habet tantā charitatē quātā p̄ius. ¶ P̄ nūq̄ potest tantū disponere se ad recipiendū diuini luminis influētiā qui est fine charitate q̄ cum charitate: sed ſm q̄ aliquis dis posuit se ad gratiā deus illi gratiā infundit: ergo semp magis recipit de influentia gratie aliquis permanēs in charitate q̄ de nouo charitatē accipiēs: ꝛ sic idē q̄ p̄i⁹ ¶ Sed cōtra in malach. iij. placebit deo sacrificiū iuda ⁊c̄. sic dies seculi ꝛ anni antiqui: ſz charitas facit oīa nostra deo esse accepta: ergo aliquis post lapsum resurgēs p̄t habere tantū de charitate quantū p̄ius. ¶ Ulterius videt̄ q̄ semp resurgat in maiori. Heñ. j. factū est vespere ꝛ mane de⁹ vnus glosa vespertina lux a qua quis cecidit matutina in qua resurgit: ſz lux matutina ē maior q̄ vespertina: ergo ꝛ gratia vel charitas in qua quis resurgit illa quam p̄ius habebat ¶ P̄ Ro. vj. vbi abūdauit delictū supabūdauit ꝛ gratia: ſz vbi supabūdat gratia est ibi maior charitas: ergo ⁊c̄. ¶ P̄ peccatū vincit p̄mā charitatē. vincit̄ aūt a scō: ergo secunda charitas est fortior ꝛ maior q̄ p̄ma. ¶ Sed contra innocens nō est minus aptus ad recipiēdū gratiā q̄ peccator sed p̄mā gratiā accipit innocēs. secūdā accepit pctōr: ergo nō oportz q̄ secūda sit maior q̄ p̄ma. ¶ Ulteri⁹ videtur q̄ adminus semp sit equalis Ro. viij. diligentib⁹ deum oīa cooperant̄ in bonū glosa etiā casus in peccatū: sed hoc non esset si in minori charitate resurgeret: ergo nūq̄ in minori: sed semp in equali resurgit. ¶ P̄ Ambrosius dicit q̄ penitentia oīa ablata restituit: sed hoc nō esset si non resurgeret ad minus in equali charitate: ergo semp resurgit aliquis in equali charitate. ¶ P̄ cōtritio debet p̄portionari precedēti peccato: sed peccatū p̄portionat̄ quodāmodo gr̄e quam expellit: ergo ꝛ gratia vel charitas per quā homo cōteritur debet esse equalis gratie precedēti. ¶ P̄ penitentia viuificat merita per peccata mortificata: ergo penitens tantam habebit gloriā quātā ante peccatū meruerat: ſz tantum meruerat quantū de charitate habuerat: gloria ergo quā penitens habebit p̄portionat̄ charitati quā ante peccatum habuit. p̄portionat̄ autē charitati in qua in morte inuenitur post penitentiā: q̄ lignū vbi ceciderit ibi erit Ecc̄. pl̄t. ergo charitas in qua resurgit penitēs est equalis charitati a qua cecidit. ¶ Sed cōtra minima cōtritio sufficit ad deletionē oīnīū peccatoz: ſz ſm quātitatē cōtritionis attendit̄ quātitas charitatis in qua q̄nia resurgit: ergo cū potuit quando p̄ius habuit gratiā ex magna p̄paratiōe gratiā accepisse videt̄ q̄ possibile sit q̄ recipiat minorē gratiā ꝛ charitatem q̄ p̄ius habuit. ¶ R⁰ dicendū ad p̄mā q̄ mēsura charitati p̄figit̄ a deo ſm suā voluntatē ꝛ aliquo mō commensurat̄ ad conatū illius qui gratiā recepit. vnde cum aliquis per peccatū possit multū ꝛ parū conari ad recipiendū charitatē ꝛ diuine liberalitati nō ponat̄ termin⁹ per peccatuz cū ipse quantū in se est sit parat⁹ oīa peccata totaliter delere oportz dicere: sicut ꝛ cōiter dicit̄ q̄ aliquis p̄t post peccatū in maiori ꝛ in minori ꝛ equali charitati resurgere. ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ loquit̄ de gloria p̄mij accidentalis

que non commensuratur charitati sed actui vel statui: quia post peccatū virgo aureolam nō habebit. ⁊ sīr nec peccator resurgens gaudiū de innocentia continuata. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ ab officio dignitatis aliquis repellit propter peccatū cōmissum etiamsi penitētiā egerit. sicut propter homicidiū repellit a sacerdotio. ⁊ hoc est propter hoc q̄ nō reducitur ad statū tante dignitatis q̄tus reducat ad equalē charitatē. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ loquēdo de vna ⁊ eadē charitate verū est q̄ charitas incipiens minor est q̄ ꝓficiens vl perfecta. sed vna incipiens potest esse maior q̄ alterius qui est in statu ꝓficiētiū. sicut aliq̄ aīal statim natū est maius q̄ aliud etiam perfectū. ¶ Ad q̄rtū dicendū q̄ ceteris paribus semp ille qui habet charitatē recipit plus de influentia diuini luminis. ⁊ ille qui non habet charitatē potest plus conari ⁊ magis recipiet. ¶ Ad secundā q̄nē dicēdū q̄ non est necessariū q̄ semp in maiori charitate resurgat: quia etiam minor ꝓparatio vel equalis sufficit ad hoc q̄ gratia infundatur. ¶ Ad primū igit dicendū q̄ sīlitudo illa attenditur non q̄tū ad quantitatē lucis: sed q̄tū ad ordinē lucis ad tenebras. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ Apls loquit de gratia redemptionis que supabundauit ad delictū primi hois: ⁊ nō loquit vniuersaliter. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ peccatū nō vincit charitatē ꝓpter eius debilitatem. sed quia ille qui peccat nō vtit auxilio charitatis. ⁊ ideo ratio nō sequit. ¶ Ad tertiam questionē dicendū q̄ etiam in minori charitate potest hō resurgere: quia quantūcunq̄ de peccato doleat ⁊ ad gratiam se ꝓparat dūmō ad terminū cōtritionis pueniat: q̄ plus displicet ei a deo recessisse q̄ aliquod temporale placuit gratiam habebit etiamsi non tantū ꝓparet se quantus ꝓius dum fuit innocens ꝓparauit. ¶ Ad primū igit dicendū q̄ hoc intelligit non semp q̄tū ad maiorē quātitatē charitatis: sed q̄tū ad maiorē diligentiā vl humilitatē in q̄ penitēs resurgit ad min⁹ actuali. min⁹ autē malū est vt charitas diminuat q̄ vt totaliter amittat: ⁊ minus malū cōputatur ꝓ magis bono vt dicit. v. ethi. Et ideo in bonū diligētis deū cedit peccatū etiamsi in minori charitate resurgat quia p humilitatē ⁊ cautelam ab oīmoda gr̄e amissione curatur. ¶ Ad secundū dicendū q̄ penitētia oīa restituit: sed nō oportet q̄ eq̄lia. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ quātitas peccati nō ꝓportionat gr̄e quā exclusit: quia paruū peccatū potest maximā charitatē expellere: sicut ecōuerso parua charitas dicit maxima peccata delere: q̄ pendet ex conatu hois poti⁹ q̄ ex quidditate habit⁹. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ sicut ex predictis patet p ꝓpria merita merebat sibi tantā gloriā quantā charitatē habebat. ⁊ ipse p petrū fact⁹ est alter: ⁊ nō plenarie ad pristinū gradū restituit⁹. ⁊ ideo non plenarie recipiet effectū ꝓpriū meritoꝝ nisi q̄tū ad premiū accidētale: quod mensurat actib⁹ magis q̄ habitu charitatis.

¶ Questio Secunda.

Deinde querit de euacuatione charitatis p gloriam

Et circa hoc quer̄unt q̄tuor. Primo vtrum fides ⁊ spes euacuant gl̄ia aduenīēte. Secundo vtrū charitas. Tertio vtrū ordo charitatis. Quarto vtrū scientia.

Ad primū sic ꝓcedit. videtur q̄ fides nō euacuat. Fides enī est fundamentū spīalis edificii. ⁊ fundamentū immobile manet quicq̄d superedificet: ergo fides nō euacuat aduenīēte gl̄ia. ¶ Ꝑ nihil expellit nisi a suo cōtrario. ⁊ gl̄ia nō est ctraria fidei: ergo aduenīēte gloria nō euacuat fides. ¶ Ꝑ ꝓfectū ⁊ imꝑfectū circa ea q̄ sunt diuersa specie bene se cōpatiunt in eodē: sicut q̄ hō habeat perfectam geometriā ⁊ imꝑfectā grāmaticā. ⁊ visio gl̄ie ⁊ fides sunt alteri⁹ speciei: ergo visio gl̄ie nō expellit fidē. ¶ Ꝑ opinio ⁊ sciētia hīt se sicut cognitio ꝓfecta ⁊ imꝑfecta: ⁊ sīr cognitio matutina ⁊ vesꝑtina in angelis. ⁊ in hoīb⁹ manēt sīr sciētia ⁊ opinio: ⁊ in agelis sīr cognitio matutina ⁊ vesꝑtina ergo fides manet cū visione patrie. ¶ Sz ctra est q̄d Apls dicit. j. Cor. xiij. ¶ Ꝑ fides ē nō apparētiū. ⁊ in patria nihil erit nō apparēs eoꝝ quoꝝ est fides: ergo ibi fides non erit.

¶ Ulterius videtur q̄ nec spes euacuetur: quia sicut se habet spes ad bona ita se habet timor ad mala. ⁊ in damnatis semp manebit timor seruilis: ergo ⁊ sīr in beatis manebit spes. ¶ Ꝑ Eccle. xxiiij. Qui edunt me adhuc esurient. ⁊ loq̄tur de fruitione diuine sapiētie que erit in patria. ⁊ esuriēs expectat aliq̄d in futurū: ergo sancti expectabūt aliq̄d in futurū etiā de ꝓmio substātiali. ¶ Ꝑ in fide q̄ euacuat̄ inuenit aliq̄d cōmune fidei ⁊ gl̄ie. s. visio. ⁊ nō inuenit aliq̄d in spe q̄ possit in patria eē: q̄ id q̄ est substātia spei est expectatio q̄ nō manebit ī patria: ergo videt q̄ nō euacuet spes ¶ Sed contra. Ro. viij. Q̄ videt q̄s q̄d sperat. ⁊ sancti videbunt in patria quicq̄d expectauerūt: ergo spes in eis non erit. ¶ Ꝑ spes est expectatio beatitudinis future. ⁊ btūdo in patria iam nō erit futura: ergo neq̄ spes erit ibi. ¶ Ulteri⁹ videt q̄ aliq̄d de substātia habit⁹ fidei ⁊ spei remanebit idem numero: q̄ in oī mutatione oportet esse aliq̄d cōe vtriq̄ terminoꝝ. sed fides ⁊ spes mutant in bona gl̄ie: ergo oportet q̄ aliq̄d de substātia habit⁹ fidei ⁊ spei maneat idē numero. ¶ Ꝑ sicut charitas aduenīēs opponit fidei informi nō fm substantiā fidei sed fm informitatē: ita gl̄ia aduenīens opponit fidei nō fm substantiā visionis ⁊ fm imꝑfectionem tm̄. ⁊ charitas aduenīēs tollit informitatē ⁊ remanet idem habit⁹ numero fidei q̄tū ad substantiam vt supra dictū est. ergo ⁊ sīr gl̄ia aduenīens tollit tm̄ imꝑfectionē: ⁊ dimittet eandem substantiā habit⁹ numero. ¶ Ꝑ q̄ sciētia imꝑfecta crescit in ꝓfectā nō tollit substātia sciētie: simīliter nec substātia corꝑis q̄ ex puero fit vir ⁊ manet idez hō. ⁊ Apls euacuationē fidei compat ꝓfectioni sciētie ⁊ etatis: ergo substantia fidei manet eadē numero. ¶ Sed contra. forme q̄ destruunt sicut ex nihilo totaliter sunt: ita totaliter in nihilū tendūt. ⁊ fides ⁊ spes cū sint habitus forme quedā sunt: ergo cū aduenīēte gl̄ia destruant vt dicit Apostolus videt q̄ nihil ipsarū maneat fm numerū idez. ¶ Ꝑ impossibile est q̄ aliq̄d sit idem numero quod nō sit idem specie: sicut dicit phūs de fide ⁊ opinione in. iiij. thopicoꝝ. ⁊ visio patrie ⁊ fides differūt specie multo plus q̄ fides ⁊ opinio: ergo visio fidei ⁊ patrie nō est idem numero. ¶ Ad⁹ dicendum ad primā questionē q̄ in fide est cognitio quedaz ⁊ mod⁹ cognoscēdi: quia cognoscit in speculo ⁊ in enigmate. modus aūt imperfectiōis est ⁊ obscuritatē importat. vñ cū gloria aduenīens omnē imperfectionē ⁊ obscuritatē tollat: tollet quidē modū fidei q̄tū ad modū cognoscēdi: ⁊ remanebit cognitio eoꝝ quoꝝ ē fides: nō quidē iam enigmatica ⁊ clara. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ q̄tū ad id q̄ habet de cognitione fides est fundamentū: non q̄tū ad id q̄ habet de enigmate. vnde q̄tū ad id q̄ est fundamentū manebit. ¶ Ad secundū dicendū q̄ q̄nis glorie visio nō sit cōtraria fidei q̄tū ad id quod habet de cognitione: est tm̄ sibi cōtraria q̄tū ad id quod habet de enigmate: ⁊ ex hac parte eam expellit. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ perfectio ⁊ imꝑfectio cognitionis circa diuersa bene se compatiunt: sed nō circa idem. ⁊ ideo aliquis potest habere simul imperfectā cognitionē de his que pertinēt ad vnū: ⁊ perfectā de his que ptinent ad aliud. sed nō est simile in ꝓposito: quia fides ⁊ visio glorie est de eodem. ¶ Ad quartum dicendū q̄ opinio ⁊ sciētia q̄tus sint de eodem: non tamen fm idem mediū: ⁊ fm diuersa: ⁊ ideo possunt eē simul. sed fides ⁊ visio patrie sunt de eodem ⁊ fm idem mediū: quia fides assentit veritati prime ꝓpter se: ⁊ similiter visio glorie. ⁊ ideo ꝓfectio vni⁹ non patitur imperfectionē alterius. cognitio aūt matutina ⁊ vesꝑtina q̄tus sint de eodem fm rem: non tamē sunt de eodem fm idem eē: quia cognitio matutina est de re fm q̄ habet esse in verbo. cognitio autē vesꝑtina de re fm q̄ habet esse in ꝓpria natura. ⁊ ideo non est simile. ¶ Ad secūdam questionē dicendū q̄ de habitib⁹ oportet ex actib⁹ iudiciū sumere. Est autē duplex actus. s. qui est actus imperfecti inquantus huiusmodi sicut motus ⁊ actus qui est actus perfecti inquantū huiusmodi sicut operatio consequēs for

mam.contingit autē quandoq; q̄ actus perfecti inueniantur in impfecto fm q̄ iam participat aliquid de perfectiōe sicut aliquid de actu albi est in pallido.qñ ergo imperfectū ad perfectionē venit actus qui est eius inquantū habet aliquid de perfectione in quam tendebat manet q̄tū ad id qđ est de substantia actus.sed tollitur q̄tū ad id quod erat de imperfectione actus sicut loquela balbucientis pueri tollit̄ qñ venit ad perfectaz etatē q̄tū ad id quod imperfectionis erat in ipso.manet autē quicqđ erat de perfectione z substātia loquele.sed motus qui est actus imperfecti qñ peruenit̄ ad terminum motus non manet q̄tū ad aliquid substantie actus:sed q̄tū ad radicē fm quā motus inerat qui erat proportio quedā z ordo impfecti ad perfectionē.cognitio aūt inq̄ntū huiusmodi importat actū perfecti.z ideo cognitio q̄ habet̄ in statu imperfectiōis manet q̄tū ad id quod cognitionis est imperfectione sublata. Spes autē inquantū tendit in arduū quod est nondū habitū z futurū expectatū est sicut actus imperfecti cū sit q̄si quidam motus.Et ideo cum ad perfectum venerit non manet id quod expectationis aut spei est: sed hoc tm̄ in quo hec expectatio radicabat̄.s.ordo z proportio ipsius hominis ad illa iam habita quoz dū nō habebant̄ erat spes.z ideo non ponit̄ aliquid speciale succedens spei:sz tentio siue cōprehēsio beatitudinis q̄ dicit ordinem hominis ad deū iam habitū cui⁹ non habiti erat spes. vnde ordo iste cōmunis est vtrobiq;:z q̄tū ad hunc ordinē spes manet:sed q̄tū ad naturā actus sui transit. ¶ Ad p̄mū igit̄ dicēdū q̄ illi qui erunt in penis cū sint remoti a participatione eternitatis erūt semp in motu z successione.z propter hoc poterit esse timor futuri mali.sz illi qui erunt in patria erunt maxime q̄tū ad premiū substantiale in participatione eternitatis.z ideo fm hoc non erit in eis aliqđ de premio futuri:sed totū simul habent: vnde non remanet in eis spes. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ illa fames nō importat expectationē futuri:sed aufert fastidium iam habiti.vnde respectu premij substantialis non erit ibi expectatio: sed fruitio plena.sed respectu aliquoz accidentaliū vel etiam stole corporis poterit ibi esse expectatio:sed non spes vt supra.xxvij. di.dictū est. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ etiam in spe inuenit̄ aliquid quod manet in patria.s.ordo z proportio ad expectatū bonū.sed iste ordo erit perfectus in patria: in via aūt imperfectus propter absentiam eius ad quod est. ¶ Ad tertiā questionē dicendū q̄ ablatio alicui⁹ quod est de substātia rei inducit corruptionē rei illius: nō autē sublatio alicuius quod se habet accidentaliter ad rem illam.imperfectio aūt illa quam tollit gloria a fide est substātia fidei z ad speciem eius pertinēs.quod patet ex hoc q̄ accipitur fm rationē obiecti a quo fides speciē recipit.Obscuritas enī quā enigma importat ad gen⁹ cognitionis pertinet.z ideo oportet q̄ remota ista imperfectione substantia z species fidei destruatur:sicut si ab asino remoueat̄ sua irrationabilitas.quia autē fides forma quedā est accidentalis simplex non cōposita ex materia z forma.z ideo ipsa destructa nō remanet aliqđ fidei idem numero sed idem genere: sicut patet q̄ q̄ ex albo fit nigrū vel ecōuerso manet id qđ colozis est non idem numero color sed idem genē.sz manet eadē lux numero cū est perfecta z imperfecta:quia illa imperfectio vel perfectio nō pertinet ad speciē lucis:sed accidentalis est. Et sīr est dicendū de spe in qua etiā quod dictū est magis apparet. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q̄ cōe qđ manet in mutatione idez numero est subiectū sz idez genere manet natura generis. z ita in hac transmutatione manet eadē numero aīa:sed visio vt cognitio idem genere. ¶ Ad secundū dicendū q̄ infirmitas illa nō est de ptinētib⁹ ad spēm fidei sicut impfectio enigmatica.z iō nō est simile.Et sīr dicendū ad tertiū.

Ad secundū sic procedit̄.videtur q̄ charitas vie euacuet̄.j.Corinth̄.xiij.Cuz venerit quod perfectū est euacuabitur qđ ex parte est.sed charitas est ex parte: quia illud preceptuz Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo:non totaliter impletur in via vt supra dictum est: ergo charitas euacuabit̄. ¶ P̄ destructa causa destruit̄ effectus.sed fides generat charitatē: sicut dicitur Math̄.j.in glosa.cū ergo fides euacuetur z charitas euacuabit̄. ¶ P̄ sicut fides ē enigmatica ita z charitas: quia charitas mouet affectum in id quod non per speciem videtur.sed fides que est enigmatica euacuabitur:ergo z charitas. ¶ P̄ mot⁹ cessat cum peruentū fuerit ad terminū.sed charitas est quidaz motus mentis in deū: ergo cum ad terminū pertinieat̄ charitas cessabit. ¶ P̄ ea que sunt vnius rationis vnū in alterum potest proficere si differant fm perfectū z imperfectū. sed charitas vie q̄tis possit crescere:nunq̄z tamē potest peruenire ad modum charitatis patrie:ergo charitas vie z patrie non sunt vnius speciei.z ita videtur q̄ charitas euacuetur. ¶ Sed contra.p̄ma Corinth̄.xiij. Charitas nunq̄z excidit. ¶ P̄ presentia amati non tollit amorē sed auget.charitas autē est amor dei:ergo quando deum presentem videbimus nō tolletur charitas sed magis augebitur. ¶ R⁰ dicendum q̄ amor fm rationem sue speciei non importat aliquid imperfectionis: sed magis perfectionē inquantū importat terminationē affectus:z quandam informationē in re amata.vnde gloria aduenies nihil de his que ad speciē charitatis pertinent tollet: z ideo charitas non destruitur. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q̄ illa imperfectio est accidentalis charitati.z ideo ea remota nihilominus charitas eadē numero remanebit. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ fides est causa charitatis ratione cognitionis.cognitio autē manebit vt dictum est. ¶ Ad tertium dicendū q̄ enigma est essentiale fidei:quia pertinet ad rationē p̄opij obiecti.sed est accidē tale charitati:z ideo non est similis ratio. ¶ Ad quartū dicendū q̄ amare non dicit motū qui fit actus imperfecti: sed qui est actus perfecti: sicut sentire z intelligere vt dicit philosophus in tertio de anima.z ideo ratio nō sequit̄. ¶ Ad quintū dicendū q̄ hoc q̄ charitas vie manens in via nō potest peruenire ad perfectionē charitatis patrie est ꝓpter statū viatoris z non q̄tū ad id qđ est de rōne charitatis inq̄ntū viatoz non possidet pfecte qđ amat.

Ad tertiuz sic proceditur.videtur q̄ ordo dilectionis qui modo est non fuerit in christo nec in sanctis q̄ sunt in patria q̄tū ad dilectionē inimicoz̄: qz inimici sanctoz ad minus post diem iudicij non erunt nisi demones z damnati.sed ad illos non est habenda charitas vt supra dictū est:ergo nō diligeret inimicos. ¶ P̄ in eis erit summa cōformitas voluntatū ad deum.sed deus inimicos sanctoz̄ non diligit sed odit:ergo nec christus z beati suos inimicos diligent. ¶ P̄ quicūq; diligit aliquē ex charitate vult ei bonū vite eterne.sed hoc christus non voluit inimicis nec beati:quia si vellent z fieret: ergo non diligūt inimicos ex charitate. ¶ Sed contra.diligere inimicū ad perfectionez charitatis pertinet.sed in christo z in beatis est perfectissima z ampliſſima charitas:ergo ipi inimicos diligūt ¶ P̄ christus ex charite dilexit illos pro quibus mortuus est Jo.xv.Maiorem hac dilectionem ꝛc.sed mortuus est pro inimicis Roma.xv.ergo dilexit inimicos: z eadem ratione beati. ¶ Ulterius videt̄ q̄ in eis non sit ordo charitatis q̄tū ad se z proximū z propinquos z extraneos. Augustin⁹ in libro de vera religi. Perfecta charitas est vt plus potiora bona z minus minora diligamus.sed in patria erit perfecta charitas: ergo proximū meliorē se plus diligit aliquilibz q̄ seipm z similiter extraneū q̄ propinquū fm carnem. ¶ P̄ in patria erit perfecta conformitas humane voluntatis ad deum.sed deus plus diligit meliorem: ergo et quis plus diligit meliorem q̄ seipsum. ¶ P̄ ille plus diligitur cui maius bonū optatur.sed quilibet homo vult maius bonū meliori se q̄ sibi in patria:quia vnicuiq; vult bonū quod habet nec appetit alicui quod non habet: quia sic desideriū non esset quietatū: ergo plus diligit meliorem se q̄ seipsum. ¶ Sed contra.gloria perficit naturā.sed ordo

iste est a natura hominis progrediens vt homo se plus alte ro diligat. ergo ꝛ gloria hunc ordinem non auferet. ¶ Ꝑ si aliquis salutē suam negligeret pro salute alterius peccaret. sed in patria non erit aliquid inordinatum: ergo homo ibi semper plus diliget salutē suam ꝙ alterius: ꝛ ita plus amabit se ꝙ alterū. ¶ Ulterius querit quē xp̄s plus dilexerat petrū vel ioannē. Et videtur ꝙ ioannē Jo. vlti. Uidit illum discipulū quē diligebat iesus sequentē. hoc autē non dicit ꝙ illum tm̄ diligeret: ergo propter eminentiam dilectionis ad ipsum. ¶ Ꝑ dilectio in qua affect⁹ affectui vel signis dilectionis non respondet est dilectio similationis. cum ergo christus maiorē familiaritatē ioanni exhibuerit ꝙ petro: ꝛ eius dilectio nullo modo fuerit similata: videtur ꝙ ioannē plus petro dilexerit. ¶ Sed contra ·Prouerbi. viij. Ego diligentes me diligo. sed plus dilexit petrus vt patet Jo. vlti. ergo ꝛ plus diligebatur. ¶ Ad⁹ dicendū ad primā questionē ꝙ inimici christi possunt accipi dupliciter. vel ꝙtū ad finalē exitū sicut dānati. vl̄ in actu vl̄ in preuisione diuina: vl̄ ꝙtū ad presentē statū tm̄: sicut saulus tunc erat. Quantū ergo ad primos inimicos est eadem ratio dilectionis in christo que in nobis ad illos quos scimus damnatos: quia naturam ipsorū diligimus: ꝛ considerata natura tm̄ eis vitam eternā vellemus. sed considerata iusticia diuina ꝛ eorū meritis eis hoc non volumus: quia iusticiam diuinā plus diligimus ꝙ eorū naturā. ꝛ prima volūtas est voluntas antecedens. secunda est voluntas consequēs. ꝛ ita christus diligebat inimicos qui erant damnati vel dānandi volens eis bonū voluntate antecedente que nō semper impletur etiā dei volūtas antecedens. sed nō consequēte sicut nec deus. ꝛ eadem ratio est de alijs beatis ꝙtū ad illos qui actu sunt damnati. Sed de damnādis forte nesciūt de omnibus qui sunt: sed ꝙtū ad alios inimicos ſm̄ presentē statū tm̄ diligebat: ꝛ ad eos bona operabatur: quia pro eis mortē subijt. Et per hꝫ patet responsio ad obiecta. ¶ Ad secundam questionē dicendum ꝙ circa hoc est duplex opinio. Quidam dicūt ꝙ in patria erit deus oīa in omnib⁹ mens tota in deum quiescēs totā rationē dilectionis habebit deū. ꝛ ideo deū sup omnia diliget: ꝛ alios tāto plus quanto erūt deo proximiores etiā alios plus ꝙ se si sunt meliores. Sed illud nō videtur rationabiliter dictū: quia vnusquisq; tantū amabit deo frui q̄ntum diliget deum. vnde cuz deū super omnia diliget super omnia volet deo frui. ꝛ iō frui deo plus optabit sibi ꝙ alij. vnde videtur ꝙ magis se ꝙ alium diliget. ¶ Ꝑ affectus dilectionis nō quiescit in aliquo nisi in proprio obiecto. sicut autē propriū obiectū amoris est bonū: ita propriū subiectū amoris istius hominis est bonū istius: vnde ꝛ deuz summe diliget inquantū est summū bonū suū. vnde non oportet ꝙ tantoaliquē plus diligat q̄nto est simpliciter deo primior: sed quanto est deo proximior inquantū est bonū suum. Et ideo videt⁹ probabilius quod alij dicūt ꝙ quilibet ibi plus diliget se ꝙ proximū. Sed de comparatione propinquorū ad extraneos credo ꝙ simpliciter loquēdo plus vnusquisq; diliget extraneū meliorē ꝙ cōsanguineū minus bonū: quia plus attēditur ordo dilectionis ꝙtū ad proximitatē ad deū ꝙ ꝙtū ad proximitatē ad seipsuz q̄uis vtrūq; oportet ꝙ attendatur. vnde de equaliter bonis plus diligit proximiorē sed de inequalibus diligit meliorem. ¶ Ad primū igit̄ dicendū ꝙ intelligendum est ꝙ plus diligit magis bona que etiam sibi sunt magis bona: sicut bona spiritualia ꝙ corporalia. ¶ Ad secundū dicendum ꝙ in hocipso voluntas nostra voluntati diuine conformabitur ꝙ sequetur motuz naturaliter sibi impositum a deo. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ voluntate consequēte vult maius bonum alteri ꝙ sibi: sibi autē intensius. sed volūtate antecedente vult sibi maius: sed hoc non impedit quietē desiderij: quia hec voluntas nō est voluntas simpliciter sed conditionata: vel velleitas quedaz ut quidam dicunt. ¶ Ad tertiā questionē dicendū ꝙ sicut dicitur petrus plus dilexit christum dilectione que ab ipso in membra diffunditur. sed ioannes plus dilexit dilectione que in christo fixit. Et ideo petro dom̄in⁹ cōmisit curā membrorū: ioanni autē curam matris que ad personam eius specialius spectabat. vnde ꝛ petrus a christo plus diligebatur ꝙtū ad affectum interiorem quia donū maioris charitatis erat ei tunc collatum. Sed ioannes magis diligebatur ꝙtū ad signa exteriozis familiaritatis. ꝛ hoc propter ꝙttuor causas. Primo quia per ioannē significatur vita contemplatiua que familiariorem habet deum ꝙuis actiua sit fructuosior ꝛ laboriosior que significat in petro. Secundo propter etatem: quia iuuenis erat. Tertio propter castitatem. Quarto propter ingenitam mansuetudinē. Et per hoc patet solutio ad obiecta: quia vterq; plus diligebat ꝛ quodām̄ plus diligebatur.

Ad quartum sic proceditur. videtur ꝙ sciētia quam mō habemus totaliter tolletur. prima Lozin. xiij. Scientia destruetur. sed accidens quod destruit̄ totaliter tollitur: ergo scientia totaliter tolletur. ¶ Ꝑ fides est magis spiritualis ꝙ scientia. sed fides tollet̄: ergo ꝛ sciētia. ¶ Ꝑ consideratio scientie est de delectabilibus maxime. si ergo scientia hic acquisita remanet alicui magnus clericus plus habebit de gaudio ꝙ aliqua vetula que erit maioris charitat⁹: quod esse videtur impossibile. ¶ Ꝑ illi qui sunt in patria cognoscunt omnia quoruz scientiam habuerunt: ꝛ multo plura ꝛ meli⁹ in verbo. si ergo scientia non est nisi ad cognoscendū frustra in eis preterita scientia remaneret. ¶ Ꝑ habitus ordinat ad actum: ergo vbi actus non remanet neq; habitus remanere potest: quia frustra remaneret. sed actus sciētie qui modo est non remanebit in patria: quia considerario scientiarū est in intelligendo cum fantasmate non solum in accipiendo scientiam: sed etiam in considerando ea q̄ aliquis iam didicit. Unde leso organo imaginationis impeditur operatio intellectus etiā in alijs que prius sciebat: ergo nec sciētia remanebit. ¶ Ꝑ scientia quā nunc habemus consideratio est collativa. Sed iste modus conferendi non erit in patria: quia tunc sequeretur ꝙ esset ibi studium ꝛ disputatio: quod est absurdum. ergo scientia hic acquisita non remanebit in patria. ¶ Sed contra. Magister in prima distinctiōe secundi dixit: ꝛ philosophi etiaz plures dicunt ꝙ anima posita est in corpore vt scientijs perficiatur. sed frustra poneretur ad hoc nisi post corpus ei scientia remaneret: ergo scientia remanebit. ¶ Ꝑ constat ꝙ illi qui sunt in inferno aliquid cognoscūt esse de his q̄ prius cognouerunt: sicut patet de diuite qui suorum memoriam habebat. sed eis non addetur alia cognitio ꝙ hic habuerūt ergo prior sciētia in eis remanebit. ¶ Ꝑ si scientia destruatur cum corpore erit bonum temporale. ꝛ ita studium scientie computabitur in sollicitudines rerū temporaliū: quod videtur absurdum. ¶ Ad⁹ dicendū ꝙ in scientia quam mō habemus est tria considerare. ſ. habitum actum ꝛ modum agendi. Modus autem agendi est vt intelligat cum fantasmate: quia in statu vie verum est quod dicit philosophus in tertio de anima ꝙ nequaꝙ sine fantasmate intelligeret anima non solum quantum ad acquirendam scientiam sed etiam quo ad cōsiderationē eorum que quis iam scit: quia fantasmata se habent ad intellectum sicut sensibilia ad sensum. actus autē scientie prioris est vt cognoscat conclusiones resoluendo eas ad principia prima per se nota. habitus autem est quedam qualitas hominem habilitans ad hunc actum. Modus autē intelligendi predictus accidit humane anime ex duobus. Uno modo ex hoc ꝙ anima humana est vltima ſm̄ nature ordinez in gradibus intellectus. vnde se habet intellectus eius possibilis ad omnia intelligibilia: sicut se habet materia prima ad omnes formas sensibiles. ꝛ propter hoc non potest in actum exire prius ꝙ recipiat rerum species: quod fit per sensum ꝛ imaginationem. Alio modo ex hoc ꝙ est forma corporis. vnde oportet ꝙ operatio eius sit operatio totius hominis. ꝛ ideo cōmunicat ibi

corpus non sicut instrumentuz per quod operetur: sed sicut repzesentans obiectum scilicz fantasma. z inde contingit q anima non potest intelligere sine fantasmate etiam ea que pri⁹ nouit. In anima ergo separata a corpore remanebit natura anime: sed non remanebit vnio ad corp⁹ in actu. z ideo ea considerata in natura sua tantum non indigebit fantasmatibus quantū ad cōsideratiōē eoz que pri⁹ sciuit. Sed solum quantum ad considerationem eozum que de nouo debet scire. z ideo ea que prius sciuit poterit considerare nō quidem vtendo fantasmate: sed ex habitu scientie prius habito. ea vō que ante nesciuit non poterit scire nisi quatenus ex his que scit elici possunt: vel inquantuz alie species ei diuinitus infunduntur. dicere enim q fm id quod modo anima habet in natura sua nō possit intelligere sine corpore aliquo modo est valde familiare illis qui ponunt animam cum corpore deficere: quia vt dicitur in primo de anima: si nulla operationum quas habet potest esse sine corpore nec ipsa sine corpore esse posset: cum operatio naturalis consequatur naturam. In actu autem scientie predicta duo considerantur. s. motus inquisitionis z rationis discurrentis: z terminus scilicet certitudo qui habetur de conclusionibus fm q iam sunt reducte in prima principia. motus autem ille imperfectionis est quantum ad necessitatem discurrendi vt causetur certitudo. z ideo beatis non remanebit actus scientie quantum ad necessitatem motus: sed quantum ad certitudinem tantuz. z ideo videtur dicendum fm q quidam dicūt q in patria quantum ad animas separatas erit alius modus intelligendi: quia sine fantasmate considerabūt. sed post resurrectionem poterit esse vterq; modus inquantum anima non subiacebit corpori sed ex toto ei dominabitur. actus autez mutabitur quia remanebit quantum ad terminum sed non quantum ad discursum in sanctis. In damnatis autem non est remotum quin etiam collationis necessitas remaneat. z ideo remanet habitus scientie quantum ad substantiam. dicere enim q habitus remaneat z actus nullo modo videtur absurdum: quia habitus nihil est aliud q̄z habilitas ad actum. ¶ Ad primum igitur dicendum q destruetur scientia quantū ad modum: z quantum ad actum mutabitur. sed quantum ad habitum remanebit vt dictum est. ¶ Ad secundum dicendum q modus imperfectionis est essentialis fidei: z de ratione eius. sed modus cognoscendi per fantasmata non est de ratione sciētie: sed accidit ei ex conditione subiecti. ¶ Ad tertium dicendum q nō est inconueniens q ille qui habet minozem charitatem habeat plus de gaudio quantum ad aliquem actum cum tamē habeat minus gaudium de deo quod est premium essentiale. ¶ Ad quartum dicendum q cognoscere aliquid pluribus modis non est frustra: sicut etiam christus habuit scientiaz naturalium rerum que in verbo cognoscebat. ¶ Ad quintum dicendum q ille modus cognoscendi accidit sciētie ex statu eius in quo est. non enim fantasma est obiectum propinquum z proprium intellectus cum sit intelligibile in potentia non in actu: sed species intellecta est per se obiectum eius. ¶ Ad sextum dicendū q non erit actus scientie quantum ad discursum sed quantum ad terminum certitudinis. ¶ Et preterea non oporteret ibi esse studium vel disputationem quantum ad bonos: quia omnium illozum que cōsiderare vellent in verbo cognitionem possent accipere: vel per illuminationem superiozum habere. Damnatis autem non vacabit disputare penarum pondere pressis. ¶ Charitas autem que deseri potest. Uerum est si posset deseri propter debilitatem amozis: vt scilicz aliquis minus diligeret deum q̄z rem illam pro qua tunc peccat: tunc enim non esset vera charitas. ¶ De perfecta intelligitur. Perfecta dicitur que est in confirmatis vel in via vel in patria. vel intelligitur non q possit amitti sz qz difficile est q amittat.

¶ DISTINCTIO .XXXII.

¶ De charitate dei.

Remissis adicienduz est de dilectione dei qua ipse diligit nos que non est alia q̄z illa qua diligimus eū. Dilectio autē dei diuina vsia est. eadēq; dilectione pater z filius z spirituſſanctus se diligunt z nos: ut supra dixe ruimus. Cūq; dilectio sit imutabilis z eterna: aliū tamen magis aliū vō minus diligit. Vnde Aug⁹. Incomprehensibilis est dilectio atq; imutabilis q̄ deus in vnoquoq; nostrū amat quod fecit: sicut et odit quod fecimus. Miro igit z diuino modo etiā quādo odit diligit nos. Et hoc quidē in omnib⁹ intelligi potest. Quis ergo digne possit loqui quātū diligat mēbra vnigeniti sui: z q̄nto amplio⁹ vnigenitū ipsum? De ipso etiam dictū est Nihil odisti eoz que fecisti. Ex his percipit q deus omnes creaturas suas diligat. quia scriptū est Nihil odisti eozū que fecisti. Et iterū: Vidit deus cuncta que fecerat: z erant valde bona. Si omnia que fecit bona sunt: z omne bonū diligit: omnia igit diligit que fecit: et interea magis diligit rationales creaturas: z de illis eas amplio⁹ q̄ sunt membra vnigeniti sui: z multo magis ipsum vnigenitum.

¶ Ex q̄ intelligētia dicit deus magis uel min⁹ diligere hec uel illa.

Quum autē dilectio dei imutabilis sit: z ideo non intēdit uel remittit. Si querit q̄ sit rō dicti cū dicit magis uel min⁹ diligere hoc q̄z illud. z cū dicit de⁹ oia diligere dicim⁹ dilectionem dei sicut pacem dei exuperare oēm sensum humanū ut ad tāte altitudinis intelligentiā vix aliquatenus aspiret human⁹ sensus. Potest tñ sane intelligi ea rōne dici oia diligi a deo q̄ fecit: quia oia placent ei. oia approbat inq̄ntū opera ei⁹ sunt. nec tūc pri⁹ uel amplio⁹ placuerūt ei cū facta sunt: sz anteq̄z fierent: imo ab eterno oia placuerūt ei: nō min⁹ q̄z postq̄z esse ceperūt. Qō vo rōnales creaturas. i. homines uł angelos alios magis alios min⁹ diligere dicit nō mutabilitatē charitatis ei⁹ significat: sz q̄ alios ad maiora bona alios ad minora dilexit alios ad meliores vsus alios ad min⁹ bonos. Oia enī bona nostra ex ei⁹ dilectione nobis pueniūt. Electoz ergo ali⁹ magis ali⁹ min⁹ dilexit ab eterno: z diligit etiā nūc: q̄ alijs maiora aliis minora ex dilectione sua preparauit bona: aliisq; maiora z aliis minora bona cōfert in tpe. vnde magis uel min⁹ dicit hos uel illos diligere.

¶ Qō duob⁹ modis inspiciēda est dilectio dei.

Considerat enī duobus modis dilectio dei fm essentiam z fm efficientiam. nō recipit magis z minus fm essentiā: sed tñ fm efficientiā: ut magis dilecti dicant quibus ex dilectione ab eterno maius bonū preparauit z in tempore

tribuit. ꝛ minus dilecti quibus non tantum. Inde est etiam ꝙ aliqui qñ conuertunt ꝛ iustificant dicũ tur tunc incipere diligi a deo: non ꝙ deus noua di/lectione quẽquã possit diligere: imo sempiterna di lectione dilexit ante mũdi constitutionẽ quoscũq; diligit. sed tũc dicunt incipere diligi ab eo: cũ eter/ne dei dilectionis sortiant effectũ. ſ. gratiam in pre senti: uel gloriam in futuro. Vnde Augu. Absit ut deus temporaliter aliquẽ diligat quasi noua dile/ctione que in ipso ante non erat: apud quẽ nec pre/terita trãsierũt: ꝛ futura iam facta sunt. Itaq; oẽs sanctos suos ante mũdi constitutionẽ dilexit sicut predestinauit. Sed cũ conuertunt ꝛ inueniũt illuz tunc incipere ab eo diligi dicunt. ut eo modo dica/tur quo potest humano affectu capi quod dicitur: Sic etiam cuz iratus malis dicitur ꝛ placidus bo/nis: illi mutantur: non ipse. ut lux infirmis oculis aspera: firmis lenis est: ipsorũ. ſ. mutatione: sua nõ Ita cũ aliquis per iustificationẽ incipit eẽ amicus dei ipse mutatur: non deus.

¶ Si quis magis uel minus diligat a deo vno tẽ/pore q̃z alio.

SI vo queritur de aliquo vno vtruz magis diligatur a deo vno tempore q̃z alio: distin/guenda est dilectionis intelligẽtia. Si eni referatur ad dilectionis effectũ concessibile est. Si vo ad dilectionis essentiã: inficiabile est.

¶ Si deus ab eterno dilexit reprobos.

ODE reprobis vo qui preparati nõ sunt ad vi/tam sed ad mortẽ: si queritur vtrũ debeat concedi ꝙ deus ab eterno dilexit eos. Dici mus de electis solis simpliciter hoc esse conceden/dum ꝙ deus ab eterno eos dilexit quos ad iustitiã ꝛ coronam preparauit. De non electis vo simpli/citer est concedendũ ꝙ odio habuit. i. reprobauit. sicut legit Jacob dilexi Esau odio habui. Sed nõ est simpliciter inteligendũ ꝙ dilexit ne predestina ti intelligantur: sed cum adiectione dilexit eos in/quantũ opus eiꝰ futuri erant id est quos ꝛ quales eos facturus erat.

¶ Postq̃ determinauit magister de dilectione charitatis qua diligimꝰ deũ: Nic determinat de dilectione qua deus diligit nos. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quõ deꝰ omnẽ creaturã diligit. In secunda mouet questio/nẽ de reprobis quos diligere non videtur: ibi De reprobis vo ꝛc. Prima in duas. In prima determinat de dilectione dei sm ꝙ absolute dicit creaturã diligere. In secũda deter/minat de gradibus diuine dilectiõis sm ꝙ vnũ plus ꝛ aliũ minus dicit diligere: ibi Cũ autẽ dilectio dei ꝛc. Et diuidi/tur hec pars in duas. In prima determinat de ordine diui/ne dilectionis q̃tũ ad diuersos. In secũda q̃tũ ad eundem ibi Si vo queritꝛ ꝛc. Circa primuz tria facit. Primo mouet questionẽ. Secũdo determinat eã ibi: Põt tũ sane ꝛc. Ter tio cõfirmat solutionẽ ibi: Cõsideraꝛ eni duobꝰ modis ꝛc.

Questio Prima.

HIc queruntꝛ quinq;. Primo vtrũ deꝰ creaturã dili/gat. Secundo vtrũ omnẽ creaturã. Tertio vtrũ ab eterno. Quarto vtrũ equaliter omnia. Quinto q̃d plus ꝛ quid minus siue equaliter.

AD primũ sic pceditꝛ. videtꝛ ꝙ deo nõ competat crea/turã amare. Amor eni quandã passionẽ animi im/portat. sed alie passiones animi vt ira ꝛ huiusmodi nõ sunt in deo nisi sm effectum ꝛ per similitudinem: ergo nec amor est in ipso. ¶ Pꝫ inter multũ distantia non potest eẽ amor: vnde amici non optant amicis maxima bonor ne amicicia dissoluat vt pꝫs dicit in. ix. ethi. sed nulla est tanta distan/tia quãta creatoris a creatura: ergo nõ potest esse amor dei ad creaturã. ¶ Pꝫ amor transfert amantẽ in amatũ vt viuat iam vita amati vt dicit Dio. in li. de di. no. sed deus nõ trãs/fertur in aliquid aliud cũ sit ĩmobilis: ſz omnia ad se trahit: vt dicitur Jo. xij. ergo ipse non amat creaturã. ¶ Pꝫ amans quodãmõ subijcit amato inquantũ affectus amantis ama to informat vt supra dictũ est. sed deus nullo modo creatu/re subijcit: ergo nullo modo amat creaturam. ¶ Pꝫ oĩs no/stra perfectio a diuina perfectione exemplatur. sed oĩs vir/tus perfectio mẽtis est: ergo cũ quedã alie virtutes non sint in deo: vt temperãtia ꝛ huiusmodi: videtur ꝙ nec charitas. ¶ Sed cõtra. sicut essentia sua est exemplar omnis creatu/re: ita bonitas sua est causa omnis bonitatis in creatura. ſz deus cognoscẽdo essentiã cognoscit omnia que ab ipsa exẽ plantur. ergo amãdo bonitatem suam amat omnia que ab ipsa bonitatẽ pticipant. ¶ Pꝫ Jo. iij. Sicut deus dilexit mũ dũ. ¶ Pꝫ Dio. dicit ꝙ diuinus amor nõ permisit ipsum sine germine esse. ¶ Rº dicendũ ꝙ vnicuiq; habenti cognitio/nẽ amabile est propriũ bonũ non solum amore naturali sed amore animali siue intellectuali. vnde cũ in deo sit sua perfe/cta cognitio amat suam bonitatẽ. bonũ autẽ alicuiꝰ non so lũ dicitur sm hoc ꝙ in ipso est. sed sm ꝙ in alio est per simi litudinẽ. vnde cũ bonitas que est in creatura sit similitudo diuine bonitatis: sequitur ꝙ ipse creaturaz diligat. ¶ Ad ꝓmũ igit dicẽdũ ꝙ passiones quedam important in sui ra/tione aliquã materialẽ transmutationẽ. ꝛ ideo non possunt transferriin deũ nisi per similitudinẽ sicut ira. ꝛ similiter il/le que important defectũ vt tristitia: ꝛ etiam ira sm ꝙ ex tri stitia causat. Quedam vo passiones sunt que de ratiõe sui non important aliquid materiale vel aliquẽ defectum sicut delectatio. vnde etiam in operatiõe intellectuali delectatio est non solum in corporali operatione vt pꝫs probat in. vij. ethi. ꝛ propter hoc delectatio in deo potest poni: non quidẽ vt passio sed operationem suam simplicẽ: ꝛ sine motu conse quens p modũ intelligẽdi. vñ pꝫs dicit in. vij. ethi. ꝙ deus simplici gaudet operatione. ꝛ sil'r etiã de amore dicendum est. ¶ Ad secundũ dicenduz ꝙ inter multũ distantia bene potest esse amor sed non amicicia: quia non conuersant si/mul: quod est proprium amicicie. Deus autẽ q̃uis in infinitũ distet a creatura: tamen operat in omnibꝰ ꝛ in omnibꝰ est. ꝛ ideo põt saluari etiam ratio amicicie. ¶ Ad tertiũ dicen/dũ ꝙ amor oĩs trãsfert quodãmõ amantẽ in amatũ: sed di/uersimode. vno modo sm ꝙ amãs trãsfertur in participan/dũ ea que sunt amati. alio modo vt cõmunicet amato ea q̃ sunt sua. Primo ergo modo deus non transfert in amatuz: quod est creatura. sed secũdo modo inq̃ntũ bonitatẽ suã ei cõicat. ꝛ sic dicit Dio. iiij. ca. de di. no. ꝙ etiã ipse deꝰ est per amorem extasim passus. ¶ Ad quartũ dicendũ ꝙ potẽtia passiua informat ex obiecto suo. ſz potẽtia actiua ponit for mã suã circa obiectũ: sicut pz de intellectu agente ꝛ possibili Unde sicut intellectꝰ diuinꝰ nõ informat rebꝰ q̃s cognoscit p eẽntiã suã: ita nec volũtas eiꝰ informat rebꝰ q̃s amat: qz eas p bonitatẽ suã amat: ꝛ amando cõicat eis suã bonitatẽ. ¶ Adq̃ntũ dicendũ ꝙ virtutes q̃ bñt materiã determinatã circa actus ꝛ passiones corporales: vl' q̃ importãt aliquẽ de fectũ sicut fides nõ pñt habẽ exẽplar in natura diuina: ita. ſ. ꝙ ille vtutes in deo sint. ſz bñt exẽplar in ĩtellectu diuino sic bñt reliq̃ res mãles. ꝛ iõ cũ charitas nullũ defectũ nec aliqõ mãle importet inueniẽ in deo pre quibusdã aliis virtutibꝰ.

AD secundũ sic procedit. videtur ꝙ deus nõ diligat omnẽ creaturã. quicq̃d eni deꝰ diligit ex charitate diligit. sed creature irrationales non diliguntur ex charitate vt supra dictũ est. ergo eas deus non diligit. ¶ Pꝫ

ficut dicit philosophus in .viij. ethi. creature inanimate nō diligunt nisi amore concupiscētie: ficut patet de vino. sz de⁹ non diligit amore cōcupiscentie: quia ipse bonorū nostror nō eget: ergo creaturas inanimatas nullo mō diligit. ¶ Ꝑ dilectio est causa electionis. sed deus non oēs etiā hoīes eligit: ergo non oēs diligit. ¶ Ꝑ quicūq; diligit aliquid vult ei bonū. sed deus nō vult reprobis bonū quod est perfectū bonū. s. vitā eternā: quia si vellet haberent: ergo deus nō diligit omnē creaturā. ¶ Ꝑ non potest esse eiusdem ad idem amor z odiū. sed de⁹ aliquā creaturā odit Malach. j. Esau odio habui. ergo non omnē creaturā diligit. ¶ Sed cōtra. Sapi. xj. Diligis omnia que sunt: z nihil odisti eor que fecisti. ¶ Ꝑ Dio. dicit q; etiā amor diuinus mouet superiora in ꝓuidentiā inferiorū. sed deus habet prouidētiā de oīb⁹ ergo ipse omnia diligit. ¶ Ꝑ Heñ. j. dicit Vidit deus cuncta que fecerat z erant valde bona. Et Aug⁹. dicit q; per hoc significat q; omnia approbauit. sed nihil approbat nisi qđ amat: ergo deus oīa amat. ℟ᵒ dicendū q; amicicia sicut dictū est addit aliquid supra amorē: quia ad rationē amoris sufficit q; homo velit bonū quodcūq; alicui. ad rationē aūt amicicie oportet q; aliquis velit ei hoc bonū quod vult sibi vt. s. velit uersari cū ipso z uiuere in illis q̄ maxime amat. Sic ergo de⁹ cōiter loquēdo de dilectione diligit oīa inq̄ntū vult eis bonū aliquod. s. nāle ipsor. sz bonū quod ipse sibi vult. s. visionē sui z fruitionē qua ipse beat⁹ est vult qđē omni creature rōnali volūtate antecedente. sed volūtate cōsequēte solū electis: que est voluntas simpliciter. z ideo solos electos diligit amore amicicie. alia aūtē diligit amore cōiter dicto inq̄ntū sunt bona. ¶ Ad ꝓmū ergo dicendū q; deus oīa. i. creaturas irrōnales ex charitate diligit: nō sic charitatē hās ad illa: sed ficut ordinans ea ad illa ad q̄ charitatē habet. ¶ Ad secundū dicendū q; q̄uis nos non diligamus creaturas inanimatas amore beniuolentie: qr eor bonū nō est a nobis: deus tñ eas diligit amore beniuolētie: qr p hoc q; eis bonum vult sunt: z bone sunt. tñ deus q̄uis nō amet aliq̄d in concupiscēdo sibi: amat tñ in cōcupiscēdo alteri vt nō fiat vis in verbo concupiscētie qui anxietatē non ꝓprietatē desiderij importat. ¶ Ad tertium dicēdū q; dilectio amicicie est illa q̄ electionē causat: z hāc nō hz ad oīa. ¶ Ad quartū dicendum q; deus oīb⁹ creaturis irrōnalib⁹ vult bonū eis ꝓportionatū: z cui⁹ sunt capaces. z ideo simpliciter loquēdo pōt dici q; de⁹ eas diligat. sz reprobis volūtate ꝺsequēte fm quā simpliciter dicit aliq̄d velle vult qđē bonū nature: nō aūt bonū cui⁹ sunt capaces. s. gre z glie nisi volūtate antecedente. z iō n ō est dicendū q; diligat de⁹ eos simpliciter: sz fm qđ. s. inquantū sunt creature. ¶ Ad quintū dicendū q; non odit reprobos inq̄ntū creature sue sunt sz inq̄ntū mali sunt: quod ab ipso non est.

AD tertiuz sic ꝓcedit. videtur q; deus ab eterno nō dilexerit creaturas. dilectio enī nō est nisi boni. sed creature nō fuerūt bone ab eterno: ergo nō diligit eas ab eterno. ¶ Ꝑ dilectio significat diuinā essentiā z connotat effectū in creatura. sz ea q̄ importāt effectū in creatura dicūt de deo ex tpe: sicut dñs z saluator z huiusmodi. ergo z diligē creaturas nō dicit de deo nisi ex tpe. ¶ Ꝑ dilectio vnit amantē amato. sz res non potuerūt diūgi vel vniri deo anteq̄ eēnt: ergo nō poterāt amari ab eo ab eterno. ¶ Ꝑ eorū q̄ fil'r se hñt est vna rō amoris. sed creature anteq̄ eēnt in nullo distinguebant: ergo nō erat in vno ꝙre diligere magis q̄ in alio: z ab eterno non dilexit electos nisi forte sicut alia. ¶ Ꝑ amans vult eē amatū. sz de⁹ nō volebat eē creaturas anteq̄ eēnt: qr si voluisset eas eē fuissent: ergo non amabat eas anteq̄ eēnt. ¶ Sed contra. Ephe. j. Elegit nos ante mūdi cōstitutionē. sz electio erat ex dilectione: ergo etiā ab eterno dilexit creaturas. ¶ Ꝑ Dio. dicit. iiij. ca. de di. no. q; diuin⁹ amor fuit causa q̄re res fecit: ergo amor rerū fuit in deo anteq̄ res eēnt: z ita ab eterno. ¶ Ꝑ affectus boni seq̄tur cognitionē de bono. sed de⁹ ab eterno cognouit quicq̄d boni est in creatur: ergo ab eterno dilexit creaturas. ¶ ℟ᵒ dicendū q; illa sola noīa ex tpe de deo dici pñt q̄ in ꝓncipali significato important aliquid quod in deo fm rem nō est ficut ea q̄ important relationē dei ad creaturā in ꝓncipali significato: vt dñs z huiusmodi. que quidē relatio fm rem est in creatura: sz in deo est fm rationē tñ. silr ea q̄ importāt in ꝓncipali significato actionē diuinā terminatam ad aliq̄d extra se: ficut causare z huiusmodi. amor autē non importat in ꝓncipali significato relationē sed operationē volūtatis cui⁹ operationes sicut z opationes intellect⁹ ꝓme z ab eis elicite in operāte manēt: z nō trāseunt ad constituendū aliq̄d in exteriori materia. z ideo amor deo ab eterno cōuenit. ¶ Ad ꝓmū igit' dicendū q; q̄uis creature ab eterno nō fuerūt bone in ꝓpria natura: fuerūt tñ bone in dei ꝓscientia. ¶ Ad secundū dicēdū q; non connotat effectū in actu sz in habitu. z hoc est qr opationes ase nō terminant' ad aliq̄d extra operātē: vnde pñt extēdi etiā ad id qđ nō est in actu. ¶ Ad tertium dicendū q; amor non vnit fm rem semp: sed est vnio affectus: que quidē vnio pōt haberi etiam ad illud qđ est absens aut penit⁹ non existens. ¶ Ad q̄rtū dicendū q; q̄uis nō differēt fm id q; non erant in ꝓpria natura: tñ differentiā habebant in dei ꝓscientia fm q; eor diuersitates futuras ꝓsciebat. ¶ Ad quintū dicendū q; de⁹ volebat ab eterno creaturas eē: sz nō eas eē ab eterno sz fm ordinē siue sapiētie.

AD quartum sic ꝓceditur. videtur q; deus oīa eq̄liter diligat: quia ꝓuidentia vt dicit Dio. est effectus amoris. sed eq̄liter est illi cura de omnib⁹ Sap. vi. ergo omnia equaliť diligit. ¶ Ꝑ dilectio dei ad creaturas signat habitudinē ipsius ad creaturas. sed deus equaliter se habet ad omnia vt dicit plus q̄uis omnia inequaliť se habeant ad ipm: ergo ipse equaliter omnia diligit. ¶ Ꝑ sicut diligit omnia ita cognoscit omnia. sed equaliter cognoscit omnia: ergo equaliter omnia diligit. ¶ Ꝑ idem actus non potest esse intensior z remissior nisi fm diuersas sui partes. sed eodem actu simplici diligit omnia: ergo non diligit vnū plus altero. ¶ Ꝑ qua ratione diligit vnū plus altero: eadez ratiōe diligit aliquē qñq; plus qñq; minus: quia sicut vna res est melior altera ita idem fm diuersa tempora est melior seipso. sed deus non diligit aliquē qñq; plus qñq; min⁹: qr sic amor suus esset mutabilis: quod est impossibile. ergo nō diligit vnū plus altero. ¶ Sed contra. ℘ Prouerbi. xvj. Uniuersa ꝓpter seipsum operatus est dñs. Et similiter etiā dicitur q; omnia fecit ꝓpter hominē. sz illud ꝓpter quod aliquid fit plus diligitur: ergo deus magis diligit se q̄ alia z inter alia magis amat vnuz q̄ aliud. ¶ Ꝑ charitas est boni inq̄ntū bonū: ergo magis bonū magis amat. ¶ Ꝑ ordo charitatis est de perfectione ipsius. sz charitas dei perfectissima est: ergo fm ordinē diligit vnū plus alio. ¶ ℟ᵒ dicendū q; amor dupliciter mensuratur. Uno modo ex suo ꝓncipio: z sic dicitur magis amari illud ad quod damnādū efficacius voluntas inclinatur. z sic deus equaliter omnia diligit: quia in dilectione sua respectu cuiuslibet rei habet infinitā efficaciam in diligendo. Alio modo ex parte obiecti fm quod dicit' aliquis magis diligere illud cui vult maius bonū. z sic deus dicitur magis diligere vnū q̄ aliud inquātū vult ei maius bonū. z ex hoc etiā habet maiorē effectū in illo: quia voluntas eius est causa rerū. ¶ Ad ꝓmū ergo dicendum q; equaliter est ei cura de omnib⁹ ex parte sollicitudinis ipsius: sed ex nō parte eorū que eis ꝓuident'. ¶ Ad secundū dicendum q; dilectio non tñ importat id quod est ex parte dei: sed etiā id quod est ex parte creature cuiusmodi bonū ꝓout est a deo volitū in dilectione dei includitur. Et ideo quia creature non se habent equaliter ad deum: nec possunt equaliter bonitatē eius participare: ideo non equaliter omnia diligit. ¶ Ad tertiū dicendū q; cognitio est fm motū rei ad animā: amor autē fm motū anime ad res. z iō cognitio mensuratur tñ ex parte cognoscētis: sed amor est

ex parte vtriusq;.non enim dicitur magis cognoscere: quia maiorem rem inesse alicui cognoscit:sicut dicitur magis diligere cui maius bonū inesse vult.vnde non est simile de dilectione ⁊ cognitione. ℂ Ad quartum dicendū q; non dicitur magis diligere quia intensius diligit:sed quia maiꝰ bonū vult. ℂ Ad quintū dicendū q; ẽ̃ctū ad affectū dilectiōis semper eundem equaliter diligit: quia semper vult ei idem bonū finaliter ẽ̃uis nō velit q; semp habeat eq̃le bonuz vel idem. ⁊ ideo fm effectū nō est equalis.

AD quintū sic proceditur.videt' q; diligat plus iustū p̄scitū ẽ̃ peccatorē p̄destinatum Prouerbi.ix. Ego diligētes me diligo.sed iste peccator p̄destinatus nō amat deū quē amat iustus p̄scitus: ergo plus diligit iustū p̄scitū ẽ̃ peccatorē p̄destinatū. ℂ P̄ magis bonū deus magis diligit.sed iste iustus est magis bonū ẽ̃,ille peccator: ergo magis a deo diligit'. ℂ P̄ in lra dicit' q; magis diligit membra vnigeniti sui ẽ̃ alios.sed peccator p̄destinatus non est membrū xp̄i:ergo min⁹a deo diligit' ẽ̃ iustus p̄scitus qui est membrū xp̄i. ℂ Sed contra.dilectio causa est electionis.sed peccatorē p̄destinatū deus elegit: ergo magis diligit eū ẽ̃ iustū p̄scitū quē non elegit. ℂ P̄ illū magis diligit cui maius bonū vult.sed peccatori p̄destinato vult maius bonū:quia vitā eternā:ergo magis eum diligit. ¶ Ulterius videtur q; magis diligat penitentē ẽ̃ innocentē:quia gaudiū ex amore consequit'.sed plus gaudet de penitēte vt patet Luc.xv.ergo plus eum amat. ℂ P̄ vbi homo magꝭ operat' magis diligit.ꝓpter qō vt pḥs dic̄ matres plus diligunt filios ẽ̃ patres.sed deus plus operat' ad salutē penitentis ẽ̃ innocentis:ergo plus eū amat. ℂ P̄ affectus amoris ex effectu pensatur.sed maior amoris effectus videtur reuocare inimicū ad amiciciā ẽ̃ amicū in amicicia conseruare:ergo plus diligit penitentē ẽ̃ innocentem ℂ Sed cōtra.quod est diuturnius est magis eligendū ⁊ diligendū.sed bonū innocētis est diuturniꝰ: ergo magis diligitur a deo. ℂ P̄ supra dictū est q; resurgēs nunc̄ redit ad tantam dignitatē ẽ̃uis redire possit ad tantā caritatē: ergo deus plus diligit innocentē ẽ̃ penitentē. ¶ Ulterius videt' q; diligat plus hominē ẽ̃ angelū:q⁹ nunc̄ angelos apprehendit:sed semen abrae apprehendit Hebre.j.et sic plus fecit pro hominib⁹ ẽ̃ pro angelis: ergo magis diligit eos. ℂ P̄ homines pluribus modis sunt membra christi ẽ̃ angeli.s.ẽ̃ctū ad conformitatē nature.sed membra christi magis diligit vt in littera dicitur:ergo boēs plus diligit ẽ̃ angelos. ℂ P̄ homines supra angelos collocauit.s.xp̄m ⁊ beatam virginē:ergo plus homines angelis diligit. ℂ Sed cō tra.dilectio causatur ex conuenientia amati cū amato.sed angeli sunt similiores deo vt dicit Greg.ergo angelos plus diligit. ℂ P̄ angelis in principio vel quasi gloriā contulit: nō autē hominib⁹: ergo angelos magis boīb⁹ diligit. ¶ Ulteriꝰ videt' q; magis diligat humanū genus ẽ̃ christū:quia ipsum pro redemptione humani generis dedit vt patet Jo. iij. ℂ P̄ bonū cōmune est diuinius ẽ̃ bonū vniꝰ.sed bonū humani generis est bonū cōmune:bonū autē christi est bonū vnius singularis persone:ergo plus diligit humanū genus ẽ̃ xp̄m. ℂ Sed cōtra.per christū totū genus humanū fit deo acceptū:ergo christū magꝭ diligit. ℂ P̄ datus est ei spiritus non ad mensurā:ergo plus eū diligit. ℂ ℟° dicendū ad primā questionē q; deus simpliciter loquēdo maius bonū vult peccatori p̄destinato ẽ̃ iusto p̄scito.sz vt nūc vult iusto p̄scito.Nec autē determinatio vt nunc non cadit ex parte dilectionis:sed magis ex parte obiecti:quia dilectio dei non variatur per tempora.ab eterno enī isti p̄destinato voluit maius bonum.vnde simpliciter concedendū est q; magis diligit p̄destinatū ẽ̃ p̄scitū. Et per hoc patet responsio ad obiecta:quia procedunt vt nūc. ℂ Ad secundam questionē dicendum q; ẽ̃ctū ad bonū p̄miꝭ essentialis equaliter diligit penitentē ⁊ innocentē si equalem habeant charitatem:vel illum magis qui maiorem charitatez habet.sed ẽ̃tū ad p̄miū accidentale plus diligit innocentem propter dignitatē innocētie ad quā non potest puenire penitens. ℂ Ad primū igit' dicendū q; ẽ̃uis penitens resurgat in equali charitate:⁊ ita bonū quod sibi vult deus sit eq̃le consideratū in se:est tū maius in opatione ad ip̄m cui datur.Sicut quāto aliq̃s est magis indigēs magis sibi impēsum reputat' benefactū.⁊ propter hoc dicitur deus ⁊ angeli plus gaudere de uersione ei⁹:sicut hō plus gaudet de modico signo sanitatis alicui⁹ infirmātis ẽ̃ de integra sanitate dum eam habebat.Uel dicēdū q; hic dicit' ex hoc q; penitens frequēter magis humilis ⁊ feruens ⁊ cautus resurgit. ℂ Ad secundum dicendū q; deus non magis operat' in eo cui de nouo infundit gratiā ẽ̃ in eo in quo eā cōtinuat: sicut nec sol illuminās aerē tenebrosum plus ẽ̃ cōtinuans lumen.nihil enī pōt subsistere nisi dei opatio ꝺtinuet' in ipso. ℂ Ad tertium dicendū q; ẽ̃uis sit magis respectu illi⁹ qui liberat':non tñ est magis simpliciter. ℂ Ad tertiā questionē dicendū q; ẽ̃tū ad bonū nature plus diligit de⁹ angelū ẽ̃ hominē.sz ẽ̃tū ad bonū gr̄ie se hñt vt excedētia ⁊ excessa q⁊ quosdā boēs plus:⁊ quosdā angelos plus:⁊ quosdā eq̃liter:q⁊ boēs erūt eq̃les angel':⁊ quidā etiā supiores angel' ⁊ vnicuiq; puidit fm exigētiā nature ⁊ status sui. Et p hoc patet responsio ad obiecta:Nō enī plus diligit pater filium infirmū ẽ̃ sanū:quia ei impendit remedia q̄ nō impēdit sano. ℂ Ad quartā questionē dicendū q; xp̄m diligit nō solū plus ẽ̃ boēs sz etiā plus ẽ̃ totā creaturā:nō solū ẽ̃tū ad diuinā naturā sz etiā ẽ̃tū ad humanā inq̃ntū eam predestinauit ad maius bonū.s.adunionē diuine psone. ℂ Ad primū ergo dicēdū q; in hoc etiā q; xp̄s pro boīb⁹ fuit datus maximū bonuz ipsi xp̄o fuit fm q; in hoc virtus sua manifestata fuit:⁊ causa fuit salutis humane:quod est sibi valde bonorificū. ℂ Ad secundū dicendū q; ẽ̃uis sit singularis persona xp̄i:tñ est causa vniuersalis salutis humani generis:⁊ causa p̄stātior est causato. ¶ Premissis adiciendū. Uidet' q; ℔ in primo libro determinare debuerit. Et dicendū q; etiaz in primo libro poni ꝺueniēter potuit inq̃ntū diuina dilectio est diuina essentia.⁊ hic poni cōgruenter pōt inq̃ntū est exēplar nostre dilectionis.Dilectio dei vsia est.Est enī essentia ⁊ dilectio in deo idem re:sed differt ratione tñ vt in primo libro dictum est.

¶ DISTINCTIO .XXXIII.

ℂ De quattuor virtutibus principalibus.

POst predicta de quattuor virtutibus que principales uel cardinales vocant' differēdū est: q̄ sunt iustitia:fortitudo:prudentia ⁊ tēperātia. De quib⁹ Aug. ait Justitia est in subueniendo miseris:prudentia in precauendis insidijs:fortitudo in pferēdis molestijs:temperātia in cohercēdis delectatiōib⁹ prauis. De his dicit' in libro sapiētie:Sobrietatē ⁊ prudentiā docet iustitiā ⁊ veritatē Sobrietatē vocat temperantiā ⁊ veritatē vocat fortitudinē. Ne virtutes cardinales vocant' ut ait Piero.quib⁹ in hac mortalitate bene viuit':⁊ post ad eternā vitā puenit':Que in xp̄o plenissime fuerūt ⁊ sunt. De cui⁹ plenitudine nos accepimus. In quo habuerūt vsus eosdē quos in patria hñt:⁊ quosdā etiā vie. verūtū an he virtutes cū ipse in aio eē incipiant:q̄ cū fine illis pri⁹ eēt:tñ animus erat:desināt eē cū ad eterna pduxerint:nōnul

la questio est. Quibusdã visuz est eẽ desituras. z de trib⁹ quidẽ prudẽtia. s. fortitudine z temperãtia cũ hoc dicit non nihil videt dici. Justitia enĩ imortal' est: z magis pficiet in nobis q̃z eẽ cessabit: Cũ beate viuem⁹ nature ꝓtẽplatione diuine q̃ creauit oẽs ce teraq̃z instituit naturas q̃ nihil meli⁹ z amabili⁹ ẽ. Cui regẽti eẽ subditũ iustitie est. Et ideo imortalis est oĩno iustitia. nec in illa btitudine eẽ desinet: sed talis ac tãta erit ut pfectior ac maior esse nõ possit. Fortassis z alie tres virtutes prudentia sine vllo iã periculo errozis: fortitudo sine molestia tolerãdo/ rum malo⁹: temperãtia sine repugnãtia libidinũ: erũt in illa felicitate: ut prudẽtie ibi sit: nullũ bonũ preponere deo uel equare: fortitudinis ei firmissi/ me coherere: temperãtie nullo defectu noxio dele/ ctari. Quod vo nũc ait iustitia in subueniendo mi seris: q⁹ prudẽtia in precauẽdis insidijs: q⁹ fortitu/ do in pferẽdis molestijs: q⁹ temperãtia in cohercẽ/ dis delectationib⁹ prauis nõ erit ibi oĩno vbi nihil mali erit. Jsta igit virtutũ opera huic mortali vite necessaria sicut fides ad quã referẽda sunt in futu/ ro habebunt. Ecce aperte dicit Augus. q⁹ predicte virtutes in futuro erũt: sed alios vsus tũc habebũt q̃z mõ. Cui Beda consentit sup Exodũ ita dicens: Colũne ante quas apprehensuz est velum potesta/ tes celi sunt quattuor eximijs virtutib⁹ preclare. i. fortitudine: prudentia: temperãtia: iustitia: que ali/ ter in celis seruant ab angelis z aiab⁹ scis q̃z hic a fidelibus. Et ꝓsequẽter assignat Beda vsus illarũ virtutũ sm presentẽ z futurũ statũ imitãs Aug. in premissis assignationibus.

¶ Postq̃ determinauit magister de virtutib⁹ theologicis hic determinat de virtutib⁹ cardinalib⁹. Et diuidit in par tes duas. In prima determinat de ipsis cardinalib⁹ virtuti/ bus sm se. In secunda ostẽdit in quib⁹ eẽ habeant ibi: Que in xp̃o pleniss̃ime. Prima diuidit in tres. In prima enume rat eas. In secũda ostẽdit actus earũ ibi: De quib⁹ Aug. In tertia ostẽdit qualiter cardinales dicantur ibi: De virtutes cardinales. ¶ Que in xp̃o ꝛc. Hic ostẽdit in quib⁹ sunt virtu tes cardinales. Et diuidit in duas partes. Primo ostendit quot sunt z fuerũt in xp̃o. Secũdo inq̃rit vtrũ future sint in patria ibi: Uerũtñ an he virtutes ꝛc. Et circa hoc duo facit Primo mouet questionẽ. Secũdo determinat eã ibi Augu stinus autẽ. xiiij. li. de tri. ¶ Hic est triplex questio. Prima de virtutib⁹ moralib⁹ in cõi. Secũda de virtutib⁹ cardinali bus. Tertia de partibus earum.

¶ Questio Prima.

Qb Jrca primũ queruntr q̃ttuor. Primo de distinctiõe moraliũ virtutũ ab inuicẽ. Qualiter enĩ ab intelle/ ctualib⁹ z theologicis distinguãt supra. xxiij. di. di ctũ est. Secũdo q̃rit de cã efficiẽte earũ vtrũ sint. s. a nã vl' p infusionẽ: vl' p acquisitionẽ. Tertio de medio q̃ in eis req/ ritur. Quarto vtrũ in patria euacuent.

Ad primũ sic pcedit. videt q⁹ oẽs virtutes morales sint vna virt⁹. Augu. enĩ dicit in li. de mozib⁹ ecclie: Nibil virtutẽ eẽ affirmauerim nisi summũ amorẽ dei. q̃z amor dei q̃ est charitas est vna virt⁹ vt ex dictis p̃z: g̃ oẽs virtutes sunt tñ vna virt⁹. ¶ Ꝑ vbi est vnũ formale nõ põt eẽ diuersitas nisi material'. q̃z oẽs virtutes morales cõue nisũt in vno formali: q̃z cõpletiuã rationẽ virtutis hñt sm q⁹ intellectũ z rationẽ accipiũt vt in. vj. ethi. dicit. ergo nõ dif/ ferũt nisi materialiter: z nõ differũt sm spẽm. ¶ Ꝑ potẽtie apprehensiue magis diuersificant: vel nõ min⁹ q̃z appetiti/ ue: ergo z habit⁹ sil'r cũ potẽtijs ꝓportionent. sed vnus ha/ bitus cognoscitiu⁹ est omniũ que ad virtutes morales per/ tinẽt sicut patet de sciẽtia morali: z de ipsa prudẽtia que est esse recta ratio agibiliũ vt dicitur in. vj. ethi. ergo z virtutes morales nõ debẽt eẽ distincte sm speciẽ. ¶ Sed cõtra. p se accidẽtia sm speciẽ distinguũt ex sola differẽtia subiectoz q̃ in eoz diffinitionibus ponunt. sed virtutes morales sunt etiaz in diuersis subiectis: cũ quedã sint in rationali: quedã in cõcupiscibili: quedã in irascibili: z semp in eisdẽ: quia tẽ/ perãtia nunq̃z est in irascibili z ceteris: ergo videt q⁹ virtu/ tes morales specie distinguunt. ¶ Ꝑ plures forme vni⁹ spe ciei non pñt esse in eodẽ subiecto. sed plures virtutes mora/ les pñt eẽ in eodẽ etiã sm partẽ eandẽ aĩe: sicut fortitudo z mãsuetudo sunt sil' in irascibili: ergo differũt specie. ¶ Ul teri⁹ videt q⁹ alie virtutes morales a prudentia non distin/ guant. eoz enĩ que ex opposito diuidunt vnũ non ponit in diffinitione alteri⁹. sed prudentia est recta ratio que ponit in diffinitione moraliũ virtutum vt p̃z in. ij. ethi. ergo mora les virtutes a prudentia non distinguunt. ¶ Ꝑ ad virtutis actũ non exigit nisi cognitio z operatio. sed totũ hoc prudẽ tia facit: quia prudens non solũ cognitiuus sed etiã actiuus est vt in. vj. z. vij. ethi. dicit: ergo idem quod prius. ¶ Ꝑ sic prudẽtia est recta ratio agibiliũ: ita ars est recta ratio facti/ biliũ vt dicit. vj. ethi. sed in factibilib⁹ nõ distinguunt aliq̃ habit⁹ exequẽtes ab artib⁹ que sunt habit⁹ dirigẽtes: ergo nec in agibilib⁹ morales virtutes q̃ sunt exequẽtes sunt di/ stinguẽde a prudentia dirigẽte. ¶ Sed cõtra. virtutes mo/ rales ab intellectualib⁹ distinguunt vt supra dictum est. q̃z prudentia est intellectualis virt⁹ vt in. vj. ethi. p̃z: ergo a vir/ tutibus moralib⁹ distinguit. ¶ Ꝑ habit⁹ distinguunt per actus. sed Aug. assignat aliũ actũ prudẽtie: z alijs virtutib⁹ moralib⁹ vt p̃z in lr̃a: ergo distinguunt ab inuicẽ. ¶ Ulte rius videtur q⁹ nec ab alijs tribus virtutibus in littera posi/ tis relique morales virtutes distinguant. pars enĩ nõ diui/ dit contra totũ: harũ alie omnes partes esse dicunt a tullio: ergo ab eis non distinguunt. ¶ Ꝑ proprietates rerum spiri tualiũ ex earũ nominib⁹ inuestigant vt patet per Dionysiũ. sed nomẽ temperãtie temperiem z modũ quendam impor/ tat. similiter autẽ nomẽ fortitudinis indeficientiã respectu difficilium. nomen autẽ iustitie equalitatẽ vel rectitudinẽ. vnde iustũ equale dicim⁹ z quasi regulatũ: vt ex. v. ethi. pa/ tet. cũ ergo hec requirant in qualibet virtute morali videt q⁹ alie virtutes morales ab istis nõ distinguant nec ipse ab inuicẽ. ¶ Ꝑ omne peccatũ non expellitur nisi per omnẽ vir tutẽ. sed per iustitiã expellit omne peccatũ. vt patet in iusti/ ficatione impij: ergo ad min⁹ ab ipsa alie virtutes morales non distinguunt. ¶ Sed ẽtra. nihil est principale respectu suiipsius. sed he virtutes dicunt cardinales vel principales respectu aliarũ: ergo ab eis distinguunt. ¶ Ꝑ habit⁹ distin guunt per actus z obiecta. sed istis virtutib⁹ assignant di/ uerse materie speciales vt infra patebit: ergo sunt speciales virtutes ab alijs z a se inuicẽ distincte. ¶ Ꝛ.° dicendum ad primã questionẽ q⁹ cuz vnũquodq̃ quod est ad finẽ deter/ minet sm exigentiã finis potẽtie z habit⁹ qui ordinant ad act⁹ sicut ad vltimã perfectionẽ oportet q⁹ sm actus diuer/ sos distinguant: sicut etiã potẽtie materie distinguũt p re/ lationem ad diuersas formas. non autẽ quelibet diuersitas actuũ facit differentiã potentiarũ z habituũ: sed illa tñ que ex diuersitate obiectoz a quib⁹ actus specificant sicut mot⁹ a terminis. solũ autẽ illa differẽtia terminoz̃ facit diuersaz speciem motus que attenditur sm illam rationẽ sm quam terminat motũ. vnde q⁹ descensus terminetur ad aquam vl ad terram non facit diuersam speciem motus localis: quia motus localis non erat ad terram vel aquam inq̃ntũ huius/ modi sed inquantum deorsum sunt. Generationes autẽ dif ferunt sm speciem que terminantur ad formas aque z tere. et similiter obiecta diuersa nõ diuersificãt actus sm speciẽ nisi sit diuersitas sm illam rationem sm quã est obiectum.

Uidere enim album ⁊ nigrū non sunt diuersi actus ſm ſpeciem: q⁹ vtrūq; eſt obiectū viſus ſm vnā rōnem inquātū.ſ. ſunt colozata viſibilia actu per lucē. ⁊ inde cōtingit q⁹ quā/to aliqui habit⁹ vel potētie ſunt immaterialiozes tāto ſunt vniuerſaliozes ⁊ minus diſtinguūt: quia attendūt vniuer/ſaliozē rationē obiecti: ſicut quinq; ſenſib⁹ ꝓprijs cozreſpō det vnus ſenſus cōmunis ⁊ vna imaginatio. ¶Sciendū ta/men q⁹ cū plures habitus quādoq; ſint in vna potentia ali/qua diuerſitas ſufficit ad diſtinguendū habit⁹ que nō ſuffi cit ad diſtinguendū potentiā: q⁹ potentia alio mō cōparat ad actū q̄ habitus. vnde ⁊ ſm alterā rōnē obiectū vtriq; re ſpondet. Potentia enī eſt ꝑncipiū agendi abſolute: ſed ha/bitus eſt ꝓncipiū agendi ꝓmpte ⁊ faciliter. ⁊ ideo obie/ctum ſm illam rationē qua ſe habet ad actuz ſimpliciter re/ſpondet potētie: ſz ſm q⁹ ſe habet ad facilitatem actus re/ſpondet habitui. Et ideo diuerſitas materie vl obiecti in oz dine ad ea que faciunt facilitatē in actu facit diuerſitatē ha bitus ⁊ nō potētie. Et inde eſt q⁹ in ſpeculatiuis diuerſitas materie ſcōm q⁹ eſt determinabilis per diuerſa media ⁊ ꝑn cipia ex quibus eſt facilitas conſiderationis facit diuerſas ſcientias: ſicut naturalis que eſt ex effectib⁹ ⁊ his que appa rent ex ſenſu demonſtrat a mathematica differt q̄ circa ſuā materiā ex eiſdem ꝓncipijs ⁊ mediis ꝓcedere nō poteſt ſicut autem in ſpeculatiuis eſt ꝓncipiuz demonſtrationis ⁊ medium: ita fines ſunt in operatiuis vt dicit in.vij. Ethi. Ex eozum enī intentione ꝓcedim⁹ in ea que ſunt ad finez ſicut ex dignitatib⁹ in cōcluſiōes. ⁊ ideo ſcōm relationē ad finem omnes mozales habitus diſtinguunt ex quo ꝓma ſumpta eſt differentia boni ⁊ mali: quia bonū importat fi/nem. vt dicitur in.x. Metha. malum autē deozdinationē a fine ⁊ ſcōm hoc virtutes a vicijs diſtinguunt ⁊ in virtutib⁹ vbi inuenitur diuerſa ratio boni ſūt diuerſe virtutes ſcōm ſpeciem. Bonum autē ad quod humane virtutes ꝓxime ozdinant eſt bonum rationis contra quā eſſe eſt malus bo/minis vt dicit Dionyſius in libzo de diui.nomi. ⁊ quia nō in omnib⁹ materijs mozalib⁹ eodē mōdo inuenit rationis bonū vt patet. ideo opoꝛtet diuerſas virtutes mozales eſſe ſpecie differentes. ¶Ad ꝓmū igitur dicendū q⁹ ſicut ſu/ꝑa dictum eſt. Duplex eſt amoz vnus naturalis ⁊ hic inue/nitur in omnib⁹ virtutib⁹. Unde talis amoz nō appꝛopria/tur charitati: ſz eſt cōmunis omnib⁹ virtutibus. ⁊ ſi de hoc amoze loquit aug⁹. patet q⁹ nō ꝓbat q⁹ ſit tātū vna virt⁹. Alius aūt eſt amoz aīalis qui ſm q⁹ eſt in ſuperiozi appeti/tu ⁊ gratuitus ad virtutē charitatis pertinet. ⁊ hic quidam amoz inuenit in oīb⁹ virtutib⁹ nō quaſi idē per eſſentiā eis ſz inquātū participat ab ipſis ꝓut ſunt a charitate impera/te. ¶Ad ſecundū dicendū q⁹ id q̄ eſt ratiōis ⁊ intellectus nō eodē mōdo participat in materijs oīuz mozaliū virtutū cū in diuerſis materijs diuerſimode mediū rōnis recte in/ueniatur. ⁊ ideo talis materie diuerſitas diuerſitatē fozme ⁊ ſpeciei cauſat: ſicut etiā accidit in naturalibus q̄ diuerſe materie nō ſunt ꝓpoꝛtionate ad recipiendū fozmam vnius rōnis ¶Ad tertiū dicendū q⁹ in oībus mozalib⁹ inuenitur vna ratio veri q̄ eſt verū contingens in boīs actione conſi ſtens. ⁊ ideo ad vnū actū cognoſcitiuū pertinēt. Inuenitur enim in eis ratio boni diuerſa ſm q⁹ in diuerſis diuerſimo de ozdo ratiōis cōſtituitur. ⁊ ideo ex parte appetitiue opoꝛ tet q⁹ ſint diuerſi habitus qui dicuntur virtutes mozales. ¶Ad ſecūdā queſtionē dicendū q⁹ ſicut ſpeculatiua ratio dicit eſſe recta ſm q⁹ ſe cōfozmiter ad ꝓma ꝑncipia habet ita etiam ratio ꝓactica dicit recta ratio ſm q⁹ ſe habet con/fozmiter ad rectos fines. Inclinatio autē ad finem ad appe titum pertinet. ⁊ ideo in.vj. Ethico. dicit q⁹ veritas ⁊ recti/tudo rationis ꝓactice eſt ſm q⁹ ſe habet confozmiter ad ap petitū rectū. appetit⁹ aūt reſpectu alicui⁹ ē rect⁹ naturaliter ſicut reſpectu finis vltimi ꝓout quilibet nāliter vult eſſe fe lix: ſz reſpectu aliozū rectitudo appetit⁹ ex ratiōe cauſat ſm q⁹ appetitus aliqualiter ratione participat vt in.ij. ethi. di/citur: ⁊ q⁹ ꝓudentia facit rationē rectā. ideo ꝓeter ꝓudē tiam requirunt alie virtutes mozales que faciūt appetituz rectum in his in quib⁹ naturaliter rect⁹ non eſt: ⁊ quia bo/num rōnis non eodē mōdo inuenitur in ipſa rōne ⁊ in his que rectitudinē rationis participatiue habent. ideo ſm ea que ꝓius dicta ſunt mozales virtutes ſunt alij habitus ſm ſpeciē q̄ ꝓudentia. ¶Ad ꝑmū igit dicendū q⁹ quādo ali/qua cōdiuidunt equaliter recipientia cōmunis ꝓedicatio/nē tunc vnū non ponit in diffinitiōe alterius: ſz quādo cōe ꝓedicat de eis per ꝓri⁹ ⁊ poſterius: tunc ꝓimum ponit in diffinitione aliarū: ſicut ſubſtātia in diffinitiōe accidentiū ⁊ ꝓpter hoc ꝓudentia ponit in diffinitiōe aliozū virtutuz in qua per ꝓri⁹ bonū rationis ⁊ per cōſequēs ratio virtutis inuenitur: quia ꝓri⁹ ē q̄ eſt per eſſentiā q̄ eſt per parti cipationē. ¶Ad ſecūdū dicendū q⁹ ꝓudens eſt actiuus ad inueniendo ea que ad finē rectum perducūt: ſed ꝓeter hoc opoꝛtet eſſe virtutes mozales que faciant rectam intentio/nē ⁊ inclinationē in finem que etiā exigit ad hoc q⁹ homo ſit actiuus. ¶Ad tertiū dicēdū q⁹ bonū artis conſiſtit in re exteriozi que per actū artis ad perfectū perducit: ſed bonū mozis cōſiſtit in ipſo operante. ⁊ ideo in artificialib⁹ otum/mō alicui⁹ opus bonū perficiat nō differt quātū ad rationē artis qualitercūq; operās ſe ſm volūtatē ad operandū ha/beat ſiue ſit firmus in ꝓpoſito vel delectabiliter operet aut nō Refert aūt quantū ad perfectionez virtutis mozalis. Et ideo opoꝛtet eſſe in mozalib⁹ habitus facientes appetitū re ctum. non autē in artificialib⁹ ¶Ad tertiā queſtionē dicē dū q⁹ ſicut dictū eſt habit⁹ virtutū mozaliū ex bono ratiōis diuerſificant quod quidē in ipſo rōnis iudicio eſſentialiu/ter cōſiſtit quod ad ꝓudentiā pertinet in his vero que per rationem diſponunt participatiue q̄ ad mozales virtutes ſpectat. Mozalē aūt materiam id eſt actus ⁊ paſſiones hu manas ratio quantū ad tria ozdinat ſiue diſponit ꝓimo oz dinando ipſas paſſiones per actiones ſm ſe ꝓut eas ad me diū reducit ſm quandā cōmenſurationē: ⁊ ſic dicit modus in eis ponere: q⁹ modus mēſurationē importat. ¶Secūdo ozdinando ſubiectū ad ipſas actiōes ⁊ paſſiones. ꝓmo mo/do ozdinatas vt ſcilicet homo firmiter inhereat his que ra tio ozdinauit. ¶Tertio in ozdine ad aliquid extra ad quod opoꝛtet actus noſtrozū ꝓportionari ſiue ſit finis ſiue alius bō ſiue quicquid extrinſecū ⁊ ſcōm hoc cauſatur rectitudo vel equalitas in virtute. hec igitur tria ſcilicet modus ⁊ fir/mitas ⁊ rectitudo in omnib⁹ virtutib⁹ mozalibus inueniūt ſed in quibuſdā materijs virtutū bonū rationis attenditur ꝓcipue ſcōm vnū iſtozū. In quibuſdā vero ſm aliud ſm q⁹ naturalis potentia quā perficit habitus virtutis magis deficit in hoc vel in illo. Unde tota intentio rationis ⁊ vir/tutis ad hoc ferē vbi natura deficit: ſicut patet q⁹ delectatio nes cozpozales ſunt nobis cōnaturales. Et ideo in his diffi cilimū eſt modum tenere. ⁊ ꝓpter hoc virtus que eſt circa eas ſcilicet Temperātia ꝓcipue modū ſibi aſcribit. vnde ⁊ nomē accepit. ⁊ ſimiliter naturaliter homo moꝛtez fugit. Unde ⁊ difficilimū ē in periculis moꝛtis firmiter ꝑſiſtere: Et ideo fortitudo que circa huiuſmodi eſt firmitatem ſibi aſcribit ⁊ inde noīat. Et ſiliter rectitudo ꝓcipue in cōicatio nibus ad alterū querit. Et ideo iuſticia que circa has eſt a rectitudine nomē habz: ⁊ ſic ē etiā in alijs virtutib⁹ mozali/bus: q⁹ ſm ſpeciē diſtinguūt ꝓut bonū rōnis quātū ad ali/quid ꝑdictoꝛū diuerſimode in eis inuenit ſm cōditionem ſue materie ¶Ad ꝑmū igit dicēdū q⁹ alie vtutes nō dicūt ꝓtes ſubiectiue barū vel integrales q̄ nō impedit earū di/ſtinctionē ab iſtis q̄ infra meli⁹ patebit. ¶Ad ſecūdū di/cendū q⁹ iſte vtutes denominant ab hoc q̄ eſt ꝑncipale in eis. aliq̄d aūt eſt ꝑncipale in vno q̄ nō eſt ꝑncipale in alte/ro vt ex dictis patz. ⁊ ideo nihil ꝓhibet eas eſſe diſtinctas. Tñ aduertēdū q⁹ ſancti ⁊ ꝓphi inueniūt dupliciter loqui de iſtis vtutibus. q̄nq; ſm q⁹ ſunt ſpeciales virtutes habētes determinatā materiā ſic q⁹ tēperātie attribuūt delectatōes

venereas cohibere. qñq; aũt fm q; habent quandã generalitatẽ ꝓut illud a quo nomẽ accipiũt ⁊ in quo pfectio earuz ꝑncipaliter cõsistit ad alias materias ⁊ vtutes trãsferẽ sicut cũ fortitudini attribuũt fortiter persistere nõ solũ in periculis mortis: sed etiam in quibuscũq; periculis: sed ꝓximũ dicitur ꝓpꝛie scõm appꝛopꝛiate vel per reductionez. ¶ Ad tertiũ dicendũ q; iusticia quedã est generalis. quedam aũt spãlis. Specialis quidam est fm q; habet materiã determinatã cõicatiõis que ad alterũ sunt fm rõnẽ debiti: ⁊ sic ponit hic vna de quatuoꝛ cardinalib⁹ vtutib⁹. Alio mõ dr generalis ⁊ hoc dupliciter. Uno mõ fm q; est quedã habitudo recta ipsi⁹ aĩe ꝓut homo debito mõ ordinat ⁊ in seipso ⁊ ad alia: ⁊ sic dr iustificari impius. Alio mõ ꝓut est idez qõ oĩs virt⁹ rõne differẽs ꝓut actũ vtutis quis ordinat ad bonũ cõie fm imperiũ legis qõ cõtingit in actibus oĩuz virtutum vt phus dicit. v. Ethi. ⁊ hoc infra melius patebit.

¶ Ad secũdũ sic ꝓcedit. videt q; vtutes mozales insint nobis a natura. Damas. dicit in. iij. li. naturales sũt vtutes. ⁊ naturaliter ⁊ equaliter insunt oĩb⁹. ♭ etiã dicit Antoni⁹ in exhoꝛtatiõe ad monachos. ¶ Fm phm in. ij. phicoꝛ que ex ꝑncipijs naturalib⁹ causantur a natura sunt: sz rõ est de ꝑncipijs naturalib⁹ hois: cuz ergo vtutes exrõne ꝓcedũt videt q; sint naturales. ¶ homo est perfectioꝛ inter alia aialia: sz alijs aĩalibus a natura ineſt dispoſitio ad agẽdũ ea que eis cõpetũt sicut irũdini ad faciẽdũ nidum: cũ ergo vtutes nihil aliud sint q̃z inclinatiões ad opera cõueniẽtia hoi videt q; vtutes naturales sint hoi indite. ¶ Sed cõtra fm Dio. iiij. ca. de di. no. bona nãlia nõ amittunt per pctũ: sz vtutes amittũt: ergo non sunt nãles. ¶ ea que sunt a natura nõ assuefacim⁹: sz in operib⁹ vtutũ plurimũ valet assuefactio: ergo vtutes nõ sũt a natura. ¶ Ulterius videt q; nõ possint acq̃ri ex actib⁹. cõtinẽtia enĩ fm phm in. vij. Ethi. est aliq̃d min⁹ vtute: sz cõtinẽtiã nõ possumus ex actib⁹ nostris acq̃rere. Sap̃. viij. Scio q; nõ possuz esse cõtinẽs nisi de⁹ det: ergo multo min⁹ alie vtutes ex actibus acq̃ri possunt. ¶ in nulla re p aliquã actionez aliq̃d acquirit nisi per actiões aliq̃d res illa accipiat: sz operãs in quãtũ operat nihil recipit. imo magis opationẽ a se emittit: ergo ex hoc q; operat nõ acq̃rit in ipso aliq̃ virt⁹. ¶ nihil agit vltra suã speciẽ: qz effect⁹ nõ põt esse nobilioꝛ cã: sz operatiões que sunt ante vtutẽ nõ sunt vtutũ: sz potentiarũ nãliũ tãtũ: cũ ergo virt⁹ sit nobilioꝛ q̃z opatio que ẽ ex potentia naturali tñ videt q; per huiusmodi opatiões virtutes acquiri nõ possunt. ¶ vna opatio nõ põt habitũ virtutis causare sicut phs dicit in. j. Ethi. filiter nec plures vt videt: qz plures opatiões nõ sunt sil̃ ⁊ qõ nõ est nõ agit: ergo nullo mõ ex actib⁹ virtutes acquirũt ¶ Sz cõtra phs in li. de memoꝛia ⁊ reminiscẽtia. cõsuetudo est quasi natura: ergo a cõsuetudine efficit aliq̃d hoi cõnaturale ⁊ facile: sz nihil aliud virt⁹ est q̃z quedã facilitas ⁊ inclinatio ꝑ modum nature ad bonũ rõnis vt dicit tull⁹: ergo ex cõsuetudine acquirit aliqua virt⁹. ¶ malũ nõ est fozti⁹ in agẽdo q̃z bonũ: sz ex malis operib⁹ acquirit aliq̃s habit⁹ vicios⁹: ergo ex bonis operib⁹ acquirit aliq̃s habit⁹ virtuos⁹. ¶ Ulterius videt q; nõ opoꝛteat ponere aliquas vtutes mozales infusas. ea enĩ q̃ ꝑ ꝑncipia nãlia possunt causari nõ opoꝛtet q; dinit⁹ ꝓter nãlia ꝑncipia causent nisi aliqũ miraculose fiat sicut q; sanitas restituit quã etiã natura posset restituere licet nõ statim: sz ad vtutes mozales possum⁹ puenire ꝑ nãlia ꝑncipia vt ꝓbatũ est: ergo nõ indigem⁹ q; vtutes nobis infundant. ¶ ad actũ quantũcũq; perfectũ nõ requirit nisi q; fit act⁹ rect⁹ ⁊ meritoꝛi⁹: sz ad faciendũ actũ rectũ sufficit virt⁹ acquisita. ad faciẽdũ aũt meritoꝛiuz sufficit charitas: ergo nõ indigem⁹ vtutib⁹ mozalib⁹ infusis. ¶ vtutes q̃s de⁹ nobis sine nobis opat sũt mẽt| q̃litates vt dic̃ Aug⁹. ⁊ nõ in virib⁹ oꝛganis affixis: sz aliq̃ mozaliũ vtutuz vt dictũ est sunt in irascibili ⁊ cõcupiscibili que nõ sũt partes mẽtis cuz sint vires oꝛganis affixe: ergo virtutes iste ad minus nõ possunt esse infuse. ¶ virtutes mozales ex consuetudine dicũt vt patet. ij. Ethi. sed qõ est ex cõsuetudine nõ est infusum. Ergo virtutes mozales nõ possunt esse infuse. ¶ Sed otra. Sap̃. viij. sobrietatẽ ⁊ pudẽtiã docet iusticiam ⁊ virtutẽ ⁊ tangũt ibi iste quatuoꝛ cardinales vtutes vt in littera magister dicit que sunt vtutes mozales: sz sapiẽtia dei nõ solũ docet intellectũ instruẽdo: sz etiã affectũ mouẽdo: ergo iste vtutes etiã sunt infuse ¶ in pueris baptisatis ⁊ in otritis de pctis sũt oẽs vtutes: sz nõ pñt eẽ acq̃site qz piũ actũ vtutis nõ ꝓticipãt vt dr in. j. ethi. neq; etiã vnus act⁹ cõtritionis sufficere põt ad acquirẽdũ oẽs vtutes: ergo oẽs vtutes mozales etiã sunt infuse. ¶ Ulterius videt q; etiã nõ differant spẽ infuse ab acquisitis. agens enĩ cum sit extra rem nõ diuersificat speciẽ. vnde eiusdẽ speciei est ocul⁹ quẽ de⁹ ceco nato restituit ⁊ quẽ in aliqua creatura causat: sz vtutes infuse differũt ab acquisitis penes agẽs ꝓmũ ergo nõ differũt spẽ. ¶ habit⁹ specificant⁹ ex actib⁹ ⁊ obiectis: sz idẽ est obiectũ ⁊ idẽ act⁹ est tẽperãtie infuse ⁊ acq̃site: ergo nõ differũt spẽ ¶ Si dicat q; act⁹ differũt inquantũ sũt meritoꝛij act⁹ infusarũ. nõ aũt act⁹ ad acq̃sitarũ. Cõtra act⁹ vtutis cuiuslibet nõ est meritoꝛi⁹ nisi inquãtũ ẽ format⁹ a charitate: sz formatũ ⁊ in forme vtutib⁹ nõ facit differentiã speciei: sicut patz in fide cũ sit differẽtia penes extrinsecũ: ergo vtutes infuse ab acquisitis nõ differũt spẽ. Si dicat q; infuse ꝓpter deũ operant. nõ aũt acquisite ¶ Cõtra Deus nõ est obiectũ cardinaliũ vtutũ: sz theologicarũ: cum igit vtutes nõ recipiãt speciẽ a fine vltimo: sed ab obiecto ⁊ actu. videt q; adhuc per ♭ nõ differũt spẽ vtutes acquisite sz infuse. ¶ Sz cõtra q̃libet pars posita in diffinitione facit differre fm speciẽ: sz infusio ponit in diffinitiõe vtutis augu. fm quã deus in nobis operat sine nobis: ergo infusa differt spẽ ab acq̃sita. ¶ due forme eiusdẽ speciei nõ possunt esse in vno subiecto: sz virt⁹ infusa est sil̃ cũ vtute acq̃sita vt pz in adulto q̃ habẽs vtutẽ acq̃sitã ad baptismum accedit q̃ nõ min⁹ recipit de infusis quaz puer: ergo virt⁹ acq̃sita ⁊ infusa differũt spẽ. ¶ R⁹ dicendũ ad ꝓmaz questionẽ q; sicut in naturalib⁹ posuerũt q̃dã formas oẽs existere in materia ⁊ q; agẽs nãle extrahit eas de occulto ad manifestũ in quãtũ remouet ea q̃ ꝓhibebãt formã illã apparere: ita etiã dixerũt quidã de habitib⁹ anime. Unde plato dixit q; oẽs scientie sunt in aĩa a natura. addiscere nõ est aliud q̃z recordari. Et similiter videt dicere Damas. de virtutib⁹ q; insunt nobis a natura ⁊ per exercitiũ tollunt impedimẽta virtutũ sicut ferri eruginẽ auferẽtes videmur claritatẽ que nãliter ei ineſt inducere ¶ Oẽs aũt iste opiniones fm aliquid vere sunt ⁊ fm aliq̃d false. vere quidẽ sũt inq̃ũtũ ꝑdictoꝝ aliqua inchoatio est in natura sic̃ forma existit in potẽtia materie ⁊ sciẽtia cõclusionũ in ꝑncipijs vniuersalib⁹: qz qõ in ꝓticulari discit ꝑ⁹ in vniuersali sciebat ⁊ vtutes ꝑsistũt in nãli ordinatiõe ad bonũ vtutis q̃ est in rõne cognoscẽte huiusmodi bonũ ⁊ etiã in volũtate nãliter appetẽte illud. Et etiã q̃lib⁹ in inferioꝛib⁹ virib⁹ inq̃ũtũ sunt nãliter subiecte rõni ⁊ in q̃busdã ex ipsa cõpletione est min⁹ de resistentia ad bonũ rõnis fm q; phs dicit in. vj. ethi. q; q̃dã cõfestim a natiuitate sunt fortes tẽperati. ⁊ ideo a Tullio dr q; seminaria virtutũ siue inicia sunt nãlia ¶ False autez sunt ꝓdicte opiniones inquãtũ cõplemẽtũ formarũ fm q; sunt in actu ẽ ab agẽte extrinseco. sciẽtie vero cõplementũ est ex doctrina vt inuẽtiõe. virtutũ aũt ex assuefactione vel infusiõe ⁊ hoc est qõ phs. ii. ethi. dicit innatis nobis eas suscipe. pfectis vero per assuefactionẽ. Et per hoc pz rñsio ad auctoꝛitatẽ Dama.

¶ Ad secũdũ dicẽdũ q; rõ ⁊ est natura hois ⁊ est ratio. vnde ex hoc q; ẽ rõ addit aliquẽ modũ causandi supꝛa modũ quo aliq̃d ex altero causat nãliter ⁊ fm hũc modũ ratio est ꝑncipiũ vtutũ. ¶ Ad tertiũ dicendũ q; hõ ꝓpter hoc q; habet rõnẽ q̃ collatiua est se habet ad multas operatiões quarũ ratio ꝓncipiũ est. ⁊ ideo nõ ꝓuidenẽ hoi a natura necessaria ad tegumẽtũ ⁊ defensionẽ sic̃ alijs aĩalib⁹ vt pili et

vngues: qz nō posset instrumētū aliqō determinatū cōpete re ad tam varias z diuersas opatiōes. z ideo dāt sibi man⁹ per quas possit sibi facere necessarias ſm qp ei cōpetit ex ra tione. z siliter nō potuit esse in hoīe cōplemētū z natura: qz nō est idē cōueniēs oīb⁹. opoꝛtz enī mediū vtutis in diuer sis diuersimode accipi. ¶ Ad secūdā questionē dicēdū est qp q̄dā pbi quos seq̄t Auicēna posuerūt oēs formas esse a datoꝛe z qp agēs naturale nō facit nisi disponere ad formas illas. z siliter etiā dicit auicēna qp sciētia z virt⁹ sūt a datoꝛe z per studiū z exercitiū disponit aīa ad recipiēdū influxum dictoꝛ habitū. Hec aūt positio tollit nāle vtutē q̄ inest cuili bet p̄ncipio nāli ad faciēdū sibi sile ſm qp materia in quam agit est receptiua sue silitudinis qō q̄dē necessariū ē ex hoc qp oē qō agit: agit ex hoc qp est in actu. vnde opoꝛtz qp oē qō est in actu aliq̄d aliquo mō possit esse actiuū illius. Et ideo oē naturale p̄ncipiū natū est inducere suā silitudinē p actuz suū: cuz igit̄ p̄ncipia scientiarū z vtutū sunt nāliter nobis in dita vt dictū est. opoꝛtz qp per actiones ex illis p̄ncipijs pro deūtes vtutū z scientiarū habit⁹ cōpleant̄ z hinc quidē atte statur experiētia: qz ex cōsuetudine efficit aliq̄d facile z de lectabile qō pri⁹ erat difficile z hoc est signū habit⁹ genera ti. s. delectatio operis. ¶ Ad primū igit̄ dicēdū qp nullū bo nū pōt homo habere nisi de⁹ det: sz quedā habent̄ a deo nō cooperantib⁹ nobis: sicut ea que sunt infusa z quedā nobis cooperātib⁹ sicut acquisita. z quedā cooperāte natura sicut naturalia. ¶ Ad secūdū dicendū qp in operib⁹ aīe est quidā gradus ſm qp vna potētia alteri subiacet z in eadē potentia est inueniri superi⁹ z inferius ſm qp ad diuersa obiecta cōpa ratur. Inferi⁹ aūt natū est recipere a superiozi. z ideo p ope rationes egrediētes a rōne naturali z volūtate in quib⁹ pre existūt seminaria virtutū acquirit̄ habit⁹ in irascibili z cō cupiscibili z per operationē volūtatis z rōnis inquantū sūt finis z p̄ncipiozū p̄mozū acquirit̄ in eis quantuz ad ea que sunt ad finē z quantū ad cōclusiones habit⁹ scientie z virtu tis: z sic habitus acquireē per operationē que ab operante egredit̄ ſm quā inferioꝛ pars a superiozi recipit. in superio ri aūt pre nō est habit⁹ nisi vel naturalis vel infusus. ¶ Ad tertiū dicendū qp sicut p̄ncipia sunt potioza conclusionib⁹ z virtute eas cōtinentia. Ita seminaria virtutū que sunt in su prema parte aīe sunt dignioza virtutib⁹ que sunt in partib⁹ inferioꝛib⁹ z cōtinēt eas virtute. z ideo operatiōes p̄ceden tes ex illis p̄ncipijs sunt similes operib⁹ virtutū z possūt ha bitū virtutis perficere: sicut ex cōsideratione p̄ncipiozū gene ratur scientia cōclusionū. ¶ Ad quartū dicendū qp fiē mul te gutte cauant lapidē inquātū vltima agit in vtute oīuz p̄ cedentiū que tātū habilitabāt materiā ad cauationez nihil cauātes: ita vltima operatio agens in vtute oīuz p̄cedentiū habitū vtutis causat ¶ Ad tertiā questionē dicēdū qp sicut dictū est seminaria vtutū que sunt in nobis sunt opatio vo lūtatis z rōnis ad bonū nobis connaturale. cū aūt sit bō ex dīna liberalitate ordinat⁹ ad quoddā bonuz supernaturale scilicet eternā gloriā ex predictis vtutū seminarijs non pos sunt vtutes causari fini p̄dicto ꝓportionate. Unde opoꝛtet vtutes que vitā nostrā ordināt ad finē illuz ex eo causari ex quo est nobis inclinatio in finē illū. hoc aūt est p dei grām vnde opoꝛtz nos aliquas virtutes mozales infusas habere. ¶ Ad primū igit̄ dicēdū qp sanitas per miraculuz restituta nō est ad aliud ordinata q̄s sanitas que fit ex natura. z ideo illis qui habēt sanitatē ex naturalib⁹ p̄ncipijs nō est neces saria sanitas q̄ ē p miracula. z ideo nō ē sile de sanitate z vir tutib⁹ infusis que ad aliud ordināt q̄s acquisite vt dictū est. ¶ Ad secundū dicendū qp rectitudo act⁹ est ex ꝓportiōe ad finē. ad diuersos aūt fines diuersimode accipit̄ actus ꝓpor tio. vnde aliq̄s act⁹ est rect⁹ ꝓportionat⁹ bono ciuili qui nō est rect⁹ ꝓportionat⁹ glorie eterne. vnde opoꝛtet qp sint alie vtutes infuse que faciāt act⁹ rectos ex ꝓportione ad finem. ¶ Ad tertiū dicēdū qp vtutes infuse z acquisite non sunt in irascibili z cōcupiscibili nisi ſm qp participant aliq̄liter ra tionē z ex hac parte nō habēt dependētiā ab organo corpo rali: sz cōtinēt̄ sub mente sicut z sub ratiōe inquantū ipsam participāt. ¶ Ad quartū dicendū qp mos ſm quē dr mora lis virt⁹ importat inclinationē quādā appetit⁹ ad bonū vel malū faciēdū: z qz hec inclinatio frequēter ē ab assuefactio ne. ideo mos sic dict⁹ a more ꝓut cōsuetudinē importat de scendit: sz dicta inclinatio nō semp est ab assuefactiōe: sz qñ qz a natura sicut dicūt mores brutoꝛū in. viij. de aīalib⁹. vel etiā ex dei dono: z sic virtutes infuse morales dici possunt. ¶ Ad quartā questionē dicēdū qp vtutes acquisite z infu se differūt spē. s. foꝛtitudo a foꝛtitudine z tēperātia a tempe rantia: z sic de alijs: qz vt dictuz ē fines sunt ficut p̄ncipia in operatiuis. si aūt esset aliqua sciētia que non posset reduci ad p̄ncipia naturaliter cognita non esset eiusdē speciei cum alijs sciētijs nec vnituoce sciētia diceret̄. Unde cū fines vir tutū infusarū nō p̄existāt in seminarijs nāli b⁹ vtutū: sz natu rā humanā excedāt opoꝛtz qp vtutes infuse a virtutib⁹ acq̄si tis que ab illis seminarijs ꝓcedūt differāt spē. Unde z in alia vita hoīez perficiūt acquisite quidē in vita ciuili infuse in vita spūali que est ex grā ſm quā homo vtuosus est mē bꝝ ecclesie. ¶ Ad p̄mū igit̄ dicendū qp effect⁹ ꝓportiona tus agēti differt spē ſm diuersitatē agētis. Unde aīalia ge nerata ex semine z ex putrefactione nō sunt eiusdē speciei. virt⁹ aūt dīna q̄s possit super oēs effect⁹ z in infinitū eos excedat tñ aliqui effect⁹ sunt q̄ nō possunt esse nisi ex vtute dīna z tales effect⁹ nō sunt ꝓpoꝛtionati alijs. Unde tales effect⁹ differūt spē ab illis effectib⁹ qui etiā ab alijs causis p duci possunt q̄s z dīna virt⁹ illas possit ꝓducere. ¶ Ad secūdū dicendū qp q̄s sit idē act⁹ vtutis acquisite z infuse materialiter: nō tñ est idē actus formaliter: qz per vtutē ac quisitā collimitant̄ circūstātie ſm ꝓportionē ad bonū ciui le: sz per virtutē infusam ſm ꝓportionē ad bonū eterne glo rie. vnde etiā aliquid superfluū ſm virtutē ciuilē est mode ratū ſm virtutē infusam: sicut qp homo ieiunet z se volunta rie morti offerat ꝓpter defensionē fidei. ¶ Ad tertiū dicē dum qp penes hoc qō est esse meritoziū nō differunt specie nisi inquantū virtutes acquisite sunt magis propinque ad meritū propter finē ad quē ordinant̄. ¶ Ad quartū dicen dū qp q̄s finis vltim⁹ non faciat identitatē in specie facit tamē diuersitatē sicut generis diuersitas facit diuersitatem in specie. Tamē sciendū qp relatio actualis ad remotū finez nō facit predictā differentiā: sed originalis relatio ad ipsuz ſm scilicet qp ex diuersitate finis fit diuersa ꝓportio in actu z habitu.

Ad tertiū sic procedit̄. videt̄ qp virtutes mozales nō cōsistāt in medio. in nullo enī indiuisibili est accipe mediū z extrema: sz passiones et opatiōes circa q̄s sunt virtutes mozales sūt indiuisibiles: ergo nō sunt in me dio. ¶ P̄ mediū equaliter distat ab extremis: sed quedam virtutes pl⁹ appꝛopinquat vni extremo q̄s alteri: sicut foꝛtis plus assimilat audaci q̄s timido vt dicit pl̄s in. iij. Ethico. ergo virtutes mozales nō sunt in medio. ¶ P̄ nō est idem mediū z extremū: sed virt⁹ est extremū: quia est vltimū po tentie vt dicitur in p̄mo celi z mūdi: ergo non est in medio. ¶ P̄ quādocūq̄ bonū cōsistit in medio. malū cōsistit in ex tremo ad miu⁹ vno: sicut in castitate quātumcūq̄ homo ab stineat a venereis nō peccat. siliter z in magnanimitate que est extremū in magnitudine inquantū ad maxima tēdit. si militer etiā in veritate: quia nō potest hō nimis verū dice re: ergo videtur qp bonū virtutis nō cōsistat in medio ¶ P̄ si virtus sit medium nō est medium nisi inter duo vicia: sed aliqua virt⁹ est que nō est inter vicia: sicut iusticia. Quia si plura accipiat peccat. si minus aūt ei detur nō peccat: ergo nō omnis virtus mozalis consistit in medio. ¶ Sed con tra est quod dicit philosophus in. ij. Ethico. ¶ P̄ Sicut se habet ars ad factibilia: ita se habet virtus ad agibilia: sed ars coꝛrumpitur ex superfluo et diminuto: ergo et vir tus: ergo est in medio. ¶ Ulterius videtur qp in iusticia

nō sit mediū rei. diffinitio enī generis oz saluari in qualibz specierū: sz in diffinitiōe virtutis ponitur qō est mediū fm rōnē: ergo in iusticia est medium rōnis z non medium rei. ¶ Ꝑ ꝓpter hoc in alijs virtutibus dicitur esse medium rationis z nō mediū rei: qz diuersimode determinaf mediū fm diuersas cōditiones: sicut aliqd est multū ad comedendū vni qō nō est multū ad comedēdū alteri: sz diuersa cōditio etiam obseruaf in iusticia: qz iusticia distributiua non eqliter tribuit oīb⁹: sz vnicuiqz fm q dign⁹ est filiter etiam in cōmutatiua nō tātū punif q percutit ꝓuatū boiez quātū q percutit ꝑncipē: ergo in iusticia nō est mediū rei: sicut nec in alijs vtutib⁹. ¶ Ꝑ in illo accipiēdū est mediū vtutis qō per vtutē rectificaf z pficif: sz finis vtutū nō est rectificatio rei exteriozis: sz operātis fm rōnē: qz eupraxia id est bona opatio est finis in oīb⁹ vtutib⁹ vt dicit ꝑbs in. vj. ethi. ergo nō est ibi rei mediū: sz rōnis tm. ¶ Sz cōtra mediū qō accipif fm ꝓportionē rei ad rem est mediū rei: sed mediū iusticie accipif fm ꝓportionē rei ad rem: vel geometricā in iusticia distributiua vel arismetricam in cōmutatiua vt dicit ꝑbs in. iiij. ethi. ergo est ibi mediū rei. ¶ Ꝑ iusticia ē equalitas qdā: sz equalitas est etiā fm rem mediū inter pl⁹ z minus: ergo etiā in iusticia est mediū rei. ¶ Ulteri⁹ videf q in vtutib⁹ intellectualib⁹ nō sit mediū. mediū enī in passionib⁹ fm q mēsurāf ad rōnē: sz in virtutib⁹ intellectualib⁹ nō est accipe aliqd superi⁹ ad qō mēsuranf: ergo in eis non est accipere mediū. ¶ Ꝑ medium vtutis est inter cōtrarias passiōes: sz ī itellectualib⁹ nō sūt ocrarie passiōes: qz rōnes ocrarioꝝ ī intellectu nō sūt cōtrarie: ergo ī itellectualib⁹ virtutib⁹ nō est accipe mediū. ¶ Ꝑ vbicūqz ē accipere mediū est accipe extrema que cozrūpūt mediū: sz in intellectu nō ē accipere extrema cozrūpētia mediū: qz intellect⁹ nō cozrumpif neqz ex magna intelligibili neqz ex paruo vt dicif in. iij. de aīa. ergo in vtutib⁹ intellectualib⁹ nō est mediū. ¶ Sed cōtra in vtutib⁹ mozalib⁹ nō inueniē mediū nisi fm q participāt rōnē rectā: sz rō recta per pz⁹ inueniē in intellectualibus cē in mozalibus: ergo veri⁹ est mediū in intellectualibus cē in mozalib⁹. ¶ Ꝑ ars ē intellectualis virt⁹ vt patet in. vj. ethi. sz ꝑbs in. ij. ethi. per mediū artis ꝓbat mediū virtutis: ergo virt⁹ intellectualis habet mediū. ¶ Ulteri⁹ videf q etiā t theologice vtutes mediū habeāt in mozalibus enī vtutib⁹ est mediū fm q earū act⁹ ex rōne recta procedūt sz vtutū theologicarū act⁹ nō sunt cōtra rōnē: ergo sūt in medio. ¶ Ꝑ spes est mediū inter ꝓsumptionē z desperationē sz spes est virt⁹ theologica: ergo vtutes sunt mediū inter vicia. ¶ Ꝑ fides vadit media inter duas hereses. s. nestozij et eutices: sz fides est virt⁹ theologica: ergo vtutes theologice in medio cōsistūt. ¶ Sed cōtra Ber. dicit q modus charitatis est nō habere modū: sz vtutes dicunf in medio esse inquātū sunt modificate: ergo charitas nō est in medio z eadē rōne nec alie due. ¶ Ꝑ vbi nūqz contingit eqle reddere ibi nō pōt esse superfluū: sz in illis que sūt ad deū nō cōtingit equale reddere vt etiā ꝑbs in. viij. ethi. dicit. ergo nō cōtingit superfluū in vtutib⁹ theologicis que deū habēt ꝓ obiecto accipe: z ita nō sūt in medio. ¶ Rō dicēdū ad ꝑmā questionē q oēs vtutes mozales in medio cōstitute sunt. virtutes enī mozales sūt circa passiōes z opatiōes quas oportz dirigere scōm regulā rōnis. in oīb⁹ aūt regulatis cōsistit rectuz fm q regule equanf. equalitas aūt media est inter mai⁹ et min⁹. z ideo oportz q rectū virtutis cōsistat in medio eius qō superabundat z eius qō deficit a mēsura rationis recte ¶ Ad ꝑmū ergo dicendū q actiōes z passiōes cqnis sint in diuisibiles per essentiā: sunt tm per accidens diuisibiles vel fm intēsionē vel fm tēp⁹ vel fm locū vel fm obiecta vel fm aliqd huiusmodi. z ideo etiā fm hoc est in eis mediuz accipere. ¶ Ad secūdū dicendū q mediū accipif in aliquo dupliciter. Uno mō ex cōpatiōe ad extrema eiusdē rei sic mediū in circulo. z tale medium oportz q eque distet ab extremis. Alio mō ex cōpatiōe ad aliquā regulā extra: z tūc non oportz q mediū equē distet ab extremis: sz q equef regule sicut patz q qñ secaf lignū ad aliquā regulā nō semp tantū auferf quātū dimittif z tale mediū est mediū vtutis mozalis que habz rectā rōnē ꝑ regula. vnde qñqz appzopinquat plus vni extremo cqs alteri fm q cōpetit ratiōe recte. ¶ Ad tertiū dicēdū q virt⁹ est extremū quo ad cōtrarietatē boni z mali: qz bonū boīs in rōne consistit: z ita in medio equalitatis ad rōnē: sz cqtū ad cōtrarietates circa qs est virt⁹ est in medio sicut dicit ꝑbs in. ij. ethi. ¶ Ad quartū dicēdū q mediū vtutis saluaf fm adequationē oīuz circūstātiarū sif ad rōnē. Cōtingit aūt in aliqb⁹ vtutib⁹ q adequatis oībus alijs circūstātijs nō pōt accipi extremū in altero: qz superfluū nō pōt accipi in illo nisi ex cōpatiōe aliarū circūstātiarū sic in veritatis vtute patz: qz nō pōt bō nimis verū dicere saluato q dicat verū qō debet. z qñ z vbi z cui z ceteris: sz superfluū in hac circūstātia accipif fm excessuz in alijs. qui enim dicit verū qō nō oportz etiā nimis verū dicit. z filiter etiaz in magnanimitate est rōne quāti. z filiter etiā in castitate: qz nō pōt homo nimis abstinere dūmō saluēf alie circūstātie. ¶ Ad quintū dicēdū q virtus dicif mediū dupliciter. Uno mō rōne materie circa quā est inquātū adequat eam rōnē recte z hoc per se cōuenit oī vtuti mozali: z sic ē mediū per participationē extremoꝝ. Alio mō dī mediū rōne habitus inqtū. s. habit⁹ vtutis est mediū inter habit⁹ ouarū maliciarū z hoc est mediū per abnegationē extremoꝝ z hoc accidit virtuti: nec oportz q fit in oīb⁹ vtutib⁹ z ꝓpter hoc nō oportz q iusticie habit⁹ sit medi⁹ inter duas malicias vt in. v. ethi. dicif. sz q mediū attingat in materia sua ¶ Ad secū dā questionē dicēdū q in iusticia oportz esse nō solum mediū rōnis: sz etiā rei cui⁹ rō est: qz iusticia ē circa opatiōes z fm ordinē ad alterꝝ. vnde illū ad quē sunt opatiōes iusticie accipiūt quasi regulā. z ideo siē passiōes circa quas sūt alie virtutes oportz q equanf rōni. ita oportz q opatiōes circa quas est iusticia adequāt illi ad quē est iusticia qō nō pōt esse nisi fm rem tātū reddaf quātū ei debef. z ideo ibi ē mediū rei. Sz inter aliquos duos pōt cōstitui eqlitas dupliciter. vno mō fm q vtriqz aliqd reddēdū est. z in hoc constituit ei equalitatē iusticia distributiua que non dat equale vtriqz fm quātitatē: sz fm ꝓportionē: qz vtriqz dat quātuz sibi debef. z ideo mediuz in iusticia distributiua dicif esse fm ꝓportionabilitatē geometricā in q saluaf eadē ꝓportio: sz nō eadē quātitas sicut sex est mediū inter quatuoz et nouē: qz in qua ꝓportione se habet ad quatuoz. s. in sex qui altera in ipsa se habet nouē ad ipsuz cqtuis nouē excedāt sex in trib⁹ z sex quatuoz in duob⁹. Alio mō constituif eqlitas iusticie inter aliquos inquātū vn⁹ debet recipe ab alio ꝓpter hoc q ille pz⁹ recipit ab isto z ad hoc est iusticia cōmutatiua: z qz tantū debet fm quātitatē aliqs ab altero recipe quātū ei tribuit. ideo in hac spē iusticie saluaf mediū scōm ꝓportionē arismetricā in qua saluaf eadē quātitas siē tria est mediuz inter quatuoz z duo: qz vtrimqz est excessuz in vnitate. ¶ Ad ꝑmū igif dicēdū q in iusticia est mediū rationis quid z idē est mediū rei. ¶ Ad secūdū dicendū q in iusticia nō cōsideraf cōditio ꝑsone nisi inquātū ex cōditionib⁹ persone variaf quātitas rei. qui enī percutit ꝑncipem maiozē offensam facit. z ideo pl⁹ debet puniri. z filiter etiā patz in iusticia distributiua q diuersitas ꝑsonarū in diuersitatē rei redūdat. ¶ Ad tertiū dicēdū q in iusticia incidit in idē rectificatio opationis z rectificatio rerum vt dictū ē. ¶ Ad tertiā questionē dicēdū q bonū vtutū intellectualiū cōsistit in hoc q verū dicat. veritas aūt cōsistit in quadam adequatiōe intellect⁹ vocis ad rem: z qz equalitas ē mediū inter mai⁹ z min⁹. ideo oportz q bonū virtutis intellectualis in medio consistat vt scilicet dicatur de re hoc quod est. si autem excedat vel in plus vel in minus erit falsum: quia se habet ad virtutes intellectuales sicut vicium ad mozales z hoc inquantum intellectus absolute considerat. inquantum vero de vno in aliud discurrit accipif mediū nō solum

fm cõmensurationẽ ad rem: sed fm cõmensurationẽ cõclusionũ ad ꝑncipia vel eorum que sunt ad finez ĩ operatiuis. ¶ Ad ꝓmũ igit dicendũ ꝙ sicut dicit ꝓ̃s in .x. Metha. mẽsura intellect⁹ nostri est res. z ideo fm ꝙ adequat rei est rectũ ipũ⁹. nihilomin⁹. z ꝑncipia sunt regula conclusionũ z intelligẽs est quodãmõ regula ꝑncipioꝝ. ¶ Ad secũdũ dicendũ ꝙ cõtrarietas passionũ accedit ad mediũ vtutis moralis. vnde ꝺtra irã que nõ habet passionẽ oppositã est mediũ vtutis moralis fm plus z minus in ipsa eadẽ passione. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ extrema in vtutib⁹ intellectualib⁹ nõ accipiũ fm magnũ z paruũ itelligibile: ſz extremũ ĩ pl⁹ ẽ qñ attribuit aliqd alicui qõ nõ inest ei. extremũ aũt ĩ min⁹ qñ remouet ab eo qõ ei inest. vtroqz aũt mõ falsum cõtingit. verũ aũt qñ dicit inesse qõ inest aut non inesse qõ non inest z hec extrema corrũpũt nõ substantiã: ſz veritatẽ intellectus. ¶ Ad quartã questionẽ dicẽdũ ꝙ mediũ in oĩbus vtutib⁹ que habent mediũ accipiũ ex hoc ꝙ vtus attingit in materia ꝓpria illud qõ est equale z cõpetens mẽsura. Unde si esset aliqua virt⁹ que haberet mẽsurã ipsam ꝓ materia nõ essent ibi extrema nec mediũ: ſz bonũ illi⁹ vtutis eẽt fm pliciter attingere mẽsurã illã: sicut si alicui⁹ vtutis materia esset veritas. omniũ aũt ꝑma mensura est ipse de⁹: sicut etiã ipse ꝓ̃s in .ix. Metꝫ. dicit. Unde vtutes theologice q̃ habent deũ ꝓ obiecto qui est vltim⁹ finis a quo oĩa mensurãtur nõ possunt habere rõnẽ medij cuz in materia illa non fit accipere extrema: sicut etiã in his que coniuncta sunt malo fini nõ põt accipi mediũ. ¶ Ad ꝓmũ igit dicẽdũ ꝙ rõ recta nõ est ad hoc ꝙ in materia illa vitent extrema in qua superfluũ esse nõ põt. ¶ Ad secundũ dicendũ ꝙ fides est virtus theologica inquãtũ adheret ꝑme veritati ex hac parte nõ põt in ipsa mediũ esse. nõ enĩ põt nimis deo adherere: ſz ex parte illa qua aliqd affirmat vel negat veritati ꝓxime adherens ibi est mediũ: qz fm hoc bz filitudinẽ cũ vtutib⁹ intellectualibus. ¶ Et filiter dicendũ ad tertiũ ꝙ spes nõ habet medium fm ꝙ deo adheret: sed ex parte subiecti.

